Bibliothèque numérique

medic@

Valleriole, François. Observationum medicinalium libri sex

Lugduni : Ant. Gryphius, 1573.

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?00413

Philippus Jacquot Doctor
Medicus Abbatisvillensis.

©BIUM

©BIUM

FRANCISCI VALLERIOLAE DOCTORIS MEDICI

OBSERVATIONVM MEDICINALIVM

Libri ſex, nunc primùm editi, & in lucem emiſſi.

In quibus grauiſsimorum morborum hiſtoriæ, eorundem cauſæ, ſymptomata, atque euentus, tum & curationes miro ordine deſcribuntur.

Cum Indice rerum notatu dignarum locupletiſsimo.

LVGDVNI,
APVD ANTONIVM GRYPHIVM.
M. D. LXXIII.

Cum priuilegio Regis.

©BIUM

FRANCISCI
VALLERIOLAE
DOCTORIS
MEDICI

OBSERVATIONVM MEDICINALIVM
Libri sex, nunc primum editi, & in lucem emissi.

In quibus gravissimorum morborum historiæ, eorundem causæ,
symptomata, atque eventus, tum & curationes
miro ordine describuntur.

Cum Indice rerum notatu dignarum locupletissimo.



LVGDVNI,
APVD ANTONIVM GRYPHIVM.
M. D. LXXIII.

Cum privilegio Regis.

©BIUM

ILLVSTRISSIMO
S. R. E. CARDINALI,
PROSPERO S. CRVCIS,

Arelatensium Archiepiscopo digniss.

Franciscus Valleriola S.

INTER eximia atq; praclara in hoc orbis theatro ad contemplationem diuinitus posita, amplissime Pater, nihil certè Dei prouidentia admirabilius, nihil maius, nihil potentius cerni quicquam vsquam potest. Ea enim fortiter attingens omnia, suauitérque disponens, diuinitatis sua summaq; potentia igniculos quosdam, ac veluti seminaria inserere rebus omnibus, ad mundi tutelam ac conseruationem, è pleno bonitatis sua fonte vbique voluit: vt nos religionis ac pietatis cultu, veritatis inquisitione ac luce, disciplinarum bonarum omnium agnitione, ad sui amorem atque cognitionem in primis, ad rerum insuper magnarum tractationem, quasi semita quadam, paratáque in id via alliceret. Quúmque multa sint, Prosper optime, qua mundum Dei prouidentia administrari testimonio esse possint, rerum admirabilis procreatio, propagatio, incrementum, status, conseruatio, tot plantarum, tot animantium, vt forma ac specie, sic loco ac moribus differentium, dissimilis admirandáque natura, tot lapidum, metallorum, gemmarum versicolor species, cœlorum perennis irrequietúsque motus, diurna nocturnaq; vicissitudines, decedentia & remeantia tempora, lucis pulcher aspectus, artium ad vsus hominum inuentarum excogitata ab hominibus ratio: tum nihil certè præstabilius in hac tanta tantarum rerum mole, ratione ac mente haberi quicquam debet, per quam homo, mundi miraculum ac Dei imago, orbis moderationi quasi princeps secundum Deum datus est, rebúsque eum omnibus antecellere atque præesse voluit Deus. Addiditque iusti atque iniusti scientiam, aqui atque iniqui: vt ea, ceu vinculis fortissimis,

©BIUM

hominum ſocietas pacata ſeruari, virtus ſuis ornamentis ac præmijs cohoneſtari, vitium profligari omne, omniſque turpitudo quàm longiſsimè poſſet. Rerum præterea maximarum atque admirabilium, & in naturæ intimis receſsibus poſitarum cognoſcendi cupiditatem animis mortalium indidit, quæ ab animo, tanquam ab oculis, caliginem omnem diſpelleret. Quam Pythagoras & Academici veteres, Philoſophiam, quaſi amorem ſapientiæ dicas, nuncupandam cenſuere: omnium ſanè bonarum artium atque diſciplinarum parentem, quam & ipſam nihil eſſe aliud exiſtimare debemus, quàm Dei & inuentum & donum præclariſsimum, vt cuius adminiculo omnia ſupera, infera, prima, media, vltima contemplemur, & eius vnius ope atque adiumento, ad Dei cultum & religionem, ad modeſtiam, ad omnia cum prudentia obeunda (in quo tu genere laudis, Antiſtes clariſsime, quum in cæteris emineas, in hoc longè excellis) ad temperatè ſedatéque viuendum, ad amplectendam virtutem nos inſtruit, ac veluti magiſtra morum ac vitæ informat, rerúmque abditiſsimarum naturam omnem, cauſas, effectiones, & quæ in his accidunt euentuum & caſuum mutationes demonſtrat. Hæc, inquam, ampla illa ſunt prouidentiæ Dei in hominum animis ſparſa ſeminaria, quibus & ſe coli Deus, & rerum conſeruationi intentum eſſe teſtatum voluit haberi. At verò, vt firmiora eiuſdem prouidentiæ Dei teſtimonia haberemus, hominem vnum, ſpectabile animal effinxit, prouidum, ſagax, plenum conſilij ac rationis, mente præditum, (quod nemini eſt animantium alteri à natura tributum) & ad agendum & intelligendum natum, quaſi terrenum quoddam numen præclara conditione generatum, rebus omnibus quas admirabili ſuo conſilio effeciſſet, præfecit: vt quum ſumma pulchritudine mundum exornaſſet Deus, bonitatémque ſuam, immenſámque potentiam cuncta ſpirarent, parua hæc eſſe futura ratus, niſi eſſet qui naturæ excellentia & dignitate iſthæc tam magna, támque admirabilia, & mentis celeritate cognoſceret, & cognita admiraretur, ínque ſuam originem Deum, rerum effectorem omnium, cuncta referret. Atque eundem ipſum hominem, quaſi diuinæ prouidentiæ teſtem & aſſertorem eſſe voluit: vt in quo mentem ipſe, ſui imaginem inſeuiſſet, in eodem ipſo diuinæ maieſtatis quaſi ſimulachrum quoddam eluceret. Nec ſanè alia ratione in ſublime hominem erexiſſe Deum credi par eſt (quum cæteras animantes pronas ad paſtum abieciſſet) quàm vt cœlum aſpiceret, hoc eſt (vt Galenus noſter interpretatur) mente Deum contemplaretur atque ſuſpiceret, eiúſque intellecta natura, vnde cuncta ceu è fonte vberrimo manãt, & ſumma pietate coleret, & quàm poſſet

ſancti

ſanctiſsimè illius numen reuereretur, ſeque totum ad res præclaras gerendas, ad maximas contemplatione indagandas daret. Hæc ipſe mecum animo cogitans, Præſul ſacratiſsime, in animum induxi, id quicquid vitæ mihi ſupereſt, duce & auſpice Deo, omne in proferenda ac locupletanda medica arte exponere. Quæ in cogitatione quum eſſem, atque ex hoc mihi iam diu propoſito ſcopo multa in lucẽ protuliſſem, quæ grata Medicinæ profeſſoribus benéq; accepta fuiſſe intellexiſſem, deſinendum ab hoc vitæ inſtituto, ſanctóque labore minimè exiſtimaui: turpe ratus, metæ iam proximum, curſum remittere, at magis intendere dignum certè viſum fuit. Tùmque me ipſe colligens, quum iam annos plus minus quadraginta in facienda medicina, ægríſque curandis fuiſſem verſatus, quid in hoc genere exercitij obſeruatione dignum occurriſſet (& ſanè immenſa propè & mirabilia multa occurrerunt) cogitare cœpi: haud infructuoſum fore opus, ſi quæ in viſendis ægris, in morborum decretorijs, ſymptomatis & euentibus annotaſſem, ea omnia quaſi in tabula expreſſa, legenda hominibus darem: vt morborum quorundam ſpectata varietate, periculo, magnitudine, noxa, tum verò naturæ in regendis morbis ac vindicandis ſolertiam, morem, poteſtatémque attendentes, & præſidiorum ſalutarem manũ, Medicinam magis admirari & colere homines poſſent, illiúſque profeſſores reuereri. Eò à me factum eſt, Fœliciſsime Proſper, vt huic operi, Obſeruationum Medicinalium inſcriptionem fecerim: quòd in eo, quæ diutina experientia in morbis eorumdémque remedijs comprobata fidáque obſeruaſſem, ea hîc omnia apposita eſſent. Certè exquiſitiſsima quæque hûc congeſsi, ex quibus tutò mederi quis & methodo recta poſsit. Eum porrò toto hoc opere ordinem ſeruaui, vt morbi hiſtoriam primùm nudis & ſimplicibus verbis, vt accidere ipſe conſpicatus ſum, tituli loco recenſeam: dein ampla narratione medica hiſtoriam amplificem, cauſis vtique morbi, ſymptomatíſque enarrandis intentus: inde qua methodo in grauiſsimis quos hîc tantùm recenſeo morbis, ſim vſus, trado: ſingularia ea adferens auxilia, quæ diutino vſu comperta probatáque habuiſſem, & à quibus ſecundũ Deum ab impendenti diſcrimine leuati ægri ſint. Hæc operis mei elucubrati ratio, hæc ſumma fuit. Itaque quum cogitarem fœturæ huic meæ magnam ex te acceſsionem futuram, magnum etiam apud homines plauſum, ſi ſub tui nominis ſplendore ac gratia in lucem exiret: auſus ſum, Pater ampliſsime, id tibi operis conſecrare, quod à me eſſet magnis vigilijs elaboratum: idque vt facerem, magnis ſum certè rationibus adductus. Primùm, quòd tu, ex quo tempore aditum tibi ad nos patefeciſti, dum ſponſam tuam Arelatenſem Eccleſiam (cui tui ſum-

Observationum medicinalium libri sex - page 7 sur 308

©BIUM

mo tuo merito Pastor & Pontifex datus es) inuiseres, magnum nobis omnibus, mihique in primis, humanitatis tuæ specimen dedisti: vt iam exinde ea mihi de te polliceri auderem, quæ de optimo ac præstantissimo viro, omnibus omnium & virtutum & literarum ornamentis exculto, adhæc summa dignitate ornato, expectari à quoquam meritò possent. Tum verò præcipuè, quòd quum ego te, primo tuo ad nos aditu, publicè, vniuersæ ciuitatis nomine oratione ad te habita, salutassem, idque tibi valde gratum extitisse omnibus significauisses, in spem veni, fore me tibi aliquãdo gratiosum & acceptum. Nec mea me fefellit spes. nam continuò me tu (quæ tua est bonitas, & spectata in literarum professores fides) in familiaritatem tuam asciuisti, & in intimis tuis esse voluisti. Quæ quum ego tanta tua in me cumulata amoris & beneuolentiæ signa perspicerem, ausus sum me tibi totum in sinum dare. quid enim mihi non daret audaciæ bonitatis tuæ fiducia, & opinio tui erga me amoris? Cuius meæ in te obseruantiæ, quum testimonium tibi aliquod dare vellem, (posteaquàm tibi mea quæ scripsissem valde placere intellexissem) opus de locis Medicinæ communibus meum, muneris & gratitudinis ergô, tibi obtuli. Quod tu legẽs, quum & impensè laudasses, & digno tuis virtutibus testimonio cohonestasses, palmare ego id à te de me factum iudicium existimaui: quum ea insignis & vera laus habeatur, quæ à laudatissimis viris, tui quàmsimillimis proficiscitur. Nec contenta his spectata tua humanitas fuit, nisi tu in me ornando, & quanti apud te essem, liberalitate tua declarasses, qui me nihil de te promeritum insigni dono ornare volueris. Sed quo dicendi genere, aut quibusnam ipse verbis quæ in ipsum me contulisti multa & magna, non amoris solùm indicia, sed summæ etiam liberalitatis, exprimere possim? Quòd fauisti mihi ex animo semper, quòd nomen meum & famam, alioqui exiguam, tuo testimonio tam studiosè auxisti, quòd tuum mihi patrocinium in meis fouendis liberis detulisti, ista verò quanti? Quæ etsi tu (qui splendidus in omnibus & magnus esse soles) parui ducas, quum magna dederis, ego in maximis habenda iure censeo: præsertim à tanto viro, tanta auctoritate, tanta dignitate, tanto splendore, tantis ornamentis honoris, fortunæ, ingenijq; predito? Itaque quum me tibi gratum & memorem præstare vno aliquo officij genere vellem, nec quicquam haberem amplum & insigne tuæ amplitudine dignum quod tibi offerre possem, ad molam salsam me contuli tibi offerendam, quum thura mihi deessent. neque enim omnes thure litare possunt. Lucubrationem igitur hanc meam tibi, obseruantiæ in te meæ symbolum, lubens offero: hac conditione, vt tu illam (si digna fuerit) in sinum tuum

fouend

fouendam auctoritate tua ſuſcipias. Idque iure tuo facere ſanè poteris. Nam quum ſis rerum & optimarum & maximarum omnium diligentiſsimus obſeruator: (quod legationes tuæ pro ſummo Pontifice ad potentiſsimos reges & principes ſuſceptæ indicant: in quibus tu, pro tua prudentia, & tempora, & opportunitates, & mores gentium, & actus, tum de quibus, & apud quos eſſet tibi de rebus ſeriis agendum, prudentiſsimè & ſumma cum animi attẽtione ſpectaſti, omniáq; in commentaria eleganti & nitida oratione retuliſti) quum, inquàm, tantarum rerum ſis prudentiſsimus obſeruator: annon quæ de me dicis obſeruationibus monumenta edidi, tibi iure deberi es aſſenſurus? Accipies igitur, Proſper Cardinalis ac Pontifex optime, lata fronte quæ à me tibi mittuntur munera, non tam rei quæ datur tenuitatem, quàm donantis animum æſtimans: vt hanc mihi partem reliquam ſaltem in hac officij delatione, ac præclaræ meæ in te voluntatis declarandæ facias. Ego verò contendam omni mea ope atque elaborabo, vt mea in te officia, & ſtudia erga amplitudinem tuam, etiam ſi minus propter facultatum mearum tenuitatem, eximia magnáque fuerint, ab animo tamen beneuolentiſsimo, & gratiſsima voluntate, omni cum obſeruantia profecta videantur: eámque tibi fidem in amore & id ſtudium animi grati polliceor, quod cum tua excellens virtus ac dignitas, meritáque erga me plurima ac maxima, tum autem fides erga te in primis mea poſtulat. Vale Proſper, Pontificum decus & ornamentum, & me, quem iudicio tuo, tua gratia dignum fecisti, eadem ipſa perpetuò fouere velis.

PHI

PHILIPPI GVLIELMI MEDICINAE apud Auenionenſes profeſſoris, in libros Obſeruationum Medicinalium D. Franciſci Valleriolæ, ad Medicinæ ſtudioſum Epigramma.

AEneas potuit telluris operta ſubire,
Ex auro rami nonniſi fultus ope:
Armatam flammis potuit ſuperare Chimæram
Pegaſeo Hipponous nonniſi nixus equo.
Tu quoque ſi cupias occultos noſcere morbos,
Atque horum dici velis ἀλεξίκακος:
Hæc lege ſcripta ſenis doctiſſima Valleriolæ,
Aureus hæc ramus, Pegaſus ecce tibi.

D. VALLERIOLAE MEDICO, omni literarum genere abſoluto, Brixius.

Dogmata Pythagoræ fuerim ſi priſca ſequutus,
Heredem rerum tu Ciceronis agis.
Tu quoque diuini ſpiras documenta Platonis,
Eſt tibi cum docto muſa Marone grauis:
Smyrnæúmque refers plenus grauitatis Homerum,
Facundum te aio vincere Mercurium.
Hippocratémque tenes concluſum mente ſerena,
Artéque Galeni tu celebrande micas.

AD D. FRANCISCVM VALLERIOLAM præſtantiſs. Medicum, vt ſuas in lucem proferat Medicinales Obſeruationes, Caroli Laurentij Epigramma.

Grandia quid tandem proferre volumina ceſſas?
Phœbæa toties iam vigilata manu?
Quid differs, quæſo, ſalubres monſtrare medelas?
Pharmaca quid renuis ſpargere lecta viris?

Doctis,

©BIUM

Doctis, crede mihi, cunctis tua scripta placebunt,
Delitias tollet Graius ad astra suas:
Gallia perpetuo ritu diserta fouebit:
Hesperus hæc tanquam numina sacra colet.
Hippocratem quondam coluit si prisca vetustas,
Et tulit ad superûm sydera celsa deûm,
Signa quòd atrocis morbi causásque teneret,
Quum tamen hunc fugeret certa medela νόσων;
Ingenij fœtus celebris num laudibus ornent
Quos, Franciſce, vomit nunc tua Musa graues?
Trudere lethiferos qui nosti corpore morbos,
Qui tectas causas, tectáque signa doces.

EIVSDEM ODE SAPPHICA
in laudem operis.

Turbidus vincit radiosa clangor
Astra, stellantem resonans olympum
Occupat murmur, placidos fragores
Gallia fundit.
Hesperi stridor resonat sonorus,
Italus mittit strepitum loquacem,
Tota clamores vomit ista curui
Machina mundi.
Nunc virûm pallens stupor occupauit
Corda, mirantur rutilas pusillam
Corporis massam retinere gemmas
Mentis alumnæ.
Quî potest (aiunt) fieri pusillum
Corpus vt tantas agitare rerum
Abditas possit ratione causas,
Ingenióque?
Ast sinant cuncti penitus stupere,
Quum macrum cernant, videántque corpus
Non luto pinguis madidum saginæ
Valleriolæ:
Liberè vt celsas rutilantis arces
Pallados possit penetrare Graiæ,
Et Camœnarum latebrosa quæque
Antra subire.

Scripta

©BIUM

Scripta nunc monſtrant animum perita,
Laudat auctorem liber almus æquum,
Auctor & doctum celebrat volumen
Commemorandus.
Certa morborum docet ipſe ſigna,
Quos palus ſtagnans rapuit Charontis,
Rurſus ad viuos vehit ille mente:
Res celebranda.

NICOLAI VALLERIOLAE, FILII Auctoris, de opere Obſeruationum Medicinalium, ad Medicinæ ſtudioſum Epigramma.

Morbi ſi certas cupias agnoſcere cauſas,
Præclaris ſcriptis Valleriola docet:
Qui tam complexu paruo atros continet omnes
Sanandi affectus, dogmata vera tenet.
Tempora nanque almum celebrarunt priſca Galenum,
Hippocratem veteres condecorâre ſuum.
Et Socrates clarus glorioſúmque ipſe parauit
Nomen, & Arpinas egregiúmque ſibi.
Arpinam doctè ſectaris, túque Galenum
Valleriola refers, Hippocratémque ſimul.

IOANNIS BRIXII IVRISCONſulti ad D. Valleriolam Epigramma.

Metra cothurnati quid non ſint noſtra Poëta?
Phœbeam cur hæc non redoléntque chelym?
Si mihi Diua foret, patrio quæ nata cerebro,
Nunc canerem laudes Valleriola tuas.
At tua pertenuem quum vincat fama fragore
Muſam, cedendum, iámque ſilere iuuat.

©BIUM

INDEX OBSERVATIONVM MEDICINALIVM HIS SEX LIBRIS CONTENTARVM.

LIBRI PRIMI OBSERVATIONES.

DE mola duodecim menſes geſtata cum ſuperfœtatione, tandem eiecta cum fœtu illi alligato, vnde ægra in vitæ periculum adducta magno labore curatur. Obſeruatio I. Pagina 1

De ſcirrho phlegmonode cum hydrope ſequente ad ſcirrhum hepatis, quum moritura ægra putaretur, ſanata eſt tandem magna cura. Obſeruatio II. Pag. 9

De cruris dextri reſolutione menſes totos decem & octo perſeuerante, poſt articulares dolores enata, & ligni ſancti potione curata. Obſeruatio III. Pag. 15

De pleuritide incocta & ſine ſputo, ægro à Medicis pro deplorato habito: ſanatur tamen fluxu alui oborto præter omnium ſpem. Obſeruatio IIII. Pag. 22

De pleuritide in puero annorum octo cum mirandis ſymptomatis coniuncta, ipſóque puero vi morbi pro incurabili dereliato, ſancto tamen miraculo potius quàm artis ope. Obſeruatio V. Pag. 25

De argento ſublimato epoto, curationéq; adhibita. Obſeruatio VI. Pag. 29

De palpitatione cordis cum capitis & ventriculi dolore acuto: quibus affectibus curandis dum vehementer intētus medicus methodū omnem complet, fortuito caſu miſero ægro loco ſomniferi ſyrupi aqua ſublimati præbetur, incogitatò quidem & in noctis conticinio, quum extinctum fuiſſet cubiculi lumen, diris cruciatibus affecto ægro, in vitæ periculum incidit: liberatur tamen nutu Dei longiſsimo tempore & magno labore. Obſeruatio VII. Pag. 36

De grauiſsima pleuritide cum phrenitide, & caſu ab alto, & vulneribus in ventre ab ipſamet ægra ſibi inflictis, & ſublimati potione, quam ipſa ægra in furorem acta ſumpſit, & è feneſtra in ſubditum ſolum lapideum ſe præcipitem dedit, vbi fere mortua horas plures cum ſummo frigore pene congelata manſit: curatur tamen integrè nutu Dei. Obſeruatio VIII. Pag. 44

De

©BIUM

De quodam mirabili caſu, nempe membrana eiecta per aluum in febre continente, quę quidem membrana viginti & octo palmorum longitudinis erat: ſtriata illa quidem, & qua eiecta ſemianimis manſit æger: curatur magna adhibita diligentia. Obſeruatio IX. Pag. 48

De mirabili quodam eiectamento à mulieris vulua, quæ ſe prægnantem eſſe exiſtimans, poſt ſex geſtationis menſes membranaceā ſubſtantiam quandam eiecit globoſam totam, bullis aqua plenis refertam: quæ bullæ rotundæ, tumidæ, pellucidæ diluta ſanie plenæ erant, & per omnem quas integebantur membranam diſſeminatæ, tanto numero vt comprehendi non poſſent: à quo eiectamento ægra deplorata & pro mortua derelicta, conualuit tamen magno labore. Obſeruatio X. Pag. 52

LIBRI SECVNDI OBSERVATIONES.

DE locuſtarum prodigioſo apud Arelaten prouentu, ſata virentémque omnem herbam morſu vredinéque vaſtantium, ſub Annum à redempto orbe M. D. LIII. Obſeruatio. I. Pag. 58

De ſanguinis copioſiſsima per os reiectione, cum omnium viſcerum, ventriculi, hepatis atque lienis duritie & obſtructione: quibus affectibus æger in diſcrimen vitæ incidit: curatur tamen nutu Dei. Obſeruatio ſecunda. Pag. 67

De pulmonum vlcere, præcedente ſanguinis ſputo, indéque tabe conſecuta & purulēto ſputo multo: à quo affectu nobilis mulier curata fuit. Obſeruatio tertia. Pag. 72

Vir reſolutione multos annos laborans, incendij metu ſe præcipitem è ſuccenſa domo deiicit, derepente ſanatur, & deinceps probè incedere cœpit. Obſeruatio quarta. Pag. 77

Vir aſcite laborans, ventris tumore adeò grauis vt progredi non poſſet, vſu ligni ſancti & braſsicæ marinæ curatus. Obſeruatio quinta. Pag. 83

De curatione febris cōtinentis periculoſiſsimæ in puella octo annorum, quæ vi naturæ, nullis artis præſidiis, quum deploratæ valetudinis, ob morbi & ſymptomatum ſæuitiam, habita eſſet, oborto alui fluxu liberatur. Obſeruatio ſexta. Pag. 89

De inſania mirabili ex amore inducta, atque curata. Obſeruatio ſeptima. Pag. 92

De vulnere in ventre accepto ſub ſiniſtro hypochondrio, aduſque renū ſubſtantiam & inteſtinorum penetrante: ex quo magnis & lethalibus ſubſequutis ſymptomatis mors vndecimo ſecuta eſt. Obſeruatio octaua. Pag. 109

De vulnere item in ventre accepto ad inteſtina vſque penetrante, ex quo quinto die mors inſecuta eſt; mortuóque in conſpectu rei poſito, mox ſanguis è vulnere atque è naribus cum ſonitu manare cœpit, & vndénam id proueniat. Obſeruatio nona. Pag. 113

De angina graui & præfocatiua, à qua conuerſo extrorſum tumore & ſuppurato, liberatus æger fuit. Obſeruatio decima. Pag. 115

LIBRI

©BIUM

LIBRI TERTII OBSERVATIONES.

EX leui vulnere in capite ſine fractura ſciſſuráve vlla, inflammatione, paralyſi & conuulſione cum delirio ſecutis, mortale vulnus efficitur, vndecimo die mortuo iuuene. Obſeruatio prima. Pag. 120

Ex potione hellebori temere ſumpta, æger in vitæ diſcrimen derepente incidit: liberatur integrè Dei auxilio, magna adhibita cura. Obſeruatio ſecunda. Pag. 125

De demorſo à cane rabioſo, & in graue periculum acto, eodémque magna difficultate curato. Obſeruatio tertia. Pag. 128

De dyſenteria graui tres totos menſes & eo ampliùs hominem diuexante præter ſpem curata. Obſeruatio quarta. Pag. 134

De calculo veſicæ & vlcere curato: relapſu tamen poſt diros cruciatus, quum æger ſe in manus Empirici cuiuſdam nebulonis dediſſet, miſerè mortem obiit. Obſeruatio quinta. Pag. 141

De phtiſi ad ſanguinis reiectionem è pulmonibus ſecuta, eadémque curata quum ægra tota tabefacta moritura ſperaretur. Obſeruatio ſexta. Pag. 146

De acceſsione comitiali, eáque grauiſsima, vitio ventriculi derepente ſuborta, tandémque curata. Obſeruatio ſeptima Pag. 151

De vulnere in capite à lapide incuſſo, vnde mors ſecuta eſt. Obſeruatio octaua. Pag. 157

De phlegmone hæpatis lethali. Obſeruatio nona. Pag. 159

De ſcirrho hæpatis ad quem gangræna in crure dextro & tandem mors ſecuta. Obſeruatio decima Pag. 163

LIBRI QVARTI OBSERVATIONES.

DE pleuritide ſiniſtri lateris graui in muliere prægnante, ſine vllis propè medicamentis, ſed ſolo naturæ ductu infra quartum diem ſanata. Obſeruatio prima. Pag. 167

De puero monſtroſo Arelate viſo anno Domini M D L X I. Obſeruatio ſecunda. Pag. 169

Hydropicus aſcite laborans perforato vi naturæ vmbilico, & foras prodeunte aqua, integrè curatur. Obſeruatio tertia. Pag. 171

De paralyſi dextræ partis in ſene ſeptuagenario ſanata. Obſeruatio quarta. Pag. 172

De tumore inſigni & circumſcripto hypochondrij dextri cum dolore, ventris tumore, & ſpirandi difficultate, in nobili muliere ſanato. Obſeruatio quinta. Pag. 176

De epileptica acceſsione ex puerperio difficili nata, & crebrò recurrente, purgationibus à partu etiam plus æquo nimium fluentibus, déque horum pathematum curatione. Obſeruatio ſexta. Pag. 180

De vulneribus lethalibus nobili cuidam iuueni inflictis, ad quę mors con

Observationum medicinalium libri sex - page 15 sur 308

©BIUM

ſecuta, déque mirabili puris copia in thoracē inuenta. Obſeruatio ſeptima. Pag. 185

De mirabili decretorio continentis febris per exuberantem hæmorrhagiam è naribus diebus ſex ad libras xiij. & fluxu alui ingenti ſubſecuto liberata nutu Dei iuuencula. Obſeruatio octaua. Pag. 187

Iuuenis quiſpiam ab æneo tormento manuario quod incautus manibus tractabat, adacto in viſcera globulo plumbeo tribus ſub ventriculo digitis, emiſſo per anum poſt aliquot dies globulo ſine vlla inteſtinorum noxa, perfectè ſanatur. Obſeruatio nona. Pag. 191

Miræ vulnerum obſeruationes atque curationes in eo conflictu qui ad diui AEgidij pagum factus eſt anno reſtitutæ ſalutis M. D. L X I I. Obſeruatio decima. Pag. 193

LIBRI QVINTI OBSERVATIONES.

DE eximia phlegmonarum curatione prope ſpinam dorſi conſiſtentium & ſuppuratarum, atque in vlcera conuerſarum. Obſeruatio prima. Pag. 201

Quibus mulieribus Arelate exectus ſit infans chirurgica manu matre ſalua. Obſeruatio ſecunda. Pag. 210

Ex dente putrido ſine vlla vi euulſo mira hæmorrhagia ex arteria gingiuæ ſubdita emanans, quæ vt riuulus quidam à fonte manans prodibat, déque curatione eius in annoſa muliere. Obſeruatio tertia. Pag. 212

Puero octo annorum bene habito pleuritide laboranti miſſus ſanguis, atque ſeptimo die integrè liberatur. Obſeruatio quarta. Pag. 213

Mulier ex pleuritide ſuppurata tabida effecta, lactis vſu potiſsimum curatur. Obſeruatio quinta. Pag. 215

Vir prudentiſsimus Ioānes Icardus fani diui Trophimi canonicus vlcere pulmonum phthiſicus effectus magna cura liberatur. Obſeruatio ſexta Pag. 217

Quidam è ſyphilide morbo in phlegmonem ſchirroſam prope coxendicem incidens in gangrænam eius partis incidit, graui cum putredine paribúſque ſymptomatis magno labore curatur. Obſeruatio ſeptima Pag. 223

Nobilis quidam æneo tormento paruulo (*piſtole* vulgò vocant) ſecundum thoracem tranſuerſim vulneratus, globulo vtrinque à latere ad latus ſecundum muſculos externos permeante, curatur. Obſeruatio octaua. Pag. 227

Sutor quidam Auenione graui vulnere in capite percuſſus, ad duram vſque meningem pertingente vulnere, reſolutione, conuulſione correptus, & ſine voce mutus dies totos ſeptem manens, magno labore nutu Dei curatur. Obſeruatio nona. Pag. 230

Puerpera atq; primipara mulier iuuēcula, ob frigus imprudēter admiſsū, altero à partu die, in grauē pleuritidē incidit, vt præ ſpirādi difficultate præfocari ſibi videretur. Miſſo ſanguine contra ſuorum omnium vota, à nobis

©BIUM

à nobis tamen Medicis perſuaſis, aliiſque opportunis auxiliis adhibitis nutu Dei præpotentis curatur magna omnium admiratione. Obſeruatio decima. Pag. 235

LIBRI SEXTI OBSERVATIONES.

EX apoſtemate & vlcere renis dextri curatus. Obſeruatio prima. Pag. 239

Vir & mulier pleuritide cõtagioſa & lethali affecti, paribus ſymptomatis laborantes, cum ſputis nigris & præfocatiuo ſpiritu, quiſque vndecimo die moritur. Obſeruatio ſecunda. Pag. 244

Mulier carbone teterrimo circa os & labra correpta, curatur; ſed deformis manſit. Obſeruatio tertia. Pag. 246

Ex caſu ab alto diffracta vniuerſim caluaria, & ſine voce, ſine ſenſibus, & propè apoplectico reddito ægro, curatur miraculo tamen. Obſeruatio quarta. Pag. 248

Mulier iuuencula & bene habita in octauo geſtationis menſe opiſthotono corripitur, graui comitante febre. Quarto à morbi initio die filium parit, poſtero die conuulſa moritur. Obſeruatio quinta. Pag. 249

Mulier in ſeptimo geſtationis menſe graui pleuritide correpta ſine ſanguinis miſsione, ſudore & ſputo copioſo manante, ſub vigeſimum diem integrè curata fuit fœtu ſaluo. Obſeruatio ſexta. Pag. 251

Medicus Luſitanus ſeptuagenarius ex diuturna febre in lethargum incidens, pro deplorato à medicis relinquitur triduum totum: reuiuiſcit tamen paulatim, & vi naturæ tacitè operantis integræ ſanitati reſtitutus fuit. Obſeruatio ſeptima. Pag. 253

Mulier calidiſsimi temperamenti ex cauſo febre in mirabile delirium incidens cum graui ſyncopa, vt moribunda putaretur, curatur magno labore. Obſeruatio octaua. Pag. 255

Mulier alia ex cauſo in tabitudinem deducta, vſu lactis aſinini & vnctione ad dorſum humectante longo tempore curatur. Obſeruatio nona. Pag. 258

Senex honoratiſsimus & ditiſsimus annorum ſeptuaginta è angina præfocatiua, miſſo ſanguine, & aliis opportunis auxiliis adhibitis, integrè curatur. Obſeruatio decima. Pag. 259

INDICIS FINIS.

Observationum medicinalium libri sex - page 17 sur 308

©BIUM

IN LIBROS OBSERVATIONVM MEDICINALIVM FRANCISCI VALLERIOLAE MEDICI AD MEDICINAE STVDIOSOS, PRAEFATIO.

QVOD alijs meis lucubrationibus multis clarum hominibus feci, in animo insitũ esse, planéq; constitutũ, vt quoad vita mihi superstes Dei indulgentia fuerit, & quantum niti ingenij viribus ipse possim, id omne in amplificanda & illustranda scriptis meis Medicina (qualia tandem cunque ea fuerint) velle me collocare, idipsum quoque nunc, hac mea recenti fœtura testatum volo: nec intermittendum mihi tempus vllum, quo sine linea (vt est in prouerbio) diem duxisse videri possim. Quid enim aut maius, aut melius facere vir literarum amans quicquam possit, quàm vt se assidua bonorum auctorum lectione, rerum abstrusarum intelligentia, commentatione, interpretationéque exerceat? Hac profectò illa est plena bonæ frugis institutio, & ad cœlum via, vt in agnoscendis naturæ arcanis, in promendis his quæ vsui hominibus sint futura, operam omnem nostram & studium ponamus. Hoc sanè est nomen immortalitati dare, hoc posteritati consulere, hoc denique in terreno hoc carcere, supra communem hominum sortem esse, & in mortali vita immortalem hominem agere. Quo quid præclarius homini accidere queat, dum vitali fruitur aura, planè non video. Etenim, etsi durum fortasse videri cuipiam potest, laboribus frangi, studio marcescere, impallescere chartis, viribus dissolui, & studijs abrumpere vitam: is si cogitet studiorum suauitatem, intelligentiæ & eruditionis præstantiam, fructus cum delectatione percepti, & ad omnes ex aquo manantis vbertatem, pro nihilo certè illa ducet. Vnde est illud Aristotelis, Disciplinarũ radices amaras quidem esse, suauissimos autem fructus. Ego verò, quum huic me vitæ instituto vel ab ineunte ætate volens sciénsque addixissem, iámque in eo cursu stadia plurima confecissem,

©BIUM

feciſſem, ceſſandum mihi non putaui, quin priuato labore meo quantum poſſem commentando atque ſcribendo profeſſioni meæ adeſſem. Quúmque iam in factitanda medicina, annos amplius quadraginta verſatus non ſine numine eſſem, viſum fuit, vt quæ plurima & animaduerſione digniſſima, in tractandis ægris, in morbis dignoſcendis atque curandis, (ijs præſertim qui & grauiſſimi & exitiales habẽtur) quæ inquàm à me obſeruata eſſent (quæ ſanè multa & grauia extitere) ea omnia in chartas referrem, poſteris monumenta futura. Illud enim quum cogitarem, artem medicam noſtram ex experientia primùm & obſeruatione natam fuiſſe, indèque in artẽ redactam, (quod & Celſus, & Galenus, & noſtri omnes affirmant) Hippocratem medicinæ tutelarem deum atque parentem imitari in hoc meo medicarum Obſeruationum opere deinduſtria volui: qui quum ea omnia, quæ ægris accidere conſpicabatur, tacitus obſeruaret, ea poſteà in tabulas referebat, enarrata ægritudinis hiſtoria omni, & quid quoto quoque die, hora, atque momentis ægro accidiſſet: & quid item ab ijs caſibus, vel boni vel mali ſequutum fuiſſet, de ſcripto protulit: nominatis etiam ſingulatim ægris, quod Epidemiorum libri abundè teſtantur. Ad hunc ego morem atque Hippocratis inſtitutum, mea hæc quæ in veſtram omnium vtilitatem ſcripta ſunt, concinnaui: eos tantùm recenſens morbos, qui grauiſſimi & dubiæ curationis mihi ſeſe obtulerunt, narrata in primis morbi hiſtoria, ægríſque ipſis identidem nominatis, quod & fecit Hippocrates: inde ampla obſeruationis cuiuſque explicatione, quod conciſè in titulo obſeruationis tractaueram, tantùm nudam morbi rationem explicans, & quomodo, quáve ratione æger in hunc illúmve morbum incidiſſet, cumulatè poſteà diffuſéque tracto: occupatus vtique in enarrandis morbi cauſis atque ſymptomatis, & quoto quaque die euenerint in rationes ducẽs, quid item ex his futurum ſperarem, quídque euenerit ſubtexens. Tum verò (quod caput rei eſt) curationes vnicuique proprias ac maximè ſalutares ſubijcio: quod omiſiſſe Hippocratem in Epidemijs omnes ſcimus, ſola contentum rei, vt euenerat, narratione. nam is illi ſcopus tum propoſitus tantùm erat, narrandi quæ accidiſſent, nulla remediorum habita ratione aut mentione vlla facta. Nos, noſtro in hoc opere ne quid deeſſet, & remediorum copiam, quibus vſi ſumus, adiecimus. Quæ verò præſidia in ægris opem tulerint, quæ minimè, ne id quidem omiſimus: cauſas inſuper mortis, in his qui vita è grauiſſimis & exitialibus morbis exceſſerunt: atque ſanitatis adeptæ, in his qui euaſerunt, ſubiungo: & quæ auxilia maximè iuuerint, ea pro ſingularibus & fide probatis habenda propono. Hæc operis quod nunc in publicum

©BIUM

damus ratio, hic ſtatus eſt: atq; ob id OBSERVATIONVM MEDICINALIVM titulum illi feci. Vos itaque, Medicinæ ſtudioſi, quorum in gratiam hæc à me magnis certè laboribus atque vigilijs elucubrata ſunt, & in lucem emiſſa, æqui bonique conſulite: & commentarios à me in librum de conſtitutione artis Galeni iam propè abſolutos, magnóque ſtudio elaboratos (quum nemo quiſquam adhuc noſtra ætate, quod ſciam, manum operi admouerit, aut id aggredi tentarit) fidentes ac læti propediem in lucem exituros ſperate. Non fallam opinionem veſtram, ſi modò Deus clementia ſua labori meo adeſſe voluerit: & adfuturum confido, quoniam ipſe faciẽtes adiuuat. Quem ſupplex oro, vt & veſtra ſtudia dirigere: & confouere, & meam in illuſtranda Medicina alacritatem beneficientia ſua prouehere in bonam frugem atque augere velit. Valete Medicinæ candidati, animo meo chariſſimi: & indolem veſtram bonis moribus, virtute, ac literis exornate.

AD D. FRANCISCVM VALLERIOLAM

Antonij Verderij vectigalium iudicis apud Foresienses Epigramma.

Corporis exigui cum sis, vir & ipse pusillus,
Tu tamen ingenio Valleriolla vales.
Tam magno studio versati sunt tibi libri
Qui prabent ægris vtile consilium:
Clarus Apollinea videaris vt arte Machaon
Alter, præceptis alter & Hippocrates.
Atticus in te lepos is ineſt, valeas vt haberi
Eloquij Cicero Rhetoricæq; parens.
Delitium patris Smyrnæi diceris ipſe,
Te colit Athlantis Nomius atque nepos.

©BIUM

©BIUM

OBSERVATIONVM MEDICINALIVM, FRANCISCO VALLERIOLA MEDICO AVCTORE, LIBER PRIMVS.

OBSERVATIO PRIMA.

DVLCIS Gardiola vxor mea prægnantem ſe eſſe exiſtimans, molam gerit in vtero menſes totos duodecim: ſubinde ea in geſtatione grauida fit: quúmque iam fœtus quadrimeſtris eſſet, ingẽtibus doloribus, febri grauiſſima, ſymptomatiſque lethalibus correpta, animi deliquio, virium defectu atque pulſuum, delirio, vigiliis, inedia, parturire cœpit tandem maximis conatibus: pari diſcrimine vitæ, opportunis adhibitis auxiliis, molam vnà cum fœtu ſimul illi adligato eiicit, & priſtinæ incolumitati, præter meam & omnium opinionẽ, Dei voluntate & miſericordia reſtituitur.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

DIVINA virtute (qua ſola, vt ait Gal. natus eſt homo veritatem videre) fieri exiſtimare oportet, vt ab ſequiſsimis & maximè exitialibus morbis ſæpe homines liberentur: vt quũ lethalibus apparentibus ſignis, ſymptomatiſque, moriturum ægrum ſperes, præter omnium ſpem atque expectationem rediuiuus ad ſe, quaſi è orci faucibus ereptus, redeat ęger, priſtinæq; ſanitati reſtituatur. Hoc ipſum nulla humana ope, nullis artis præſidiis, nullo conſilio, ſed ſola Dei bonitate atque clementia fieri, bene inſtituti hominis fuerit exiſtimare. Vnde eſt illud Regij prophetæ in Pſalmis, Dei potentiam annunciantis: Ipſe ſanat omnes infirmitates tuas, & redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. Quod & Annæ matris Samuelis cantico teſtatiſsimum fit: Dominus (inquit) mortificat & viuificat: deducit ad inferos

Gal. lib. 3. de vſu par. cap. 10.

Pſal. 102.

1. Reg. 2. a

a & red

Sapientiæ 16.b. & reducit. Ac proinde magna ſubinde ratione ſapientiſsimum Salomonem dixiſſe legimus: Neque herbam neque malagma ſanare, ſed Domini ſermonem, qui ſanat omnia. Tu (ſubdit idem) es Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem, & deducis ad portas mortis, & reducis. Hic ſermo virtus Dei eſt, qui pro ſua bona voluntate quoad vult, & quandiu vult rebus à ſe in ſubſidium hominum creatis adeſt: túmque adhibita in ſalutem remedia proſunt, ſeruaríque ab exitioſiſsimis & lethalibus morbis ægros diuina ſorte contingit. Quòd ſi ſubtrahat Dominus manum ſuam, etiamſi omnem impleas artem, ſi operoſiſsima manu omni labore atque ſtudio mederi ſtudeas, nihil quicquam proficies. Id prophetico ore idem Rex & Propheta Dauid cecinisse Dei ſpiritu eſt viſus: Aperiente (inquit) te manum tuam, omnia implebuntur bonitate: auertente autem te faciem, turbabuntur. Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Hæc eò à me in præſens adducta ſunt, vt intelligi illud poſsit, ſiquando ab impendenti vitæ periculo quis præter hominum ſpem reſtituatur (vt vxori meæ cariſsimæ in tam diro & inſolenti caſu accidit) id non humanis viribus, non artis præſidijs (quæ tamen illi cumulatiſsimè, pro meo in illam pio officio atque amore, adhibita ſunt) ſed ſoli Dei bonitati atque beneficentiæ tribuendũ meritò exiſtimet. Quamobrem vni tantùm Deo Opt. Max. acceptum fero, quòd à tam graui exitialíque morbo vxor mea leuata ſit: támque infelici enixu atque partu, tot lethalibus ſymptomatis oppreſſa, leuata fuerit. Cuius Dei numen vt vnà mecum laudibus celebrare omnes poſsint, illiúſque immẽſam potentiam admirari, hiſtoriam omnem ad veri fidem referam. Quum mihi Dei benignitate fœcũdiſsima vxor data ſit, vt quæ & optimè temperata, & ſalubri corpore cùm ſit, & probè illi muliebres purgationes ſtato tempore exeant, vterúmque ad generandum optimè diſpoſitum habeat (quæ quidem res omnes ad fœcunditatem plurimũ faciunt, vel Hippocratis teſtimonio) felix ipſe mihi prole multa & bene habita ſanè videbar. In huius felicitatis cumulo, (vt nihil eſt ab omni parte beatũ) vxori menſes ſiſti incipiunt: mox inappetentia, corporis grauitas, languor, deſidia mulierem corripiunt (intrò concepti fœtus indicium, ſi quid Hippocrati creditur)

Hippocra. lib. 5. aph.

Hipp. li. 5. ap. aph. 61. Si mulieri, inquit, purgationes non prodeunt, neque horrore, neque febre accedente: verùm cibi faſtidia ipſi accidunt, hanc in ventre habere exiſtimato. Itaque quum ipſa ſibi mulier vterũ gerere exiſtimaret, (paria nimirum quæ ſæpe in veris geſtationibus experta eſſet ſymptomata perpetiens) nihil de ſe ſollicita, perſtabat, fœtus motum ſuo tempore expectans. Quúmque ad trimeſtre geſtationis tempus aut paulò amplius peruenisſet, turgerétque plus ſolito vterus: neſcio quid obſcuri motus perſentiſcere ſe aiebat, fœtúſque ſimilem motionem quãdam: ſed ea tamen exiſtimatione deluſa, res ſecus quàm putarat accidit. Nam etſi quadrimeſtri exacto tempore venter illi intumeſceret, & mammillæ turgerent, retentis vtique menſibus, motus tamen nullus conſpicuus apparebat in ventre, qualis in imprægnatione ſentiri ac percipi deprehenditur. Nam

qui

Observationum medicinalium libri sex - page 24 sur 308

qui motus, fœtus motionem falſa imagine repræſentans, ab vxore in ventre tum percipiebatur, à flatu potius in locis muliebribus coacto, & exitum ſibi moliente, prouenire iure arbitrandum eſt, non à fœtu qui nullus tum ſuberat. Motus namque infantis in materno vtero longè ab eo qui ſæpenumero in ementitis geſtationibus, vel menſium ſuppreſsionibus fit, diuerſiſsimus eſt. Genito namque infante, vbi eius extremitates corporis foras ramos ſparſerint, & vngues ac pili radices egerint, (quæ docta Hippocratis ſententia eſt) tunc iam etiam mouetur: & tempus ad hoc fit, maſculo quidem menſes tres, fœmellæ verò quatuor. ſic enim vtplurimum contingit. Mouetur autem primùm maſculus, quia fortior quàm fœmella eſt: & primùm quoque conformatur maſculus: nam à fortiore & craſsiore genitura fit. Itaque quæ à genito intus infante motio fit, vti ab interno principio proficiſcens, tanquam viuentis animantis eſt: quòd pro locorum ſepto nunc huc, nunc illuc impellatur, proprióſque ſponte concitet motus: vt ſi manum tum ventri apponas, geſticulante infante, viuentis rei impetum atque ſubſultionem percipias: contra quàm in motu à flatulento ſpiritu concitato fieri cernitur. Hic enim etſi falſam motus pueri imaginem quandam repræſentat, non tamen ſubſultionem habet, ſed ventrem diſtendens & exitum ſibi parans, in tumorem attollit: móxque diſcuſſo flatu ſubſidet ac detumeſcit venter. Si item menſes ſubſtiterint, vel vterus obſtructione, ſcirrho, moláve tentetur, dimoueri neſcio quid in vtero mulieres teſtantur. Sed non perinde ac fœtus motio eſſe ſolet: ídque diſcriminis, præter motionis diuerſitatem, accidit, quòd in molæ geſtatione quid graue & infixum in vtero ab geſtante percipitur, modò quidem in vteri oſtiolo, modò verò in vniuerſo vteri corpore, quod lapidis duritiem referat. Eſt enim mola, auctore Galeno, caro quædam inutilis atque informis, & ouo gallinarum ſubuentaneo proportione reſpondens. Paulus verò, molam tumorem in vtero induratum eſſe vult, lapidis duritiem referentem. Etſi parum exactè hac quidem in parte molæ rationem reddidiſſe Paulus videri poſsit, quum plures indurati tumores cõſiſtere poſsint, qui molę nec rationem nec nomen obtineant: vt de ſcirrho in matrice, de cancro & indurato phlegmone eſt videre: qui quum indurati tumores in vtero ſint, molæ tamen nomine minimè ſunt cenſendi: nimirum ab illius ratione longè diuerſiſsima. Non itaque propriè molæ rationem atque ſpeciem hac ſua deſcriptione Paulus attigiſſe videtur. Rectius profectò Galenus, qui informem, otioſam, & inutilem in vtero genitam carnem, molam eſſe affirmauit: & cuinam rei conferri ipſa poſſet (nempe ouis gallinarum ſubuentaneis) appoſitiſsimè expreſsit. Vt autem concipi in vtero mola ſoleat, Hippocrates ſcientiſsimè lib. 1. de mulierum morbis, nos docuit in hæc verba: Περὶ δὲ μύλης λαμβάνω, τόδε αἴτιον· ἐπὰν πολλὰ τὰ ἐπιμήνια ἐόντα γονὴν ὀλίγην καὶ νοσώδεα ξυλλάβωσιν, οὔτε λύσιμα ἐθέλει γενέσθαι, καὶ ἡ γαστὴρ πλήρης ὥσπερ. λυόσκεται δὲ ἐθέλει ἐν τῇ γαστρί, ἐθέλει γάλα ἐν τοῖσι τιτθοῖσι ἐγγίνεται. σφύζει δὲ τὸ στόμα. αὕτη δὴ μύλη ἔστι, πολλάκις δὲ καὶ ζῴα, ὅτως ἔχει. Quod eſt, Molæ conceptus hæc cauſa eſt: Quum multi menſes exiguum & morboſum ſemen exceperint, neque conceptus rectus ſit, & venter

Hippo. lib. de nat. pueri.

Gal. li. 14. de ſupart. cap. 7. & li. 14. meth. cap. 13. Paul. Aeg. li. 3. c. 69. Pauli Aegi netæ lapſus.

Gal. li. 14. de ſupart. cap. 7. & li. 14. metho. cap. 13.

Observationum medicinalium libri sex - page 25 sur 308

©BIUM

,, plenus est veluti prægnantis. Nihil autem in ventre mouetur, neque lac
,, in mammis generatur. Mammæ autem turgidæ sunt. Hæc igitur ad duos
,, annos, sæpè etiam tres sic habet. Eadémque ab eodem auctore lib. de ste
rilibus denuò repetuntur. Fit itaque mola in vtero, quum mensium copia
exiguum & minimè robustum semen virile conceperit: aut etiam mulie-
Hipp. lib. de genitura & li. de natu. pueri. bre. vtrumque enim ad fœtus generationem concurrere, vel Hippocra-
tis & Galeni testimonio compertissimum est. Igitur si seminis imbecillis
vis rectrix à mensibus copiosioribus obtundatur, fœtus generatio fieri
Gal. li. 14. de vsu part. cap. 11. & lib. de semine. omnino nequit: quòd motorium principium formando fœtui desit, nem-
pe masculi sperma: quod quum infirmum esse statuatur in molæ genera- 10
tione, exiguum, aquosum, & minimè crassum, efficitur, vt fœtus loco,
caro quædam otiosa, informis, nec vlla ratione prolifica generetur. Sper
ma namque virile, ad prolis generationem calidum, multùm, & crassum
esse oportet: ob idque pudendum oblongum in viris factum est, ad ve-
neream coniunctionem, & ad spermatis excretionem idoneum: quæ do-
cta Galeni lib. 14. de vsu partium cap. 6. sententia est. Nimirum igitur, si
deficiente motorio fœtus principio, quod gignitur, à copiosioribus men
sibus semini exiguo, infirmóque & morboso commixtis, informe sit, inu
Hipp. li. 1. de morb. mul. & lib. de sterilib. tile, & minimè prolificum. Id autem mola est, auctore Hippocrate, quæ
interdum adeò increscit, vt gestationis veræ instar plurimũ venter mam- 20
mæque turgeant, & non rarò ad duos trésve annos ea gestatio ementiti
fœtus perduret: vt auctor idem Hippocrates est libris de mulierum mor-
Signa molæ. bis & de sterilibus. Iudicare verò & discernere molam oportet ex ple-
nitudinis mole (magis enim in molæ quàm in fœtus gestatione venter
Vbi suprà. Paul. li. 3. cap. 69. impletur, duriórque efficitur, auctoribus Hippocrate atque Paulo) tum
quòd nihil in ventre mouetur, neque lac in mammillis gignitur. Fœtus
enim si conceptus est, trimestri peracto mouetur, si mas fuerit, aut si fœ
mella quadrimestri: vt præcitatis locis, & lib. de natura fœtus abundè
Hippocrates docuit. Vbi igitur hoc transacto tempore motus nullus,
quasi viuentis animalis intrò geniti percipitur, nec lac in mammillis 30
Pau. vbi su prà. apparet, de molæ gestatione suspicandum. Accedit præterea corporis
macies, deprauatus color, cibi fastidium. Emaciatur porrò corpus,
quòd probi alimenti materia (sanguis nempe bonus) desit: & quòd ano
rexia graui corripiantur, nec cibum ingerant. quamobrem extenuari eas
omnino est necesse. Color ob id prauus apparet, quòd qui intrò conditi
succi sunt, vitiosi, nec probè à natura elaborati sint. talem autem foras
efflorescere colorem oportet, qualis humorum intus latentium fuerit na-
tura: vt lib. 1. Aphoris. com. 2. & pluries alibi à Galeno proditum est. Ci-
bi fastidium, commune & grauidis & molam gestantibus pathema, ob
id nascitur, quòd vitiosi humores ventriculum obsideant, quódque à re- 40
tentis mensibus halitus graues sursum repant, qui inappetentiam & fasti-
dium generent. Adeò verò fallax & illusoria affectio hæc est, vt per initia
Vbi suprà. in quibusdam mulieribus de fœtu concepto suspicio sit, vt Paulus ait.
Quod & vxori meæ euenisse magno suo malo testari ipse plena fide pos-
sum, quæ quum nescio quid motionis in ventre percipere se affirmaret,

turg

©BIUM

turgeréntque & mammillæ & venter, cibíque faſtidia premerent, vtero planè ſe gerere exiſtimabat. Molæ conceptum expreſsimus: quod autem admirandum in vxore ſucceſsit, id iam explicare aggrediamur. Vbi iam ad ſeptimum octauúmve menſem geſtationis molæ perueniſſet, grauida fit vxor, ſéque in vtero habere teſtatur: augetur fœtus, & ſuo tempore motitari incipit, nempe paulò poſt tertium menſem. quod quum mihi permirum videretur, vix vxori fidem habebam: etſi probè ab Hippocrate edoctus, noueram ſuperfœtare poſſe mulieres. Superfœtant autem hæ ,, quarum vteri os poſt primum conceptum non clauditur ita valde: vt lib. ,, de ſuperfœtatione Hippocrates demonſtrauit. Sed quum à molæ conceptæ magnitudine premeretur nouellus fœtus, nec illi in vtero locus ad incrementum pateret, mola vtique magnam vteri partem occupante, deficere ipſum penuria loci & alimenti neceſſe fuit: vnde mox dolores & cruciatus vterini, ſanguinis tetri & concreti, valdéque corrupti profuſio ingens, animi deliquia, enixus, febris grauis, inſomnia, pulſuum defectio, pallor, anguſtia (ſymptomata planè timoris & periculi plena) oriri, valdéque mulierem premere cœperunt. Nec ſanè iniuria, quòd parturitionis enixus doloréſque ſæuiſsimi vrgerent: natura tanto ſe onere alleuare cupiente. Quum verò carnea mola penitius vtero infixa eſſet, nec elabi facilè poſſet, (durioribus vtique vinculis nexa) magnam pauperculæ laboranti noxam, ingentémque laborem adferebat: præſertim quòd huic difficultati, & virium laborantis imbecillitas multa coniuncta erat, & ſanguinis profuſio tanta, vt in præſens vitæ diſcrimen ægram adducerent. Hoc ſanè eſt quod ab Hippocrate de molę conceptu diſſe- Hipp. li. 1. de morb. mul. & lib. de ſterili lib.
,, rente magna ratione dictum eſt: Si mola, inquit, vna caro fiat, mulier pe-
,, rit. neque enim fieri poteſt vt ſuperſtes maneat. Si verò plures, erumpit
,, ipſi per pudendum ſanguis carnoſus plurimus. Et ſi hoc moderatè fiat,
,, ſeruatur: ſin minus, à fluxu correpta perit. Ob id ego ſecundum Dei bonitatem ſeruatam coniugem meam arbitror, quòd magna molę illius carneę pars vnà cum ſanguine putri intermiſta per fruſta prodiens, alleuationem laboranti attulerit. Prodibant namque trumbi ſanguinis carnoſi atque duri cum multa ſanguinis profuſione. Si enim (vt vult Hippocrates) mola vna caro fuiſſet, id eſt (vt ego quidem interpretor) ſi in vniuerſum in ſe coacta tota integra maneat, nec fruſtatim prodeat, fieri nequit vt ſeruetur ægra: quòd propellere integram nequeat, & prius deficere vires tam diro & graui enixu, quàm ſolui molam ſit neceſſe. Tandem verò quum in peius abire ſymptomata viderem, ægrámque viribus deficere, malè tum de ægrotantis mihi cariſsimę ſalute mœſtus ac dolens ſperare cœpi. Et vt ne in tanto diſcrimine dulciſsimam coniugem deſertam eſſe ſinerem, & artis prędidiis vacuam, reſumptis viribus & animo firmato, maius aliquod audendum (ſi ſaluam mulierem vellem) mihi omnino propoſui. quòd ſcirem non lacrymis nec ſuppliciis muliebribus deorum auxilia parari, ſed vigilando, agendo, probè conſulendo proſperè omnia cedere: vt graui Catonis, in oratione ſua apud Saluſtium, admonitione edocemur. Quin & altera quoque à Galeno profecta admonitione iu- Saluſtius in Catilinaria. Gal. lib. 3. de criſib. cap. 2.

Observationum medicinalium libri sex - page 27 sur 308

©BIUM

uabar, qui generoſi eſſe medici vult, difficillimis caſibus & euentis, quæ ſæpe in morborum decretoriis accidunt, non terreri: ſed conſtantes aduerſos morbo ire, naturęque motus ſolerti indagatione perſpicere, remediiſque paratos diritati morborum arte niti: Thucydidiſque tum conſilium ſequi (vt idem Galenus alibi monet) qui in re dubia agere aliquid vel periclitantes etiam iubet. Quibus, ait, alia ſalutis ratio non eſt, & quæ vnica videtur, ea dubia eſt: neceſſum arbitror his eſt aduerſos periculis ire. Itaque in tam graui caſu quid mihi faciundum eſſet diu multúmque mecum ipſe animo meditatus, ad duo me conuerti præſidiorum genera, in quibus ſalutis vxoris cariſsimæ ſcopum omnem fixeram: Precibus ad Deum, qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum, & ſalutaribus artis præſidiis: vt in tanta & morbi & virium pugnantia, morbo quidem validiſsimo exiſtente, viribus autem infirmiſsimis fieri poterat. Igitur ad firmandas vires primùm me conuerto: quòd hæc ipſa quæ de viribus ſumitur indicatio, auctore Galeno, omnium prima atque potiſsima ſit habenda. Mox ad facilitandum partum, molámque eiiciendam, doloréſque ſedandos conſilium omne dirigo. His enim propoſitis ſcopis fieri poſſe putabam, vt è tanto diſcrimine, annuente & protegente Deo, ſeruari moribunda mulier poſſet. Non enim alia patebat ad ſalutem via, quàm eiiciendę molæ, ſedandis cruciatibus, & viribus inſtaurandis. Qua igitur ſim in hoc ſæuiſsimo abigendo morbo methodo vſus, quibúſque ſit auxiliis bona Dei voluntate ſeruata mulier, iam dicere aggredior.

Gal. li. 10. meth. med.

Pſal. 146.

Gal. lib. 9. meth. med.

CVRATIO. PRIMVM omnium, quoniam diſſolui virium naturę robur ob dolorum fæuitiam, & profuſionis ſanguinis ingentem copiam videbam, huic rei toto nixu ante omnia incumbendum putaui, vt reficerentur vires, ſiſteretúrque ſanguinis tam immoderata profuſio. Optimis itaque iuſculis, ex lectiſsimis caponum & perdicum carnibus arte confectis, tum & ſucco carnis per expreſsionem excepto, indito margaritarum puluere ac corallorum ad ſanguinis eruptionem compeſcendam, vſus ſum: interdum iecuſculo gallinaceo elixo, & cum iure capi & perdicum admixto, liquatis vnâ omnibus, vti ęgram iubebam. Sum & reſumptiuo liquido vſus.

Reſumptiuum liquidũ vt fiat. Conſtabat autem pulpis pectoris capi & perdicum, ſericeo filo coccineo tranſmiſsis, & in vas vitreum inditis, ita vt carnes fundum non attingerent, ſed appenſæ manerent, adiectis margaritis, caryophyllis, coralló-que rubro, in tenuiſsimum pollinem deductis, omnibus in balneo Marię liquatis. ſic enim maximę virtutis ſuccus è carnibus emanat, qui valenter alit, & vires defectas reſtituit. Sed quod in admirationem omnes trahat, quódque ob nouitatem miraculo eſſe poſsit, id eſt quod proximè dicturus ſum. Quum eſſet vxor mea abſtemia (vt quę nunquam vinum bibiſſet) horrerétque eius odorem, nedum ſaporem, tanta cupiditate ad vini potum, quandiu parturitione laborauit, ferebatur, vt vino, eóque potenti & generoſo, ſatis ſatiari non poſſet, nulla præſertim aqua di'uto, ſed meraco & copioſo. Adeò enim ſentire ſe à vino reſtitui dicebat, vt mox ab exhauſto vires reparari, inſtaurari ſpiritus qui penè præ do'orum acerbitate & ſanguinis profuſione exhauſti abſumptíque erant) ſentire

ſe teſt

ſe teſtaretur. Quum enim crebra animi deliquia pateretur, nullo magis ſe curari releuaríque quàm vino teſtabatur: quod & illi optimè ſapiebat, & perfundi ſe totam, eo forinſecus ad pulſus, os & nares admoto, gaudebat. Vt veriſimum illud ſit à Galeno proditum: Celerrimè & vniuerſim vinum corpus alere: & his qui citiſsima adiectione indigeant, humidum remedium ad recuperandas vires optimum eſſe. Vinis autem colore rubris & ſubſtantia craſsis ineſt (vt ait Galenus) & citiſsimè implere corpora euacuata, & ob id indigentia adiectione: quòd nimirum humidum alimentum, & præcipuè natura calidum (quale vtique vinum eſt) facilius nutriat: vt idem auctor lib. 2. Aphoriſmorum Com. 11. affirmat. Mirari igitur deſinemus mulierem hydropotam tantopere in grauibus illis ſymptomatis & vinum appetiſſe, & ſumma cum voluptate ac fructu ingeſsiſſe. Sagax enim & benedocta natura animantibus cunctis quid facto opus ſuggerit, eáque in tempore adminiſtrat quæ vſui futura ſunt: gubernante vtique corpus natura, & ad id quod conducat impellente: quę docta Galeni lib. 10. meth. med. ſententia eſt. Quoniam verò & ſpirituoſæ corporis ſubſtantię non minus quàm ſolidorum corporum prouidendum erat, (completur namque virium ſubſtantia, auctore Galeno, tum ex ſpiritu, tum ex carnoſa ſpecie, tum ſolidis ipſis) illi per odores & aëris nitorem atque diffiationem commodam (erat namque æſtas grauis & ęſtuoſa) proſpiciendum curaui. Itaque ęgrotãtis cubile roſis multis ſterni iuſsi, ſolum verò oxycrato multo madefieri, ſalicum & pampinorum vitis folia vbique ſpargi: naribus ſæpe roſaceam aquam & florũ citrij & myrti, ex vino modico albo & tenui, ſed odorato, exceptis, admoueri iubebam, pulſibus etiam ac temporibus eo liquore madentibus. In ſumma omni ope elaborandum tum erat, vt collapſę reficerentur vires, quæ enixu, doloribus, profuſione ſanguinis, & crebris deliquiis ita concidebant, vt ca ſuræ prorſus viderentur. Dabam interdum electarium ex margaritis vocatum, conditóque ex conſeruis roſarum, bugloſsi & violarum, adiecto margaritarum tenui polline, ex ſaccharo vti ſępe iubebam. Roboratis vtcunq; hac methodo viribus (qui alter curationis ſcopus propoſitus mihi erat) ad molam detrudendam ſum conuerſus. Sed quum ea valde in vteri ſinu impacta eſſet, & grandi carnea mole conſtaret, difficilem omnino partum efficiebat. Facilitandus igitur partus fuit. Itaque muliebres locos emollientibus & relaxantibus medicamẽtis foui, in hunc qui ſequitur modum: ℞. Althææ, maluarũ, amborum cũ ſuis radicibus, ana M. j. radicis ariſtolochiæ rotundę & longæ (partus namque facilitandi vires ſummas habent, vnde illis inditum nomen vel Dioſcoridis teſtimonio) cuiuſque manipulum: foliorum arthemiſię, mercurialis, matricarię, ſaluię, & hyſſopi, & calamenti, cuiuſque M. ß. ſeminum lini, althęę, fœnigręci, aneſi & libyſtici, ana ℥ ß. florum chamęmeli, meliloti, roriſmarini, geniſtę & arthemiſię, ana P. j. furfurum P. ij. Fiat omnium decoctio in hydręleo, & cum filtris foueantur muliebres loci, inguina, & coxendicum partes calidè: moxque ſequens linimentum, quod tum emolliendi, tum eiiciendi partus vires habet, prędictis locis admoueatur: calens illud quidem, &

Gal. lib. 2. apho. com men. 18.
Gal. lib. 2. aph. com. 11.
Gal. li. 14. meth. me.
Gal. li. 11. meth. me.
Dioſc. li. 3. Cap. 4.

Observationum medicinalium libri sex - page 29 sur 308

©BIUM

muliebribus locis probè à frigore munitis. ℞. Vnguẽti dialthęę ʒ iij. vnguenti ſeu cerati filij Zacharię ʒ ij. butyri recentis ſine ſale ʒ j.ß. axungię gallinę recentis & anſeris, ana ʒ j. medullę cruris vaccæ ʒ j. ſtyracis calamitæ ʒ ij. pulpę colocynthidis, pulueris radicis, vtriuſque ariſtolochię, ana ʒ j. oleorum de lilio & violacei, quãtum ſufficit. Miſce: fiat linimentũ, quo calente loci muliebres inungantur, fotu prius adhibito. His admotis, quum nequicquam partus moláve procederet, inſtarentque ſæui dolores atque enixus, ad alia generoſiora & valentiora me conuerti auxilia, potiones & vnctiones muliebrium locorum. Dedi itaque potionem qualis ſequitur: ℞. Cinnamomi electi, myrrhæ electiſimę (& erat mihi tum ad manum eius ſelectiſimę, Alexandria Aegypti ad me à ſororio meo Guilielmo Guardiola, Gallorum ibi cõſulem agente, miſſæ copia) cuiuſque ʒ ß. pulueris ariſtolochiæ longę (ea enim partus magis rotunda adiuuat) ʒ j. pulueris diambræ & diamargariti frigidi, ana ʒ ß. Fiat omnium puluis, cuius detur drachma, vel ſcripturi quatuor ex aqua decoctionis hyſſopi & faſeolorum: mirè namque partus facilitant. Quòd ad topica remedia pertinet, nullo magis quàm oleo calente ſecundum Deum leuata vxor mea fuit. Excogitaui modum locos ex oleo calente fouendi minimè frequentem. Suillas veſicas multas aſſeruatas domi habebam, in id muneris dicatas: eas primùm aqua calente madefactas emolliui, quòd aëris circumfuſi actione induruiſſent: poſtea althæam, maluam, hyſſopum, calamintham, arthemiſiam cum floribus ſuis ex oleo multo exceptis incoqui in amplo vaſe iuſsi: móxque in veſicas ſuillas oleum illud calens infundibulo iniectum incluſi, tumẽtibus modicé ſuillis veſicis, atque muliebribus locis admotis. Confeſtim paupercula ægra leuamen ſentire ſe affirmauit, grauéque pondus ad pudendi oſtium deſcendere, quod paulò poſt obſtetricis etiam ope foras prodiit: ſed ita vt in illius emiſsione conſternata, ac planè viribus deſtituta, tanquam breui moritura, conſtiterit mulier: ſed quam multa diligentia atque ſtudio, Dei ope adiutus, reuocaui, cauta victus ratione, quiete, medicamentis opportunis. Sed antequam obſeruationi huic colophonem imponam, quid è vulua eiectum ſit miſerabili hoc partu, dicendum videtur. Prodiit caro informis, craſſa, dura, ſemiputris, & multis partibus lacera atque diuulſa: cui quatuor vinculis fortibus infans maſculus alligatus erat, quadrimeſtris ille quidem, aut eo etiam amplius, ſuis omnibus membris conſtans atque integer. Perinde autem molæ fœtus alligari videbatur atque fructus arboribus. Pediculo namque medio contineri arboribus fructus experientiæ fide conſtat: fœtus autem in vtero per vaſa chorij, ſeu ſecundæ membranæ (quę quidem vaſa ex arteriis & venis vteri exiſtunt) alligantur: vt eſt Galeni lib. de fœtuũ formatione ſententia. Ad vteros namque fœtuum cõnexus eandem habent proportionem, quam fructus ad plantas. Vt enim hi capulis quibuſdam continentur, ſic & fœtus quoq; ipſi: vt Galenus lib. de fœtuum formatione, lib. 1. de ſemine cap. 7. & lib. 4. aphoriſ. com. 1. affirmauit. Sed cur non infans hic qui vnâ cum mola prodiit, vtero alligatus non eſſet, ſed molę, in promptu cau

Optimum remedium ad molam excutiẽdã.

10 20 30 40

ptu cauſa eſt: quòd in ſuperfœtatione, quum cõceptus in vtero infans eſt, mola iam vteri ſinum occupante, non patuit fœtui radicationi locus. Itaque ſubſtrata fœtui mola (quum carnea eſſet & ſanguinis plena, & in vteri ſinum immerſa) fœtui ipſi inſtar vteri, in quo radices ageret fœtus, fuit. Quæ res abortui anſam præbuit maximam, quòd non pro naturæ lege ſuo in natiuo ſolo (nempe vtero) ſed in alieno (mola, inquam, carnea) ſubſediſſet fœtus. Similem quendam affectum in Maria Trophimi Cabroli Arelatenſis ciuis, amici ac compatris mei, vxore vidi: quę octauo geſtationis menſe puerum probè iam dearticulatum, & ſuis omnibus partibus conſtantem, molæ quinque vinculis alligatum, eiecit, magno cum vitæ diſcrimine. Vtramque autem Dei ope, & mea qualicunque opera ſeruatam fuiſſe, & adhuc Dei clementia ſuperſtites eſſe, & plures poſtea fœtus geſtaſſe, & fœliciter peperiſſe, teſtari plena fide poſſum. Deus autem Opt. Max. qui ſolus mirabilia facit in cœlo & in terra: & cuius eſt potentia, ſapientia, & ſumma bonitas, & imperium: Deus inquam noſter, hæc omnia fecit, & eſt mirabile in oculis noſtris. Eius ſapientiam quis enarrabit? quis ſatis eloqui potentiam? quis admirari opificium in pangendo & educendo homine poterit? illi inquam, regi ſeculorum, inuiſibili, immortali, ſoli ſapienti Deo, omnis honor & gloria in ſecula ſeculorum.

Alia de mola cum fœtu alligato hiſtoria.

OBSERVATIO SECVNDA.

DVLCIS Gardiola vxor mea, ſcirrho hepatis phlegmonode cum ſumma duritie & dolore affecta, in ingentem ventris tumorem incidit: hydropica prorſus reddita, cum ſumma totius extenuatione, annum totum perſtat: vt moribunda putaretur; præſertim quòd hydropota eſſet, nec ſibi à potu admodum temperaret. Liberatur tamen integrè congruis præſidiis, nutu Dei.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

QVAE noſtra ſunt, quæque nobis cariſsima habentur, ea & plus diligimus, & ſiquando opis noſtræ indigeant, accuratius tractamus: quòd in noſtros naturę lege officioſi & attenti magis (vt quorum de ſalute ſolliciti valde ſimus: vt Res eſt ſolliciti plena timoris amor) eſſe ſoleamus. Qui enim ſuorum, & maximè domeſticorum, curam non habet, hic (vt Paulus ait) fidem negauit, & eſt infideli deterior. Ob id Celſus vtiliorem eſſe amicum medicum quàm extraneum rectiſsimè pronunciauit. Siquidem qui amicus eſt, amoris impulſu attentè, accuratè, ſolerter omnia agit, futuris euentis prouidet, & magna cura præſentia quę infeſtant mala profligat atque aufert. Hoc certè mihi in vxore mea curanda, & ab hydrope ſcirrhoſóque hepatis tumore vindicanda, iure merito euenit. Quam quum grauiſsimo viderem, & propè incurabili affectu premi (ſcirrhum namque hepatis

i. ad Tim. 5.

Corn. Celſus libr. 1. in præfatione ad finem.

©BIUM

Gal. lib.2. ad Glauc. cap.21. de ſplene indurato.

patis Galenus, ſi plures perſeuerauerit dies, inſanabilem eſſe vult, nec ſe illum vnquam ſanare potuiſſe, nec qui ſanauerit vidiſſe) magna cura incumbendum tanto profligando affectui officij eſſe ducebam. Narrabo igitur vt in illum atrocem inciderit vxor affectum, quæ perpeſſa ſit, & qua ratione curata: quibus abſolutis finem faciam. Cur in eum quem diximus affectum vxor inciderit, multæ hæ quidem atque iuſtiſsimæ cauſæ fuêre: Primùm immoderata ſanguinis ab vtero ex pluribus aborſibus facta profuſio: à qua quum valde hepatis concoctrix facultas deiici ſoleat, eiúſque caliditas innata minui, conſequitur vt in malum habitum & aquã intercutẽ cadere proni ſint quibus ſanguis immodicè fluit. Altera, eáque non minima cauſa, incauta & inordinata victus ratio à muliere ſeruata, exiſtimanda eſt: quòd & abſtemia quum eſſet, & largo aquæ frigidæ potu viſcera diſtenderet, fructuum horariorum, leguminum, piſcium, frumentaceorum fereculorum, & obſtruentium ciborũ ſubſtantia plurimum veſceretur. Victus autem rationi, quantum tribuendum meritò ſit, quantúmque momenti ſeu in bona valetudine ſeruanda, ſeu aduerſa profligan da habeat, pluribus in locis ab Hippocrate & Galeno dictum eſt. Salubris namque & moderati victus vtilitates & commoda recenſens Hippocrates, ad hunc modum diſſeruit, libro primo de ratione victus acutorum: φημὶ δὲ ἀναγκαῖον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα, καὶ ἀδελφισμένον τοῖσι πλείοσιτῶν ἐν τῇ τέχνῃ, καὶ ἐπικαιροτάτοισι. καὶ γὰρ τοῖσι νοσέουσι πᾶσιν ἐς ὑγείην μέγα τι δύναται, καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν ἐς ἀσφαλέην, καὶ τοῖσιν ἀσκέουσιν ἐς ὄψιν, καὶ ὅτι ἕκαστος ἐθέλει. Id eſt, Dico ſpeculationẽ hanc (de victus ratione loquens) eſſe & pulcherrimã & germanitate quadam plurimis eiſdémque perquam vtilibus in arte rebus cõuenire: vtpote quæ ægris omnibus ad ſanitatem magnum quippiam poteſt, ſaniſque ad ſecuritatem, ſeſéque exercitantibus ad bonum habitum, atque ad quod quilibet voluerit. Id ipſum quoque Galenus: Quemadmodum, ait, in ſanis prauus victus ægrotandi adfert occaſionem, eodem etiam modo multò magis in laborãtibus ex erroribus in victu admiſsis grauiores fieri acceſsiones. Ac proinde ſalubri conſilio omnes idem auctor admonuit, vt ab omnibus praui ſucci eduliis, quantumuis probè à nonnullis conficiantur, abſtineant: quòd clàm ſenſímque longa dierum ſerie prauus in venis ſuccus ex ipſis ſuggeratur atque accumuletur, qui vel leuicula putredinis arrepta occaſione, febres ſæuiſsimas & mirè cõtumaces excitet. Minimè mirum itaque videri debet, ſi quum inſalubri & incauta victus ratione multos annos vſa vxor mea fuerit, holeribus crudis, acetariis, fructibus, piſcibus, frumentaceis, caſeo, & multo aquæ potu: accedente ad hæc ingenti ſanguinis per vterum profuſione, quam ex multis aborſibus perpeſſa fuerat: ſi, inquam, in hepatis ſcirrhoſum tumorem obſtructionémque validã inciderit. Quæ enim obſtructiones efficiũt cauſæ, quæque iocinoris imbecillitatem generare poterant, tum ex præincipiẽtibus cauſis, tum internis & corporeis omnes planè inerant. Obſtructiones enim pariunt multi, glutinoſi aut craſsi humores: vt nono methodi, & in arte medicinali Galenus. Iocinoris autem imbecillitatem immodicæ euacuationes, præſertim ſanguinis, creare ſolent: vt ab eodem eſt Galeno proditum.

Gal. lib.2. de feb. dif. cap. penul.

Gal. lib.2. de alimen. facult. cap. de cucumere.

Cap.94. Gal. lib.9. meth. med.

Quas

©BIUM

Quas quum vxor ob frequentes aborſus crebrò perpeſſa eſſet, nimirum ſi inde in iocinoris imbecillitatem ac malum habitum, tandémque in aquã intercutem ac ſcirrhum inciderit. Iocinoris namque ſubſtantia, auctore Galeno, ſcirrhis maximè opportuna eſt, quòd lutoſum quippiam naturaliter contineat. Ob id ſiquis parum habita de iecore ratione, glutinoſo cibo vtatur (ait idem Galenus) ſiue nihil offerat quod tum obſtructiones eximat, tum detergeat, in ſcirrhoſum tumorẽ planè incidet. Quod vxori meæ euenisſe, magno ſuo quidem malo, dolore autem meo, expertus ſum: quæ quum his quos antea memoraui cibis diu multúmque vteretur, nec detergens quippiam, aut obſtructiones eximens recipere vellet, ab omni prorſus medicamentorum genere abhorrens, in eum quem initio diximus affectum haud iniuria incidit. Quæ affectus cauſæ fuerint, abundè dictum iam eſt: quæ perpeſſa ſit mulier in tam diro atque diuturno affectu (quod ſecundo loco nos dicturos promiſimus) iam promendum. Grauiſsima ſanè atque difficillima erant ſymptomata ea quibus miſerè torqueri cariſsimam mihi cõiugem videre magno meo cum dolore ac metu contigit. Primùm dolor phlegmonoſus quidam in hypochondrio dextro cum circumſcripto tumore percipiebatur, qui interdum tantus erat, vt tactum omnino non admitteret. Doloris huius duplex cauſa erat, partis immoderata intemperies, cum affluxu craſſę, viſcidæ ac multæ ſubſtantiæ, nempe ſanguinis limoſi, lutulenti, ac craſsi, planéque atrabilarij: & ſoluta partis vnitas, quæ à diſtentione, renixu, & tumore creabatur. ob impletionem enim partis diſtentionem & tumorem fieri ex Galeno didicimus. Itaque quum productrices dolorum cauſæ ambæ ineſſent, partis vtique intemperies & ſoluta vnitas (quæ duæ neceſſariæ dolorum cauſæ à Galeno in arte medicinali poſitæ ſunt) dolores inde creari in parte pro ratione influentis humoris omnino neceſſe fuit. Quúmque eſſet humor & copia multus, & qualitate grauis & frigidus, & conſiſtentia craſſus, atque diu in viſcere aſſeruatus, magnos inde creari dolores rationabile fuit: vt exiſtimem ſcirrhum hunc phlegmonodem, non ſanè exquiſitum ac legitimum fuiſſe. Scirrhum enim Galenus eum vult dici tumorem, ſi legitimus ſit, qui ſine dolore affligat. Exquiſiti namque ſcirrhi doloris expertes ſunt, & curationem non admittunt, eodem Galeno auctore. Tumor porrò circumſcriptus atque rotundus in latere dextro prominebat ſenſibus conſpicuus, ob infarctum in viſcere humorem: indicabátque tum gibbam iocinoris partem affici, tum & ſuprapoſitos viſceri muſculos. Non enim ſolum viſcus afficiebatur, ſed & qui incumbebant muſculi: id quod tactu facilè deprehendebatur. Qui enim in gibba hepatis parte conſiſtunt tumores, tactu deprehẽduntur: vel Auicennæ teſtimonio, Fen 14. lib. 3. tract. 3. cap. 2. & Galeni. lib. 5. de loc. aff. cap. 6. Tumorem hunc ab infarctu prodeunte tenſio & durities conſequebãtur. Ex quo enim humor multus ac craſſus viſcus & incumbentes muſculos obſederat, diſtendi quidem partem ipſam, & duram renixu fieri, craſſo vtique & crudo ſubſiſtente humore, neceſſarium ſanè fuit. Vbi verò affectus inueteraſſet, venter totus in ingentem molem attolli cœpit:

Gal. li. 13. meth. med.

Vbi ſuprà immediatè.

Quæ ſymptomata paſſa ſit in hoc morbo ægra hæc.

Gal. li. 13. meth. me. Idem li. 2. art. cur. ad Glauc. & libr. de inæquali intemp.

Gal. li. 14. meth. med. Idem li. 2. art. curat. ad Glauc. Vide Galenum li. 5. de loc. affect. cap. 6. de iocinoris affectibus.

©BIUM

cœpit: partim ab aquoſo humore, partim verò à flatu in vacuis ventris ſpatiis inter peritonæum & ſubiacentes illi partes contento. hic enim eſt locus, quo in hydrope affectis vel aquoſum humorem, vel flatum contineri, Galenus & Auicenna affirmarunt. Erat autem tumor hic magis à flatu quàm ab aquoſo humore: id quod ſignis plurimis deprehẽdebatur. Nam & in ingentem molem venter attollebatur, magis quàm in aſcite attolli ex more ſit: & neque grauitas ſuberat, qualis in aſcite deprehendi ſolet, nec, reuoluto in alterutrum latus corpore, fluentis intus aquę ſonus audiebatur. Quum verò digitis pulſaretur venter, ſonitus quidam inſtàr tympani exaudiebatur, tenſióque amplior apparebat: quod & rugitus in ventre percepti, emiſſíque ore ructus (à quibus plurimùm, quum emitterentur, alleuari ſe ſentiebat) teſtari fide certiſsima videbantur. Hæc enim eius aquæ intercutis quæ à flatu eſt, & à ſimilitudine Tympanitim vocant, ſigna ſunt: vti Auicennæ aſſertione docemur. ob id autem Tympanitis dicta hæc aquæ intercutis ſpecies eſt, quòd percuſſo ventre ſonus quaſi tympani audiatur, flatuoſa nimirum ſubſtantia percuſſu illo dimota. Morborum verò pleraque genera à ſimilitudine ad vnum aliquid, cui collata conſenſum ac ſimilitudinem habere quandam deprehenduntur, deducta eſſe, locupletiſsimus teſtis eſt Galenus, libr. 2. methodi medendi: qui elephantiaſin, cancrum, polypum, carbonem, & pleraque talium (in quorum albo & tympanitis eſt) ob analogiam id nominis ſortita eſſe conceptis verbis declarat. Alterum erat ſymptoma, nec minus prædictis graue, inexhauſta, qua aſsiduè premebatur, ſitis: quod hydrope affectis peculiare eſſe ſolet, ita aſſerentibus Galeno atque Auicenna. Fit autem ſitis hæc, vt plurimum in ſic affectis, ob vaporũ malorum ſurſum, repentium copiam, tum ob partium tabitudinem, humoríſque in faucibus priuationem. Extenuari autem plurimum, ſecundum ſolidas corporis partes, qui aſcite & tympania laborant, iam ab omnibus receptum eſt, & experientia ipſa teſtatum. Tabeſcunt porrò defectu proprij alimenti: quòd neque cibus probè confici, nec commodè diſtribui, ob viſcerum obſtructiones, in reliquum corpus poſsit: vnde nutritoriam facultatem non ſatis ſuo munere fungi conſequens quidem eſt. Fieri autem ſitim vel ob humoris inopiam, vel ob caloris copiam, belliſsimè à Galeno dictum eſt. Accedebat & altera ſitis cauſa, febricula qua ferè ſemper mulier premebatur. Nimirum igitur, ſi tot concurrentibus cauſis, inexhauſta crearetur ſitis. Inappetentia & cibi faſtidium plurimum etiam vrgebant: commune vtique pathema iis quibus affectum eſt iecur, vel Galeni teſtimonio: quòd onuſtus crudis ſuccis ventriculus, nec inanitus, plenitudinis ſenſum inferat, ita vt inappetentes fiant. Eſt enim appetentia, cibi deſiderium, ſeu impletionis cupiditas, quæ tum rectè fit, quum partes intus alimento deſtitutæ, impleri naturali quodam ductu deſiderant: túmque inanitæ, ex ſibi vicinis partibus ad ſeſe cibum alliciunt, vt impleatur id quod erat inane: mox illæ rurſus ex ſibi vicinis, atque eæ ex ſibi proximis. Ita ex proxima quaque parte facto ſemper celeri tractu, perinde quaſi in choro quopiam, tandem venæ ad ventriculum produ-

Gal. lib. 5. de loc. aff. cap. 6.
Auicenna fen 14. li. 3. tract. 4. cap. 5.
Fen 14. li. 3. tract. 4. cap. 17.
Gal. lib. 5. de loc. aff. cap. 6.
Auicenna fen 14. lib. 3. tract. 4. cap. 8.
Gal. lib. 1. de ſimpl. facul. cap. 30.
Gal. lib. 5. de loc. affe. cap. 6.
Appetẽtia quid.

ctæ, inan

ctæ, inanes & ipſæ quoque euadunt: quæ & conſueuerunt & poſſunt cibum ex ventriculo ad ſe conuellere, veluti ſtirpiũ radices in terram demiſſæ. Indidit enim natura ventriculo facultatem qua penuriam ſentiat, vt hoc triſti ſenſu ad cibum potionémque excitata animalia, implerentur: vocatúrque huiuſmodi plenitudinis deſiderium, Appetentia, à penuriæ ſenſu ortum habens, quum venæ ex ipſo ventriculo trahunt, veluti mulgentes, ſugentéſque: quam ſuctionem non ferens ventriculus, ſed tanquam diuulſus, in huius moleſti ſenſus remedium, cibum exquirit: ídque appetentia eſt, vel Galeni teſtimonio. Deficit autem prorſus appetentia, Gal. lib. 4. de ſymp. cauſ. ca. 7
vel ſuctionis ſenſu pereunte, vel ſuctione non facta, vel corpore non inanito. Perit autem ſuctionis ſenſus, quum ventriculus nimio humore madens, craſſo præſertim, crudo, ac lento ſe inaniri minimè percipit: vel tum etiam, quum per vehementes affectus ſopita eſt feréque proſtrata illius ſenſifica vis: vt in vehementiſsimis intemperaturis, magníſque alioqui morbis accidere conſueuit. Suctio verò ipſa fieri deſinit, vel ob nimiam plenitudinem vaſa occupantem, vel quum pauca fit partium diſſolutio, partibus vtique impleri minimè indigentibus. Itaque quum & ſuctio ipſa in hac muliere fieri deſineret, ob infarctos in ventriculo humores, eóſque frigidos, craſſos, & lentos, paucáq; omnino fieret diſſolutio: conſequens certè fuit plurimùm deiici appetentiam: præſertim quòd & in principe parte morbus ingens intemperiéſque valida cum affluxu vitioſæ ſubſtantiæ ineſſet, & facultas vẽtriculi ſenſifica à magnitudine morbi quaſi ſopita proſtratáque eſſet. Atque eæ præcipuæ deiectæ appetentiæ cauſæ fuere. Difficili item ſpiratione nõ minimùm premebatur, quòd diſtentum epigaſtrium totum, atque vnà cum eo ventriculus nimio humore infarctus, ſepto tranſuerſo, præcipuo reſpirationis organo, negotiũ Gal. lib. 5. de vſu par. cap. 15, & li. 5. de loc. affect. c. 3. & libr. de cauſ. reſpi.
faceret, à tam vaſto tumore compreſſo: vnde non liberè duci ſpiritum conſequens quidem fuit. Quam noxam plurimum augebat periodica aſthmatis acceſsio, in quam incurrere pronitate quadam naturæ & vitio mulier ſolebat, hereditarium hunc affectum à parentibus conſequuta. Vnde minimè mirum, ſi ab iis duabus potentiſsimis cauſis, ventris, inquam, tumore ſeptum tranſuerſum comprimente, & infarctu pulmonum à craſſa pituita in eum locum à cerebro defluente, ſpirandi in ea difficultas crearetur. Quæ verò febricula ſuberat, ea quum & tepida & mitis eſſet, haud magnopere vrgebat: quòd alterius affectus pathema potius, quã ipſa per ſe affectus eſſet. erat enim febris accidens non morbus. Hæc præcipua affectus huius ſymptomata. Nunc tandem curationẽ ſubiiciamus.

QVVM grauiſsimo affectu & periculi pleno laborare cariſsimam mihi coniugem cernerem, curationi exactiſsimæ omni ſtudio innitendum duxi: quòd quæ grauiora ſunt, & maius ab his periculum ægro impendet, maiorem curam deſiderent: vt tertio & nono Methodi docet Galenus: præſertim quòd in hac muliere corruptela humorum cum virium imbecillitate coniuncta erat. quod quum euenit, incerta tum ſuccurrendi ratio eſt, auctore Galeno: & aliàs inſanabilis, aliàs ſpatio & ægrè Gal. lib. 9. meth. med.
curatur affectus huiuſmodi: ídque ſi magnum nactus ſit medicum. Ita-

CVRATIO.

Observationum medicinalium libri sex - page 35 sur 308

©BIUM

que primùm, inſtituta congrua victus ratione, emollientibus & flatus diſcutientibus clyſteriis ſum vſus, tum & aliis paulò fortioribus, ſyrupis & decoctis deobſtruentibus, viſcus roborantibus, partim etiam ſeroſum humorem trahentibus, catapotiis inſuper, & confectionibus aromaticis, fotibus exſiccantibus, & flatus diſcutientibus: partim etiam emollientibus, vnctionibus & emplaſtris. Horum omnium hic fuit modus:

℞. Quatuor remollitiuorum, foliorum caulium rubeorum, ana M.j. ſeminum maluæ, althææ, lini, & fœnogræci, ſeminum aniſi & marathri contuſorum, ana ʒ ß. caricarũ pinguium numero x. florũ chamçmeli, melliloti & ſtœchadis, ana P. j. furfurum macri. P. j. Fiat omniũ decoctio. In colatura diſſolue catholici ʒ j. hieræ compoſitæ Galeni ʒ v. oleorum anethi, de lilio & violacei, ana ʒ j. ß. mellis cõmunis deſpumati ʒ j. Fiat clyſter. Interdum quum flatibus & doloribus angeretur, ex vrina impubis pueri, in qua modicũ fermenti incoqui iubebam, cum aniſi, anethi, & marathri ſeminibus, adiecto melle deſpumato ad vnciã vnam, clyſterem parabam, quo mirificè alleuabatur. Nullo enim magis quàm hoc detumeſcere ventrem, aquoſa excerni, & flatuoſa diſcuti ſentiebat: éſtque hic clyſter mihi in eiuſmodi affectibus familiaris atque probatus.

Optimus clyſter.

Apozema tale ad deobſtruendum & hepar roborandum confecimus: ℞. Corticum radicis fœniculi, petroſelini, graminis, bruſci, aſparagi, & rubiæ tinctorũ, omnium mundatarum, & in vino albo temperatarũ, ana ʒ j. radicum iridis recentium ʒ iij. radicis aſari, corticum radicis tamarici, & capparum, ana ʒ ß. cichorij vtriuſq;, vtriuſque bugloſsi, omniũ cum ſuis radicibus, ana M.j. agrimoniæ, herbarum capillarium, ana M.j. ſoldanellæ M. ij. foliorum ſenę orientalis mundatorũ, ſeminis carthami, ana ʒ j. ß. ſeminum aniſi, marathri, & melonum, ana ʒ iij. paſſularum enucleatarum ʒ j. Interiorum cinnamomi electi ʒ ij. cicerum rubeorum P. ij. florum borraginis, bugloſsi & geniſtæ, ana P. j. Fiat omnium decoctio colata ad ℔ ij. in qua diſſolue ſyrupi de eupatorio, de radicibus, & de byzantiis, ana ʒ iij. ſyrupi de cichorio cum rhabarbaro, & roſati ex infuſione roſarum, ana ʒ iiij. ſacchari electiſsimi ʒ v. Fiat ſyrupus perfectè coctus, & cum ſantali citrini, cinnamomi electi, & radicis iridis, ana ʒ ij. aromatizatus. Dabam huius ſyrupi ʒ iiij. ſemel in hebdomada cum decocto cicetum rubeorum, aut aqua decoctionis capillorum veneris, fumariæ, & cichorij. Optimè vacuabat, & abſque moleſtia ſeroſum humorem & pituitam multam detrahebat. Pilulis quoque aggregatiuis vocatis Meſuę, cũ pilulis de rhabarbaro mixtis, & ſucco iridis vel caulium exceptis, quandoque vti iubebam. Ab his ad confectiones roborantes & deobſtruentes me conuerti. ℞. Cõſeruæ florũ cichorij, borraginis, bugloſsi & capillariũ, ana ʒ ij. trochiſcorũ de rhabarbaro ʒ ß. pulueris electarij, triũſantalorũ duplicato rhabarbaro & diarrhodon Abbatis, ana ʒ ij. cinnamoni electi ʒ. iij. Carnis paſſularũ. ʒ ij. pulueris dialaccę ʒ j. ß. Miſce, & ex ſyrupo de radicibus fiat confectio: de qua vnciæ diomidium, vel drachmas duas ſumere iubebam. Vtebar interdũ hoc decocto præſtantiſsimo, cui ego ſecundum Deum primas in hac curatione partes tribuo: ℞. Radicũ iridis recen

Optimum decoctum.

©BIUM

recentium bene purgatarum & contusarũ ʒj. foliorum soldanellæ (quã recentem & copiosam Massilia adferri curauerã) ʒß. cinnamomi electi ʒ ij. seminis anisi ʒ j. Infundantur omnia in vino albo & aqua capillorũ per noctẽ: & fiat leuis ebullitio, addẽdo in fine rhabarbari electi ϑ iij. vel ʒ j. Fiat fortis expressio: quã semel in hebdomada sumere iubebã. Fouebam ventrem sequẽti fotu: ℞. Radicũ iridis recentiũ ʒ iiij. radicũ ebuli ℔. j. foliorũ eiusdẽ M. ij. eupatorij veri, absinthij, origani, pulegij, calamẽti, rutæ, ana M. j. maluæ & althææ cũ radicibus, ana M. j. ß. soldanellæ M. j. florum chamæmeli, meliloti, roris marini, florum tyhmi, ana P. j. seminis cuscutæ ʒ j. seminum lini, fœnogræci, althææ, ana ʒ j. ß. seminũ anisi, anethi, marathri, & cumini, ana ʒ j. furfurum P. ij. Fiat omnium decoctio in aqua marina & vino rubro potẽti, & cũ filtro infuso & expresso vt decet, foueatur tumidus venter ante cibum. Post fotum, ventrem vngebam oleo anethitio, rutaceo, & de cheiri citrina, adiecto polline cumini, galangæ, anisi, & baccarum lauri. Interdum emplastro cerę cum cumino & de baccis lauri sum vsus. Quoniam verò abstemia erat ęgra, nec vino vnquam assuescere poterat, quum esset illi aqua, ceu pestis, in hoc morbo nocentissima, excogitaui, quoad fieri potuit, quàm minimè noxiam eam efficere, cinnamomi decocto. Duritiem porrò iocinoris paucis quidem sed tutissimis medicamẽtis curaui: Cerato santalino, cui mastix, spica Indica, schenanthos, absinthii coma, cum pauco gallinaceo adipe essent coniuncta, & ex oleo mastichino excepta. Ita verò hoc curationis ordine profecimus, vt Deo opifice & moderatore, in integram valetudinem sit mulier, quæ ab omnibus deplorata habebatur, restituta: quod Dei bonitati ac indulgentiæ magis quàm medicamentorum viribus tribuendum iure merito censeo: cui laus & gratiarum actio in omne æuum.

OBSERVATIO TERTIA.

NOBILIS Catherina Martina, Ioannis Bastonÿ Patritij Arelatensis vxor, resolutione crurum, præsertim dextri, post dolores articulorum affecta menses totos decem & octo, summa adhibita cura, potione ligni sancti tandem curatur, integræ sanitati restituta.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

RECTISSIME illud à Galeno dictũ est, vires vbi valentes sunt, omnia contemnere ac tolerare: vbi infirmæ fuerint, absquouis offendi. Et alio loco, temperata corpora probatissimi succi esse, & ob actionum præstantiam morbis minimè obnoxia esse, vt quæ à iusto modo vix ægréque dilabantur: quòd eiusmodi naturæ, nempe validæ, causis morborum diu multúmque resistant: vt lib. de optima corporis constitutione idem auctor adstruxit. Ob id temperati naturam reliquis omnibus præstare, lib. de temperamentis primo scitissimè dict

Gal. li. 10. meth. me.

Idem li. de opt. corp. consti.

Observationum medicinalium libri sex - page 37 sur 308

mè dictum eſt. Quorſum hæc? Illud vt intelligi dilucidè poſsit, mirandũ minimè eſſe, ſi nonnunquam naturæ potentia ac virtute, temperamentiq; bonitate, incurabiles propè morbi vincantur ac ſuperentur: quod in hac præſtanti muliere accidiſſe luce meridiana clariùs omnibus factum eſt. Quæ quum optimo ſanè ac ſaluberrimo eſſet corporis habitu, propéque temperamento proxima, etſi ad humidum paulùm deflecteret, inſuperabilem tamen morbum naturæ robuſtæ potentia vicit. Ea enim mulier articulariis morbis (hereditario malo à parentibus illato) quum quandoque, ſed leuiſsimè, premeretur: tandem vbi ſemel genuum & pedum doloribus laboraret, ab illis leuata doloribus, in reſolutionem crurum, præſertim dextri, incidit: tranſlata vtique quæ in articulos fluere ſolebat, in neruos materia: pituitoſa, inquam, illa, glutinoſa ac frigida, cerebro mittente, recipientibus verò imis partibus. Eò effectum eſt, vt & motu & ſenſu crura priuarentur. Neque enim progredi cruribus, nec vllo voluntarij motus genere dimoueri vſquam poterat, multóque minus veſtigiis inſiſtere. Senſus quidem in illis partibus ſtupidus atque obſcurus remanebat, pereunte motu, quòd non perinde ſenſorij nerui atque qui voluntariũ motum perficiunt, affecti eſſent. ob id vſuvenire ſæpè videmus, vt altero illeſo alter vitietur. Quarundam namque partium mouendi quidem ab impetu functio reſolui videtur, illæſa ſentiendi facultate: quomodo rurſus aliæ mouentur quidem, ſed non ſentiunt: quod in lingua & oculis, ſiquando id acciderit, ambiguitatis nihil habet: quippe quæ duplici neruorum genere participent. At vbi eadem in parte tum ſentiendi tum voluntarij motus functio eodem neruo perficitur, maiorem tum res difficultatem habet. Cur, inquam, reſoluta motus functione illeſus in eadem parte ſenſus maneat, vt in hac ægra penè accidiſſe compertum habuimus: in qua ſecundum crura motus voluntarius omnino perierat, ſenſu non vſquequaque pereunte. Non enim ſenſus integer in iis partibus remanſerat, ſed hebes tamen atque obſcurus conſpiciebatur. Cuius nos ſymptomatis cauſam hanc eſſe ducimus, quòd tam qui in muſculos ipſos, quàm qui in cute diſperſi nerui erãt affi cerẽtur: ſed magis qui muſculis inſerti erãt. Ob id, inquam, perierat in cruribus motus, quòd qui ſecundum muſculos diſtributi nerui eſſent, magnum vitium contraxiſſent, plurimo in illis impacto craſſo, frigido, lẽtóque humore: minorem vtique noxam ſentientibus qui in cute nerui erant. Quamobrem remanebat quidem aliquis in cute ſenſus, etſi non integer omnino: verùm ſi nulla in cutaneo neruo noxa accidiſſet, ſenſu perfecto prædita pars fuiſſet. Quod enim pereat motus in parte, illæſo manente ſenſu, ob hanc cauſam id euenire ſolet (auctore Galeno) quòd neruus alterius, nempe muſculi, læſus eſt: alterius verò, nempe cutis, manſit illæſus. Sic etiam fieri poteſt vt neruus per cutem diſperſus offendatur, túmque ſenſus perit: qui verò per muſculum ſpargitur, noxa careat, tũmque voluntarius in parte ſeruatur motus: quæ de relatius Galenus tum primo, tertio, & quarto de locis affectis: tum verò quarto de ſymptomatum cauſis, capite quinto: & nos in noſtris ad id caput cõmentariis abundè explicauimus. Nunc quæ & qualia paſſa

Gal. lib. 4. de ſympt. cau. cap. 5.

ſit ægra

sit ægra hæc symptomata toto morbi decursu, & quanam ratione leuata, dicere aggrediamur. Primum omnium, articulares dolores in genubus, malleolis, & pedibus (hereditarium planè in muliere malum, vt quæ patre podagrico genita esset) oriri cœperunt, longóq; tempore ægrã vexare. Si quidem quibus dolores podagrici fiũt (iuxta Hippocratis sententiam) hi sedata in quadraginta diebus inflammatione finiũt. Nec solùm ad quadraginta dies, sed multò plures prorogatus est morbus: quòd quum vnius membri inflammatio sedabatur, alterius noua oriebatur. Nec solùm dolor partem affectam premebat, sed & stupor quidam crus dextrũ inuadere post bimestre tempus à morbi initio cœpit, futuræ resolutionis quæ postea insecuta est indicium: siquid Auicennæ creditur dicenti: „ Quum perseuerat stupor & prolongatur, perducit ad mollificationem. Hinc augescente morbo atque gliscente, tum ob totius plethoram & cacochymiam, tum ob partium infirmitatem & situm: ob quæ quum & imbecillæ essent partes, & in imo positæ, fluxioni excipiendæ pariores, siquid Galeno creditur, factæ sunt: resolutio in eo ipso crure in quo stupor inerat, genita est. Priuabatur namque pars & sensu & motu, sed diuersimodè: siquidem motus actio abolita omnino erat, sensus verò diminuta. Erat enim in parte sensus aliquis, sed obscurus atque obtusus valde: vt nisi valde partem premeres, vix sentiebat: quòd obstructis à crassa pituita sanguini mixta neruis, spiritus animalis ferri ad eam partem prohibebatur. vnde sensu & motu destitui partem consequens quidem fuit. Grauitas porrò multa cùm in reliquo omni corpore, tum maximè in cruribus ab ægra percipiebatur, quòd incumbentis cuiusdam ponderis reíque grauis sensum sentire se testaretur. Nec iniuria quidem, quòd & copia multus, & qualitate viscidus ac lentus, & essentia crassus subsideret humor. Grauitas nempe percepta (siquid Auicennæ creditur) tum obstructionẽ tum plenitudinem significat. Nec grauitate solùm, sed & stupore pars affecta premebatur, tum verò frigore multo. tanta namque tangenti sese offerebat frigiditas, vt congelatam partem dicere posses. Nèc mirum, quòd & obstructio valida subesset, caloris natiui ad partem delationem fieri prohibens: & humoris pituitosi ea in parte consistentia frigiditatem maiorem augebat: præsertim quòd quum pinguiuscula esset ægra (solent autem pingues qui sunt, frigido vt plurimum temperamento esse, vel Galeni sententia) respersa in carnibus secundum extimam superficiem pinguedo, frigiditatis sensum inducebat. Equidem malus esse solet ad crassitudinem excessus: quòd in iis angustæ sint cùm arteriæ tum venæ: atque ob id qui crassi sunt paucum omnino sanguinem habent atque spiritum, adeò vt quum ætate processerint, citò ipsis vel paruã ob causam calor natiuus destruatur: vt rectè Galenus lib. 2. aphor. com. 43. testatur. Pallor in facie, inappetentia multa, & quasi turgida facies apparebat: adhæc multa in somnum pronitas. Palloris faciei, paucitas spirituũ & natiui caloris præfocatio sub pondere pressi, & morbi longitudo in causa erant: prout inappetentiæ, ventriculi ad cerebrum consensus, intemperiésque frigida cum humoris pituitosi in eo redundantia. Vnde quum minimè inanitio,

Quæ symptomata acciderint huic ægrę.

Hippocra. lib. 6. aph. 49.

Auicenna Fen 2. li. 3. cap. 13. de stupore.

Gal. lib. de inęquali intemp. li. 10. & 13. meth.

Auicenna Fen 1. lib. 3. tract. 1. cap. 8.

Gal. in arte medicinali ca. 53. nouæ versionis.

Observationum medicinalium libri sex - page 39 sur 308

©BIUM

aut quàm pauciſsima fieret, obtundi inde neceſſariò appetentiam conſequens quidem fuit. Inanitionem enim partium præcedere appetentiam omnino oportet: vti Gal. lib. 4. de ſymptomatum cauſis, & lib. de facultatibus natur. abundè teſtatur. Turgida ob id facies apparebat, quòd vapores multi ex imis partibus eò delati, præſertim à ventriculo transferrentur, & altrix facultas non ſatis valida vnitione alimenti ad partem deficeret: vnde ſubtumidam apparere faciem, inſtar eorum qui leucophlegmatia morbo tenentur, neceſſarium quidē fuit. Pronitatis in ſomnum, cerebri perfrigeratio, & pituitoſi humoris copia cerebrū implentis, in cauſa fuit. eæ enim ſomni cauſæ tum ab Ariſtotele, tum à Galeno eſſe ſtatuūtur. Hęc potiſsima quæ morbū ſequebantur ſymptomata erant, quorū abundè cauſas retulimus. Nunc qua ſimus in curando methodo vſi, quibúſq; remediis ægram, Dei ope adiuti, liberauerimus, breui ſermone dicemus.

Ariſt. li. de ſomno & vigilia.

Gal. lib. 4. de ſympt. cau. cap. 8.

CVRATIO.

QVONIAM verò curatio omnis tribus veluti capitibus ceu inſtrumentis perficitur, (vel Auicennæ teſtimonio) dieta, medicamentis, & chirurgia: nos in hac curanda duobus tantùm vſi ſumus, congrua victus ratione, & medicamentorum dextero vſu. Victum porrò eum inſtituimus, qui attenuare, ſiccare, & humorum redundantiam exhaurire poſſet. Itaque ab humidis, iurulentis & implentibus cibis, abſtinere ægram iuſsimus: quin & carnium vſum dies aliquot inhibuimus, & vini potum, hydromelite vti eam iubentes. Nautico pane ex aniſi ſeminibus confecto cibauimus: paſſulis & nucleis pineis ex ſaccharo paratis, tum & citrij cortice condito, & cotoneorum confectione, ſeparatim vti eam, præſertim cœnæ tempore, iubebamus. Quod ſiquando ob virium imbecillitatem carnibus vtendum foret, auiculas quæ in dumetis & ſaltibus degunt, igni aſſas parabamus, columborum nedum domeſticorum ſed & ſylueſtrium eſum conſuluimus: quòd eorum caro neruorum affectibus natiua quadam virtute & ſympathia bene faciat, præſertim reſolutioni & tremori: ſi quid Auenzoari credendum. Pullorum cohortalium paruorum, perdicum, ac turdorum carnibus aſsis vti ex interuallo iubebam. Iuſculis nonniſi rariſsimè & exigua quantitate vti ſinebam, iiſque cinnamomo, vel myriſtica nuce conditis. A cibo, coriandri ſemina, vel cydoniatum, cydoniáve prunis cocta ſæpe dabam. Non rarò verò panis albi igne aſſati micam ſumere iubebam: vel nautici eius panis qui Piſis eleganti arte fieri ſolet, fruſtum dabam. Hydromelite ad multos menſes vti ægram iuſsi: nonnunquam verò aquam decoctionis ſaluiæ ex ſaccharo & cinnamomo pro potu dabam. Hæc in victu, quod ad cibos & potus pertinet, præſcripta à me ratio. Aëre porrò tenui, odorato, calido & ſicco vti ægram iubebam, magno per hiemem accenſo in cubiculo ex odoratis lignis igne, lauro, iunipero, roremarino, quercu, vitis ſarmentis: &, ſiquando imbrifera eſſet temporis conſtitutio huménſque, ſuffitibus ſiccantibus & odoratis cubiculi aërem vaporabā, iuniperi globulis, olibano, ſtyrace calamita, laſerpitio Indico, gummi hederę torrefacto, roſis, myrti granis, & ſimilibus. Vigilias imperabā magis quàm ſomnum. vigilia namque (vt auctor Galenus eſt) totū corpus exſiccat: & qui defluxionib

Auicenna fen 4. li. 1. cap. 1.

In proœmio ſui Theſir.

Gal. lib. 7. meth. med.

xionibus tentantur, ſiti, vigiliis, fame iuuari plurimùm ſolent: dicente vtique Auicenna, Et ſitiant, & vigilẽt, & famem patiantur: quoniam eſt initium curationis eorum. Plenitatem, vel inedia & ſomno, vel etiam euacuatione per clyſteres arcebam. Ab animi accidentibus, quæ motum in humoribus creare poſſent, nempe mœrore, metu, triſtitia, quantum maximè fieri poſſet, vti abſtineret conſulebam: ſpe bona animum fouere, & morbum virili animo ferre (quod & ipſa per ſeſe lubens efficiebat, conſtantis animi mulier) ſuadebam: ſícque iuuante Deo effectum eſt, vt in dies ex hac victus ratione in melius proficere ſe percipe-
10 ret. Iam verò ad medicamentorum vſum tranſeundum. Fen 5. li. 3. cap. 11.

QVONIAM in hoc morbi genere non confeſtim & celeriter, ſed ſenſim & gradatim à leuioribus ad fortiora progrediendum eſt: quòd craſſus, crudus, & viſcidus humor in neruorum ſubſtantia impactus, euacuationi reluctetur, concoctionémque longiorem depoſcat: (vti Auicennæ ſententia eſt) ob id leuioribus ab initio vſi ſumus, mox temporis progreſſu ad fortiora proceſsimus. Itaque primùm ad communes materias educendas minoratiuum hoc ſumere iuſsi: ℞. Medullæ caſsiæ pinguis recenter extractæ ʒ x. pulueris hieræ Galeni ʒ 1. ex ſaccharo fiat bolus: ſumat in aurora. In craſtinum ex humeraria dextri brachij
20 vena ſanguinem pro virium & plenitudinis ratione detraho ad vncias xij. poſtridie ſyrupum in hunc qui ſequitur modum paratum ſumere iubeo ad dies ſex: ℞. Hyſſopi & ſaluiæ, ana M. 1. paſſularum mundatarũ ʒ 1. aniſi ʒ ij. florum violarum, borraginis, bugloſsi, ſticados & roriſmarini, ana P. 1. Fiat decoctio ad ℔ 1. ß. In colatura adde mellis roſati colati, oxymellis ſimplicis, ana ʒ iij. Miſce cũ ſaccharo. Fiat iuleb aromatizatum cũ pauco nucis myriſticæ: ſumat ſex diebus continuis. Finito ſyrupo catapotia hæc ſumere iuſsi: ℞. Maſſæ pilularum cocciarum & de hermodactylis maiorum, ana ℈ ij. maſtiches, diagrij, ana grana ij. Ex melle roſato formentur catapotia. In craſtinum verò ſumat conſeruæ roſarum & an-
30 thos, ana ʒ 1. mithridati electi ʒ ß. ex ſaccharo fiat bolus: quem capiet vj. horis ante cibum. Interpoſitis ad recreandas vires diebus aliquot, rurſum humores valentioribus præſidiis attenuandos & incidendos cenſui in hunc qui ſequitur modum: ℞. Radicis acori ʒ 1. ß. radicum pæoniæ ʒ 1. borraginis, bugloſsi, amborum cum radicibus, cuiuſque manipulum: ſummitatũ hyſſopi, betonicæ, ſampſuchi, meliſſæ, ſaluiæ, iuæ arthriticæ, chamædryos, chamæpityos, primulæ veris, ana M. ß. herbarum capillariũ, ana M. ß. corticum citrij ficci ʒ iij. ſeminum aniſi & marathri, ana ʒ ij. glycyrrhizæ raſæ & contuſæ ʒ 1. medullæ carthami ʒ x. polypodij quercini recentis ʒ 1. trium florum communium cordialium, florum roriſ-
40 marini, ſticados & ſaluiæ, ana P 1. Fiat omnium decoctio in aquæ ℔ 4. ad conſumptionem medietatis, & coletur. Colaturæ adde oxymellis ſcillini ʒ iij. ſyrupi de betonica & de ſticade, ana ʒ ij. Fiat apozema cum melle clarificatum, & aromatiſatum cum nucis myriſticæ, pulueris diamoſchi dulcis, ana ʒ 1. Fiat apozema pro ſex aut octo matutinis. Dein ſequentes pilulas præſcripſi: ℞. Pilularum fœtidarum, de hermodactylis maiorum,

Curatio per medicamenta. Auicenna Fen 2. li. 3.

Observationum medicinalium libri sex - page 41 sur 308

©BIUM

ana ℈ ij. trochiſcorum alaudahal grana ij. Cum aqua ſaluiæ fiant catapotia ſeptem inaurata, quæ deuorentur debito obſeruato regimine. Et in craſtinum conſeruæ acori & roriſmarini ſeſquidrachmam cum ſcrupulo mithridati electi in aurora ſumere iuſsi. Vbi hæc perfeciſſem, congruéque humorem noxium repetitis vacuationibus pro maiori parte detruſiſſem, ad roborandum cerebrum, mittentem partem, cruráque & neruoſas partes me conuerti, tum foras admotis, tum intrò ſuſceptis medicamentis, in hunc ferè modum: ℞. Conſeruæ acori colati ʒ ij. conſeruæ florum ſaluiæ, roriſmarini & ſticadis, ana ʒ ij. myrobalanorum emblicorum ſaccharo conditorum, numero j. pulueris diamoſchi dulcis & pliriſarcoti- 10
ci, pulueris diambræ, ana ʒ j. nucis moſchatæ ℈ ij. cerebri leporis aſſati ʒ iij. Miſce, & cum ſyrupo conſeruationis emblicorum fiat in modum opiatæ, addendo corticis citrij conditi ʒ ß. Sumat omni mane ad quantitatem caſtaneæ, colluendo os cum pauco vino giluo, ex aqua ſaluiæ diluto. Dein errhinis & apophlegmatiſmis ad deriuationem materiæ per proxima à capite vſus ſum: ℞. Sampſuchi P. j. agarici albi & fœminini ʒ j. zingiberis ℈ j. Fiat decoctio in aqua, & coletur. Colaturæ adde ſucci radicum betæ nigræ ʒ ij. mellis roſati colati ʒ j. Miſce: fiat caputpurgium: quo ieiuno ventre vtebatur, ore aqua pleno. Interdum ex 20
ſucco anagallidis purpureum florem gerentis errhinon feci: ℞. Maſtiches ʒ ij. pyrethri ℈ j. carnis paſſularum quantum ſat eſt. Incorporentur ſimul, & mandat, expuendo ſaliuam, ieiuno ventre. Interdum ex oxymelite ſcillino, ex decocto hyſſopi, origani, & ſaluiæ, excepto cũ pauco zingibere, gargariſmum parabam, ad pituitam ore detrahendam: & noctu nucem myriſticam confractã per fruſta ore cõtineri iubebam. Caput ſtuppis fumigatis roſis, thure, ſtyrace calamita, & laſere Indico fouebam. Feci & pileum conſutum & interpunctum, quo caput pilis raſum contegi iube- 30
bam: ℞. Sampſuchi, meliſſæ, ſaluiæ, betonicæ, ſiccorum ana M. j. coriandri præparati ʒ ß. granorum myrti ʒ iij. roſarum rubearum P. ij. granorum tinctorum, caryophyllorũ, macis, nucis moſchatæ, ana ʒ ij. ſtyracis calamitæ ʒ j. Pulueriza tis rectè omnibus, & ſindone rubra cum pauco xylino exceptis & interpunctis, fiat pileus, addendo, florum roriſmarini & ſticadis, ana P. j. ß. Clyſteribus nonunquam paulò acrioribus ad pituitam detrahendam ſum vſus. ℞. Foliorum maluarũ, biſmaluæ, bliti, mercurialis, foliorum centaurij minoris, iuæ arthriticæ, betonicæ, primulæ veris, ana M. j. polypodij quercini granati ʒ x. hermodactylorum ʒ ß. agarici in panno lineo raro ligati ʒ iij. ſeminum aniſi & marathri conquaſſatorum, ana ʒ iij. florum ſambuci, ſticadis, roriſmarini & ſaluiæ, ana P. j. furfurum P. j. ß. Fiat omnium decoctio ad ℔ j. In colatura diſſolue electarij Indi maioris, diaphœniconis & hieræ Galeni, ana ʒ iij. 40
mellis anthoſati ʒ ij. olei anethi ʒ iij. mellis roſati colati, ſacchari rubei, ana ʒ ij. Fiat clyſter. Quoniam verò topicis remediis ad reſolutionem arcendam opus erat, euacuato prius vniuerſo corpore, vnctionibus ſequentibus & balneis ſum vſus: ℞. Gummi ammoniaci, bdellij, diſſolutorũ in aqua vitæ, ana ʒ ij. axungiæ taxonis & anſeris, axungiæ anatis & vulpis,

Opiata cerebrum & neruos roborans.

Errhinon.

Maſticatorium.

Gargariſmus.

Pileus capitalis.

Clyſter.

Linimentum optimũ ad reſolutionẽ.

ana

ana ʒ iij. pulueris ireos ʒ x. foliorum rutæ, betonicæ, herbæ paralyſis, ficcorum, ana ʒ j. florum ſticados & roriſmarini ana P. j. florum chamæmeli & meliloti, ana P. ß. ſtyracis calamitæ, benjoini, ana ʒ ij. caryophyllorum, olibani, nucis moſchatæ, ana ʒ j. olei vulpini, lumbricorum, & de coſto, ana ʒ iiij. fæcis olei de lilio ʒ ij. Ceræ quantum ſat eſt. Fiat linimentum, quo ſpina dorſi à renibus infra calidè inungatur, & crura etiam reſoluta, deſuper ponendo floccos lanæ ſuccidæ fumigatæ olibano, ſtyrace calamita, & laſere Indico. Mirè hoc linimento iuuabatur ægra. Locos affectos ſemel in hebdomada ſequenti lotione ablui iubebam, cuius vis eſſet refrigeratos neruos calfacere, partem roborare, & quod impactum erat diſcutere per halitum: ℞. Betonicæ, ſampſuchi, rutæ, ſaluiæ, ſummitatum lauri, ana M. ij. florum chamæmeli, meliloti, roriſmarini, & ſticadis, ana P. j. radicum ebuli & acori, ana ʒ ij. ſulfuris ignem non experti ʒ iiij. ſalis ʒ iij. aluminis ʒ j. furfurum P. ij. caryophyllorum contuſorum ʒ ß. Fiat omnium decoctio in vino albo & lixiuio æquis partibus, & ex decocto fiat lotio crurum poſt vniuerſales purgationes, ieiuno ſtomacho. Verùm etſi plurimum his remediis leuaretur, non tamen integrè priſtinæ ſanitati reſtituta videbatur, quum illi progreſsiuus motus liber adhuc non eſſet, ſed magna cum difficultate crus affectum moueret: tùmque ad ligni ſancti vſum trãſeundum meritò putaui, in quo vno, ſecundum Deum, præcipuum ſanationis huius ægræ ſcopum ſitum eſſe exiſtimabam. Itaque ligni decoctum ad hunc qui ſequitur modum præparaui, illíque ad dies quadraginta, aut paulò amplius, potandum dedi: quo epoto, continuò integræ ſanitati, nutu præpotentis Dei, reſtituta eſt, nulla reſolutionis relicta labe, motúque voluntario plenè reſtituto. Porrò decocti ligni ſancti vocati ratio hæc excogitata à me fuit: ℞. Ramentorum ligni ſancti tenuiſsimè pulueriſatorum ʒ ix. corticum eiuſdem ʒ iij. Infundantur in xij. lib. aquæ calidæ per diem & noctem, & ferueant in eadem aqua ad conſumptionem medietatis: & prope finẽ decoctionis adde, Coriandri præparati ʒ iij. cinnamomi electi ʒ ij. Fiat iterum leuis ebullitio, & coletur. Colatura clarificetur per colum cum ſacchari finiſsimi libra vna, pro ſingulis vicibus quibus decoctum fiebat. Et vbi decoctum refrixiſſet, & colo tranſmiſſum fuiſſet, addebam vini albi electiſsimi & generoſi libras quatuor: & ex hoc decocto ſumere in aurora ʒ viij. iubebam, eo calente accepto: veſperi verò vncias ſex tantùm dabam. Et in lecto conſtituta ægra, & ſtragulis bene operta, ſudare præcipiebam, quantum ferre poſſet. Pro potu verò in prandio, & cœna ſequens decoctum confeci: ℞. Ligni ſancti in ramenta diſſecti ʒ iiij. Infundantur in xij. ℔. aquę per diem & noctem, & bulliant in eadem aqua ad conſumptionem tertiæ partis: & coletur. Trãſmittatur per colũ, donec clarificetur, addẽdo ſacchari ℔ ß. biberéque affatim ex hoc ſecundo decocto hora prandij & cœnę iubebã. Quã victus rationẽ tenuẽ, cùm nautico pane & auiculis nemoralibus quũ quadraginta totos dies rigidè obſeruaſſet, optatam valetudinẽ, progreſsiuúmque motum, voluntate & beneficio Dei, integrè eſt adepta. Cui ſit honos & gloria in omne æuum.

Lotio crurum in reſolutione optima.

OBS

OBSERVATIO QVARTA.

ARDVINVS ab Stagno, Patritius Arelatensis, iuuenis annorum viginti, pleuritide incocta lateris sinistri Lutetiæ correptus, nullo procedente sputo, & pro deplorato à medicis habitus, grauissimis & propè lethalibus obortis symptomatis, spirandi summa difficultate, cum sublimi vocato spiritu, virium defectione, inappetentia summa, vigilijs, & animi deliquijs, superueniente die decimoquarto copioso alui fluxu, & multos dies perseuerante, præter omnium spem atque expectationem Dei gratia seruatus fuit: vti ad me Lutetia Honoratus Castellanus Regius medicus accurate scripsit, anno 1561. mense Iunio, & ager ipsemet proprio postea retulit ore.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

Cel.libr.2. cap.6.

FRVSTRARI interdum spe medicum, & ea accidere quæ minimè euentura sperarat: & certa experientiæ fide, & Celsi doctissima assertione, est comprobatum. Frustratur (inquit) spes medicũ, & moritur is de quo secursus primò fuit: vti contrà seruari eum non rarò videmus, de quo medicus desperarat. Ea causa est cur sæpe deserti à medicis conualescant: quòd arcani naturæ motus, quibus ipsa in seruando fouendóque corpore vtitur, & à mortis iniuria vindicando, non satis nobis perspecti sint. Vnde meritò fit, vt quod notarum indicio euenturũ speres, non eueniat. Cur? quòd coniecturalis sit ars medica, rationémque coniecturæ talem esse, vt cum sæpius aliquando responderit, interdum tamen fallat nos. Id in iuuene præstantissimo Arduino ab Stagno, eximia spe, summæ virtutis adolescente, euenisse, insperata è lethali morbo reddita sanitas palam fecit. Hic enim quum se Lutetiam Parisiorum ad quędã magni momenti curanda explendáque pro patre suo, viro clarissimo, & omni laude ob raras eximiásque virtutes cumulatissimo, negotia contulisset, in grauem prorsúsque lethalem pleuritidem incidit: móxque grauis spirandi difficultas, febris acuta, dolor in latere tensiuus & punctorius, vigilia, deliriũ etiam oriri cœperunt. Interea verò quum hæc grauia ægrum torquerent symptomata, nihil prorsus expuebatur: quod in pleuritide lethale esse omnium est sententiis confirmatum. Sputum enim quò celerius & facilius prodierit, eò citius (si quid Hippocrati & Galeno creditur) ægrum liberat: contrà verò si ægrè tardéque procedit sputum, vel omnino non procedit, periculosum & plerunque lethale esse solet. Itaque quum in hoc ægrotante grauissima subesset in succingente costas membrana inflammatio, quam ob magnitudinem crebra & vehemens difficilísque spiratio sequebatur,

Libr. 1. aphorſ. 12.

Celſ.lib.2. cap.4.

(mali vtique morbi indicium, si quid Celso creditur) neque omnino sputum procederet, tussis autem valida premeret, febrísque in dies augesce-

ret,

ret, viréſque inde collaberentur: quid miri ſi incoctam lethalémq; pleuritidem hanc eſſe, Galeni more, ſubindéque moriturum ægrum medici prædixiſſent? Incoctas namque pleuritides, auctore Galeno, eas nominant, quæ vel celeriter hominem rapiunt, vel longo temporis ſpatio finiuntur. At nullæ celerius enecare ſolent, quàm in quibus cum ſymptomatum grauitate nihil prorſus expuitur: quòd & ipſum vel morbi magnitudinem, vel extremam virium defectionem, vel materiæ pertinaciam demonſtrat. Quúmque iſthæc omnia in præſtanti hoc iuuene cumulata adeſſent, acutiſsima febris, dolor in latere ingens, vigilia, delirium, ſumma cum valida tuſsi ſpirandi difficultas, ſputum nullum, extrema poſtremò virium imbecillitas, nonne hæc certiſsima mortis ſigna erant? Hiſce namque notis Hippocrates, Galenus, Celſus, Auicenna lethales pleuritides iudicare ſolent. At verò etſi hæc non dubiis ſignis mortem portendere videbantur, adeò vt æger etiam à Medicis tanquam deploratus fuerit relictus: prouida tamen, & hominum veriſsima medicatrix natura (ſi quidem naturæ noſtræ morborum medici ſunt, auctore Hippocrate) tum arcanis ſuis motibus morbo diro inſultans, ſeſe ipſa intenta oppoſuit: & dum moriturus æger credebatur, tum citato alui fluxu ſub decimumquartum diem, ſalutarem opem tulit. Nam etſi ab Hippocrate recté dictum ſit, à morbo laterali vel pulmonia habitum alui profluuio adueniente corripi malum eſſe, nihilo ſecius tamen poteſt quandoque alui profluuium pleuritidi ſuperueniens prodeſſe ratione euacuationis: vt Galenus lib. 6. aphoriſmorum, com. 16. teſtatur: ídq; præſertim ſi concoctionis ſigna in morbo apparuerint. Verùm quũ hic crudus eſſet morbus, & æger à vehementi laterali morbo vexatus atq; detentus (ſic enim vocẽ eam *Habito* interpretatur Galenus) quî fieri potuit vt alui profluuio accedente, crudo morbo, multa cũ virium deiectione, hominem liberarit, ac non prorſus perdiderit? Metuendum quidem valde profectò erat, ne fluxus ille alui hominem ita & morbi magnitudine fatigatum, & viribus deiectum perderet. Sed fit interdum vt malè inchoata, & vi morbi potius quàm naturæ decernentis impetu effuſa (quas diſruptiones vocare Hippocrates ſolet) in bonum deſinant: vbi exonerata natura eo quo veluti ſarcina premebatur, ſupra reliquum potentior facta, morbum ſuperat: ſed non ſine graui periculo. Ea cauſa fuit, cur in præſens diſcrimen æger hic inciderit: quòd magno morbo & crudo intempeſtiua criſis acceſſerit. Intempeſtiuæ namque hæ criſes Galeno dici ſolent, quæ ante ſtatum fiunt, & ab excremento naturam irritante. Quæ enim in tempore fiunt, in ſtatu & coctionibus fiunt, etiamſi nullum adſit irritamentum: quæcunque verò diſrumpuntur (vocat autem ſic Hippocrates omnia quæ ante ſtatum ad criſim ruunt) ob aliquod irritamentũ id patiuntur. Quum enim natura materiæ non dominatur, nec proprias obire operationes poteſt, tum (auctore Galeno) indeterminati atque inordinati, tum verò etiam ob id incogniti ſunt illius motus, quòd nimirum ſuccumbat: prout quum valida fuerit, & materiæ integrè dominatur, tum ordinati ac determinati ſunt illius motus, proindéque probè cogniti. Ob id rectiſsimè

Gal. lib. 2. de loc. aff. cap. 2.

Hippocr. li. 6. Epid.

Hippocr. lib. 6. apho riſm. 16.

Vbi ſuprà.

Gal. lib. 3. de crifib. cap. 10.

Vbi ſuprà.

Hipp

©BIUM

Hipp. li. 6. Epid. Hippocrates coctionem, crisis celeritatem & salubrem securitatem portendere: cruda autem & incocta, & conuersa in abscessus, crisium defectum, aut vehementes labores, aut mortes, aut eorundem malorum reuersiones significare testatur. Nimirum igitur si à medicis ingenuus hic adolescens sit pro deplorato habitus, & morti ex symptomatum & signorum apparentium malignitate adiudicatus. Verùm aliter Deo, qui mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit, visum est: aliter etiam naturæ occultè operanti, vt cuius ineffabilis atque recondita operatio quum sit, prorsúsque longè nostra cognitione profundior (vt Galenus lib. An animal sit quod in vtero continetur, doctissimè asserit) nimirum etiam quod molitur ipsa in morituro corpore à mortis iniuria vindicando, nos latet. Indéque efficitur, vt in acutis morbis (quod rectissimè dixit Hippocrates) non satis certæ sint salutis pronuntiationes, aut mortis. Deo itaque, qui suos quum vult seruat, & cadenti ne collidatur supponit manum suam, iure merito adscribendum, quòd seruatus hic iuuenis sit. Non enim sanguis missus, non linctus, fotus, potiones, non operosa medentium manus, non herba neque malagma: sed prępotens manus eius qui sanat omnes infirmitates nostras, & redimit de interitu vitã nostram, illum seruauit, in spe contra spem: in spe naturæ contra spem artis. Id causę esse Celsus affirmat, cur nonnunquam deserti à medicis conualescant: quòd etsi certa quędã futurę mortis indicia sint, coniecturalem tamen artem medicinæ esse: rationémque coniecturę talem esse, vt quum sępius aliquando respõderit, interdum tamen fallat nos. Reddidimus rationem quamobrem hic morti adiudicatus, seruatus tamen sit. Sed quanam ratione pleuritis grauis alui profluuio finiatur, quũ nullæ viæ communes sint, quibus à parte affecta, succingente costas membrana, ad aluũ deduci noxius humor possit, quemadmodum sputo potest, nondum explicauimus. Id verò iam promamus. Dicimus itaque naturam humores malos per varias vias mittere solere, vt modò per vrinas, modò per cutem, per insensilem transpirationem, per sudores, marisca, menses, per ventrem interdum vitiosos humores expurget: vt millies in mille locis est à Galeno assertum. qui sanè modi sunt quibus corpus natura in morbis ab excrementis alleuare solet: quòd ipsa videlicet (auctoribus Hippocrate & Galeno) materiebus semper viam inuenire soleat, quum & per ossa abscessus fieri interdum cernamus, & Hippocrates ipse affirmauit. Confluxile namque & conspirabile est vniuersum corpus: siquidem confluxio vna, conspiratio vna, consentientia omnia: vt lib. de alimento. & lib. 6. Epidem. Hippocrat. dixit, atque Galenus lib. 3. de facult. natur. & lib. de vsu pulsuum. Videmus etiam & humorẽ illum qui est inter thoracem atque pulmonem in suppuratis, cum tussi expui, quum nullus extet meatus patens, quo è cauitate pectoris in asperas arterias deriuari, subindéque sputo eiici purulentus humor possit. Id tamen fieri quotidie, certa experientię fide exploratum habemus: & testatur quoque Galenus. Non igitur neque in pleuritide omnino impossibile oportet arbitrari, fieri interdum ad ventrem transsumptionem: & hoc ipsum agi à natura, per

1. Reg. 2.

Hipp. li. 2. aphorism. textu. 19.

Psal. 36.

Sapientiæ 16.

Psal. 102.

Cels. lib. 2. cap. 6.

Gal. lib. 1. aphorism. com. 15. & lib. 3. apho. Com. 20. & libr. 3. de crisi. Hipp. li. 6. Epid. & li. 7. aphoris. textu 5. & Gal. in Cõ. Hipp. li. de alimento, & lib. 6. Epid. part. 6. apho. 1. Gal. lib. 7. aphorism. Com. 55.

occult

occultas & nobis incognitas vias humores noxios deducentem: ipsa sibi viam occulto operandi modo moliente natura, vti quum saniem per ossa manare facit. Hæc namque naturæ arcano quodam modo operantis, & salutem ægro molientis, munia sunt, quæ cognitionem nostram multò maximè superent: quòd (vt suprà de Galeni mente diximus) ineffabilis atque recondita sit, prorsúsque nostra cognitione profundior naturæ occultè operãtis ratio. Ne igitur miremur (quod initiò dixi) frustrari concepta spe medicum, & seruari eum quem moriturum crediderat: quod in præstanti hoc iuuene, ad maxima quæque nato, euenisse, ac plerisque aliis experimento didicimus. Vt est Dei voluntas, qui naturæ motus pro nutu suo regit ac moderatur, immensa sua misericordia cuncta fouens, & spiritus sui missione recreans & renouans omnia. Cui sit benedictio & laus perennis in infinita sęcula.

Gal. lib. an animal sit quod in vtero continetur.

Psal. 103.

OBSERVATIO QVINTA.

IOANNES Valleriola filius meus pleuritide graui cum febre acutissima laborans, annorum octo quum esset, hieme summa ac frigidissima: sine sputo vllo procedente, tussi validissima infestante, difficili ac præfocatiuo spiritu, & cum stertore emisso, tum etiam delirio, & clamoribus horrendis: & conuulsione tandem sequuta, summáque virium defectione, sine voce, sine sensibus factus, vt in singulas horas moriturus speraretur, & à pietissimo patre pro deplorato habitus: prorogato in vigesimum diem morbo, profluuio alui circa id tempus oborto, eóque copioso, miraculo puerum præter spem & naturæ ordinem rediuiuum, & pristinæ sanitati restitutum Dei ope vidimus: sed qui tamen per multos post menses exanguis, tabidus, imbecillus manserit: tandem verò summa Dei benignitate & sedula patris filij amantissimi cura, congrua victus ratione adhibita, & auxiliis opportunis, perfectè sanatus incolumis euasit, superstésque manst.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

PRAECEDENTI Obseruationi, hæc quæ me propius contingit, iure merito & argumenti affinitate, & affectus ac symptomatum similitudine coniungi debet. Eam ob id hoc loci inserere congruum visum est. Natus est mihi filius septimestris, Ioannes nomine, qui ob immaturum partum (etsi vitalis is esse soleat) valde imbecillus bimestre totum à partu ita mansit, vt moriturũ eum in momenta singula arbitraremur: vt qui nec lac sugere præ imbecillitate, neque vitalem auram ducere vix posset: quòd pro Aristotelis sententia qui septimo mẽse in lucem prodeunt, etsi vitales ij sunt, magna ta-

Arist. li. 7. de nat. animalium cap. 4.

Observationum medicinalium libri sex - page 47 sur 308

men ex parte infirmiores esse solent: ob id scilicet, quòd id temporis ab vtero egredi molientes, varióque agitatu ac motu membranas diuellentes, exitum sibi parent. Vnde infirmiores reddi sic natos, labore tanto ac fatigatione, est omnino necesse. Quam rem pulchrè libro de septimestri partu cõceptis verbis expresit Hippocrates, inquiens, septimestres partus ex vtero egressos quadraginta dierum afflictionem pati omnino oportere. Id quod non ratione solùm præfata, & summorum virorum Hippocratis atque Aristotelis præiudicata sententia: sed & experimẽto quoque discere possumus, vt quos septimo mense nasci contigerit, eos cæteris & infirmiores esse, & inconstantis valetudinis prorsus cernamus. Quod in hoc filio meo testatissima fide cõfirmare omnibus possum, qui in eo educando atque fouendo nullos non sim perpessus labores, omnésque pertulerim molestias eas, quæ ab amãtissimo filij patre percipi possunt: adeò & pusillo corpore, & exilibus membris, virtutéque infirma prodiit, vt Dei Opt. Max. beneficio potius quàm humana ope seruatus & altus videri possit. In quo tamen tantum valuit & matris in alendo filio plena materni amoris charitas, diligentia, & industria, & lactis materni probitas, & sedula educandi cura: vt puerum (etsi imbecilla alioqui natura) in meliorem statum retulerimus. Hunc itaque puerum sensim in melius proficientem, quum habitior fieri inciperet, octauúmque iam attigisset annum, pleuritis grauis sinistri lateris corripuit: ídque frigidissima hieme validissimis Aquilonibus sæuiente. Quæ nimirum talis quum fuerit, tussis, fauces, laterum dolores & pectoris (vel auctore Hippocrate) creare solet. Nihil mirum itaque si tenui & calido illapso in succingente costas membrana à frigore expresso humore, pleuritis oborta sit: eáque in puero hoc grauis & periculosa, quòd & multus subesset conclusus intrò humor, & à frigore meatus stipante retrusio humoris maior fieret. Vnde & tussis validior, & spirandi difficultas ingens oriebatur: tussis quidem, quòd instrumenta respirationi inseruientia valde læsa tum ab infarcto humore, tum ab intemperie & externo frigore essent. Frigida namque pectori inimica, & tusses mouere solent, auctoribus Hippocrate & Galeno. Vnde quum & multus intrò conditus esset humor, quem valido motu explodere natura, ceu molestum, tentaret, & noxa respirationis instrumentis inde multa inferretur, tussim excitari validam fuit necesse: hoc est, vehementissimam efflationem, qua plurimus spiritus celerrimè foras erumpens, impetu suo extrahat explodátque excrementa meatum ipsius obstruentia. Is enim motus tussis nimirum est, vel Galeni sententia. Spirandi autem difficultas ob id magna oriebatur, quòd nihil expueretur, essétque pleuritis incocta: quódque aggestus & obstruens copiosus humor, & loco angusto conclusus, caloréque putredinali exagitatus, magnum liberæ respirationi incommodum adferret. Hæ enim ex causis difficilis spirationis esse omnino solent: vti Galeni lib. ad id dicato, & pluribus aliis locis mens est. Nec solùm difficilis premebat ob prædictas causas respiratio: sed & præfocatiuus & cum stertore emissus spiritus prodibat, magni & exitialis morbi indicium. Qui enim acuto morbo aliquo, diu-

Hipp. li. 3. aphoris. 5.

Hipp. li. 5. aphor. 23.

Gal. lib. 5. de sympt. caus. cap. 4. v. 1.

Gal. lib. 4. de loc. affe. cap. 5. & 8. & libr. de caus. puls.

turnó

turnóve laborantes, in mortem decidunt, ij morti proximi, cum ſono & ſtertore inter reſpirandum emiſſo, ægrè ſpiritū ducere ſolent. quò quum ventum eſt, pro deploratis ægri relinquendi ſunt, & minimè curandi: ſed de triſti futuro mortis euentu præſagiendum: vt in aphoriſmis nos Galenus docuit, & alicubi etiam Hippocrates affirmauit. At verò cur morti proximi cum ſtertore & ſonitu in aſpera arteria percepto ſpiritum emittant, quod vulgus Rancolun vocat, inuenire haud omnino difficile fuerit. Videmus quidem eos ſpiritum ducentes, ita reſpirare, ac murmure quodam ſpiritum trahere, perinde atque ſolet aqua per ſaxoſa loca & ſcopulis referta decurrens, dulci quodam murmure percepto fluere, aut in aquæductibus per ſubſtratos canales decurrere. Id autem in morituris ob id euenit, quòd aſpera arteria dum coangustari & occludi præ ſiccitate, & facultatis vitalis impotentia incipit, ſpiritus ſurſum expiratione elatus, & foras prodire annixus, dum canalem quà illi exitus eſt, coangustatum adſtrictúmque inuenit, murmure quodam rauco, ob eliſum in aſperis arteriis ſpiritum, prodit, quòd in annulos aſperæ arteriæ ceu in ſcopulos impingat: ob id ſonitum exiens facit, faucibus & membris reſpirationi ſeruientibus aridis iam, & præ labore in reſpirando fatigatis exiſtentibus. Spiritus itaque vnà accumulatus, & ſpumoſæ pituitæ in aſpera arteria contentæ immixtus, ſonitum fluctuanti mari, & ad ſcopulos illidenti, ſimilem facit. quod in omnibus morituris ferè euenit, criſpatis vtique & corrugatis panniculis, & membris reſpirationi accommodatis. Quo fit, vt fractus & quaſi reuulſus prodeat ſpiritus, vnde ſtertor creatur. Idque magis in corporibus craſsis, bene habitis, & robuſtis euenit: vti Plinio Veſuuium montem inuiſenti, & à caligine foras prodeunte occluſo ſpiritu, accidiſſe Plinius Nepos ſcribit: quòd eſſet illi propter amplitudinem corporis, meatus animæ (vt ille ſcribit) id eſt, aſpera arteria, grauior & ſonantior. His etiam qui morte violenta & inopinata rapiuntur, idipſum vehementius accidit: vt in laqueo præfocatis, de quibus rectè dictum eſt ab Hippocrate, Non reuiuiſcere eos quibus ſpuma fuerit circa os. Inde efficitur vt qui craſſos denſóſque habent ſpiritus, & humoris in aſpera arteria contenti copiam, ij maiorem ſonitum edant, & difficiliùs moriantur. Qui verò aut ſenes, aut imbecilli, aut longis morbis tenentur, ij & ſenſim ad mortem properant, nec tantus inter reſpirandum ſtertor auditur: quòd minore impetu foras prodeat ſpiritus, & ſenſim non affatim colliquatur natiuus calor: vt potius in ſomnū quàm in mortem labi videantur. In hoc itaq; miſerando caſu eò ventum erat, vt de funere magis quàm de vita cogitaretur: quòd ſine voce, ſine ſenſibus, exanguis, & tabefactus ſummo cum ſtertore ſpiritum ducens maneret. Et quod horrendum magis erat, tam diris clamoribus ex interuallis exagitabatur, vt ſi membra illi vi è toto corpore abſtraherentur, cum dentium ſtridore & conuulſuo oris & membrorum motu. Porrò tam rigidi clamoris cauſam putaui fore ingentem punctorium dolorem in latere perceptū, reſpirationem impedientem. Quum enim crebra & anguſtiæ plena reſpiratio in puero eſſet, dolórque in latere perceptus, liberam fieri reſpi-

Gal. lib. 1. aphoriſm. Com. 8. Hippocra. lib. de arte.

Plinius Nepos in epiſtola de Plinij auūculi morte.

Hipp. libr. 2. aphoriſ. 43.

Observationum medicinalium libri sex - page 49 sur 308

rationem non ſineret, magnúmque ſpiritum ducere puer vellet: fiebat ſanè vt conatu eo maximo ingens & clamoſus oriretur dolor, qui puerum ad tam validos clamores & eiulatus vel inuitũ concitaret. Dolorem huiuſmodi vnà cum Archigene ſtimulantem vocare iure poſſumus. His omnibus ſymptomatis ſumma virium defectio coniungebatur, tum ob morbi grauitatem atque magnitudinem, tum ob ſymptomatũ vehementiam, & ætatis infirmitatem. Quî enim fieri poterat vt tanto morbo, tot verendis caſibus tenella pueri infirmiſsimi ætas reſiſteret? Ad hunc modum itaque conſtituto puero, & ad vigeſimum diem citra vllam ſalutis ſpem prorogato morbo, naturę arcano & imperſcrutabili motu, alui fluor ſuboritur, iſque copioſus: quem tamen exitialem futurum, iuxta Hippocratis ſententiam, ipſe arbitrabar, inquientis: A morbo laterali vel pulmonia habitum, alui profluuio adueniente corripi malum. Tantum verò abfuit vt periculum aut noxam attulerit puero vllam, vt planè ſalutis cauſa ſecundum Deum fuerit. Nam ſenſim alleuata quæ exangue pueri corpus diſpenſabat natura, & exonerata eo quo veluti ſarcina premebatur, faciliùs ſupra reſiduum potentior facta, morbum vicit: móxque puero reſtituta vox, ſenſus, virtus fuit: tantum valet in curandis morbis naturæ robur. Vnde illud à Galeno rectiſsimè dictum eſt, vires vbi valentes ſunt, omnia contemnere ac tolerare: vbi verò infirmæ ſint redditæ, abs quouis offendi. Nam etſi in puero hoc vires vi morbi & grauiſsimorum caſuum valde deiectæ eſſent, viuax tamen perſtabat intus recondita quædam natiui caloris aura atque ſpiritus, cuius merito integrum, quod alioqui moriturum ſperabatur, corpus remanſit. Ob id rectè à Galeno dictum videri poteſt, calorem natiuum noſtrum, facultatem quandam eſſe gubernantem corpora noſtra, & naturalium omnium operum auctorem eſſe atque effectorem. Quamobrem quum in pueris plurimus is inſit (vel auctore Hippocrate) & ea in ætate natiui caloris ſalubris qualitas exquiſita habeatur (vt Galenus lib. aphoriſmorũ primo, com. 14. prodidit) conſequitur profectò vt magna & difficilia vincere natiuus in pueris calor poſſit. Quod in meo filio effectũ, in tam diro & exitiali morbo, teſtari ipſe plena fide poſſum: qui quum iam morti eſſet vi morbi & ſymptomatum adiudicatus, ſignis id lethalibus apertè demonſtrantibus, nihilo ſecius tamen nutu Dei, & naturæ arcano quodã modo operantis, ſalus illi præter ſpem parta eſt. Sed dicet quiſpiã, Nihilne in morbi ſæuitiam artis methodo apparatum eſt? nihil à patre filij amantiſsimo præſcriptum in filij ſalutem? At quid non præſtitũ arte, quid non in morbi leuamen excogitatum? Omnia ſanè quibus iuuare me ægrũ animo meo cariſsimum poſſe ſum arbitratus, illi ſedula manu adhibita fuere: Decocta pectoralia, ſyrupi, linctus, fotus, clyſteres, cucurbitulæ cum ſcariſicatu, quũ ſanguinem mittere pro ætatis ratione mihi non liceret. Sed nihil quicquam omnia profuerunt, quòd vel non ſumerentur à puero, vel aſſumpta mox reiicerẽtur. Vt quòd ſeruatus ſit puer, & incolumis manſerit, non artis præſidiis, non operoſæ patris medici curæ: ſed vni ſummi Dei voluntati adſcribendum meritò cenſeo. Cui ſit honos, gloria, & perennis gratiarum actio in omne ęuum.

Gal. lib. 2. de loc. aff. cap. 2.

Hippo. lib. 6. aph. 16.

Gal. li. 10. meth.

Gal. lib. 1. aphoriſm. com. 15. & li. 8. de placit. Hippo. & Plat.

Hipp. libr. 1. aph. 14.

OBS

OBSERVATIO SEXTA.

NOBILIS quædam bene habita, veneno diro, nempe argento ſublimato, epoto, quod illi quum ſyrupos quoſdam ad purgationem de more dari ſolitos aſſumeret, clanculum datum fuerat, de induſtria intra ſyrupum iniecto veneno, diris cruciatibus afficitur, torminibus ventris, eroſione maxima percepta, nauſea, vomitu, animi deliquiis, oris & faucium putredine cum tetro odore, vrinæ omnimoda ſuppreſſione, in præſens diſcrimen deducitur. Accerſitur medicus, & ex ſignis & ſymptomatis re coniectura artificiali cognita, ſedula opera, & ſumma arte medetur: tantúmque medendo proficit, vt multis adhibitis præſidiis, mulierem Dei ope integrè ſanarit: viuitque nunc, & valet vegeta & conſtans, & ſaluberrimo ſtatu prædita.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

INTER vitæ mala nihil difficilius, nihil nocentius virulentis medicamentis & feris noxiis eſſe, rectiſsimè eſt à Galeno pronuntiatum. Quid enim admirabilius dici quicquam poteſt, quàm eſſe vnam quampiam ſubſtantiam ita ſubſtantiæ noſtræ aduerſariam, vt planè deleteria ſit, momentóque vitam rapiat? Sunt enim quædam eius generis, quæ quum vinci nulla ſui parte à natura poſsint, corpus omnino vincunt ac mutant, prorſúſque aduerſaria quadam qua prædita ſunt facultate interimunt. Quæ verò talia ſunt, venena dici conſueuerunt. Id enim venenum eſt, quod homini tota ſua ſubſtantia atque natura contrarium, ipſius ſubſtantiam euertere atque corrumpere poteſt. Ex medicamentorum enim genere quæ eiuſmodi ſunt, vt nulla ſubſtantiæ ſuæ mutata parte, ſed tota ſeruata integra, corpus ita afficiunt atque immutant, vt grauia, pernitioſa, & naturæ animalis corrumpentia ſint, totum eorum genus deleterium, peſtilens, atque venenum dici meretur: vt libr. 3. de temperamentis ſcitiſsimè dixit Galenus. Vt verò venenum interimat, & noſtri corporis ſubſtantiam corrumpat, haud perinde difficile fuerit inueſtigaſſe, ſiquis propiùs rei naturam ſpectet, & ab ipſius eſſentia tractationem omnem ingrediatur: quod iis qui cum demonſtratione quippiam ſunt dicturi faciundum rectiſsimè Galenus edixit. Itaque venenum omne intra corpus aſſumptũ, omnibus ſuis facultatibus, naturæque proprietate, cibo quo nutrimur prorſus opponitur. Vt enim cibus ſimilitudine quadam ſubſtantiæ, natiui caloris actione, in noſtri corporis ſubſtantiam vertitur, ſitque ſanguis alendo corpori aptiſsimus: tandémque facultatis altricis ope in omni ſui parte membris quæ præcipuè nutrit, ſimilis efficitur, locũ illius quod à nobis continuè effluit ſubintrans: ita venenum contrario ſe modo habens, corpus ac membra quibus primò adhæret, in ſibi peculiarem ve-

Gal. lib. de theriaca ad Piſonẽ.

Venenum quid.

Gal. lib. 5. de ſympt. cauſ.

Observationum medicinalium libri sex - page 51 sur 308

nenatam naturam transfert. Vnde quemadmodum quæ in alimoniam cedere possunt, si à nobis edantur, in nostram demutantur substantiam: sic contrario prorsus modo, venenata in corpus assumpta, vniuersa corporis nostri membra, valida immutandi facultate quam continent, venenata quoque reddunt: quòd omne agens, eo in quod agit potentius esse oporteat. Vnde meritò fit, vt venenum vi sua agendi valida nostrã vinca euertátque substantiam, in suam venenatam naturam, homini exitialem, transferens: perinde atque ignis, vi sua agendi potentissima, subditam materiam, paleas, ligna, stipulam, celerrimè in seipsum conuertit, ac conficit. Ob id igitur sapientissimi rerum indagatores dixisse visi sunt, venenum homines interficere, corrupta corporis temperie & compositione, fractis contrarietate quadam corporis viribus, & dissoluto natiuo calore: siue congelatione, siue putrefactione aut erosione, aut naturæ dissimilitudine, & aduersaria qualitate id tandem fiat. Natiui autem caloris dissolutio & extinctio, auctore Galeno, mors est. Venenorum porrò etsi multæ differentiæ sunt, vt quædam à plantis, alia ab animalibus virus eiaculantibus, non pauca à metallicis & mineralibus desumantur: (vt latiùs nos in nostris Locorum Medicinæ communium libris docuimus) hîc tamen tantùm de ea agemus specie, quæ è mineralibus est: nempe de argẽto sublimato, lethali planè & præsentaneo veneno, quod huic generosæ mulieri propinatum fuit. Itaque antequam symptomatũ quæ grauissima huic pauperculæ mulieri acciderunt, narrationem ingrediar, quid argentum sublimatum sit, quæue illius natura atque potentia, & quomodo clanculum datum sit, edisseram. Argentum itaque sublimatum, quod vocant, factitia quædam res, non sponte nata, aut in metallicis fodinis muenta, esse deprehenditur. Fit autem ex argento viuo, & sale quod Ammoniacum vocant, vtrisque simul admixtis, & in vas vitreum coniectis, acinde in fornacem positis, vt hæc ignium vi in vasis sublime tollantur: vbi sal is modo quæ in sublime lata sunt, concrescunt, lapidescúntque, sacchari candore: idque quod sic concretum, sublimatum meritò vocatur, à sublimi vasis loco in quo concretum reperitur. Graue vtique & exitiale venenum id est, erosione & putredine enecans, & diris cruciatibus viscera, & quæ attingit membra lancinans: vti in hac nobili muliere plena sensuum fide experiri licuit. Nam quum hęc grauitatem corporis, spontaneamque quandam lassitudinem cum inappetentia, lumborum, & genuum grauitatem persentisceret, (morbi futuri, si quid Hippocrati creditur, certa indicia. iam enim dicere pergo, vt ineauta hæc mulier dirum venenũ sumpserit, & quæ inde hausto veneno symptomata passa sit) me in consilium adhibuit, vt quid illi facto opus esset ad morbum aduentantem propulsandum bona fide consulerem. Ego verò ex enarratis tum & signis aliis, ex plenitudine, & humorum cacochymia ista hæc quæ pateretur oriri symptomata iure arbitratus, consulo vt cauta victus ratione, sanguinis missione, atque purgatione congrua, celeriter venienti morbo occurrat: futurum alioqui vt in grauem aliquem morbum incideret. Illa monitis meis obtemperat: dúmque apta illi ad

medel

Venenum vt interimat.

Gal. lib. 2. de temp. Et Aristoteles li. de vita & morte. Lib. 3. cap. 18.

Argentum sublimatũ, & illius cõfectio.

Hipp. li. 4. aphor. 20.

Observationum medicinalium libri sex - page 52 sur 308

medelam præsidia compono, clysteres & apozemata: mala sorte factum est, vt clàm quidem, sed studio & de industria fortasse, noctu intra syrupum, quem crastino die in aurora de more sumptura erat, bona argenti sublimati portio iniecta sit. A quibus verò, & qua id ratione factum sit, ignorationis silentio inuoluendum est. Vbi illuxisset dies, misera potionem petit, &, proh dolor, pro salutari potione lethalem & venenatam accipit. Vbi verò mediam ferè potionis partem hausisset, dolum percipit: & graui oborta in faucibus, gutture toto atq; ore acrimonia, nausea, caliginéque consequentibus, venenatam se esse palàm prædicat. Statímque ipsa digitis ori admotis, vomitum sibi concitat. Sed tamen veneni vis latiùs sese pandit: móxq; acutissimus in ventriculo & intestinis dolor innascitur, tormina grauia in imo ventre, vrinæ omnimoda suppressio, grauis & fœtens anima, vlcera in ore, palato & gingiuis depascentia, ita vt dentes omnes commoti sint, torua facies, angustia, defectio animi crebra, miseram derepentè inuadunt. necdum tamen inter tot mala accersitur medicus. Tandem verò accersor ipse, qui præsens ex signis & symptomatis rem vt erat deprehendens (quum id explicare nemo assidentium auderet, aut non vellet) mox venenatam esse mulierem, ipsámque dirum, & ex erodentium genere sumpsisse venenum intrepidè pronuncio: eísque illi, vt veneno affectæ, operosa & celeri manu succurrendum. Atque vbi hæc pro mei muneris ratione protulissem, certiore narratione res mihi tota patefacta est. Túmq; magna diligentia succurrendum ratus, protinus oleum copiosum butyro recenti admixtum mihi dari præcipio: ea inuicem commisceo, & miseræ ægrotanti deuorandum in manus do: iubeóque vt mox impositis ori digitis, pennáque gallinacea oleo & butyro imbuta, vomitum promoueat. quod quum effecisset ipsa, concitatus est vomitus. Sed quod euomebatur, tam acre & mordax erat, vt vri sibi guttur & fauces ægra, tanquam in incendio posita, testaretur: móxque frigida colluendum os, ad acrimoniam retundendam, suadeo. Eodémq; momento clysterem iniici iubeo ad acrimoniam in intestinis genitam & tormina compescenda. Cóstabat autem clysteris compositio ex refrigerantibus, emollientibus, mucillaginosis & pinguibus, atque etiam satis validè humores detrudentibus, in hunc qui sequitur modum: ℞. Maluæ, bismaluæ, matrum violarum, brancæ vrsinæ, foliorum lactucæ, cucurbitæ & portulacæ (erat enim æstas) cuiusque M. j. seminum frigidorum maiorum cum cortice contusorum, seminum lini, althææ & fœnogræci, ana ℥ j. seminum anisi & anethi (ad flatus discutiendos) ana ℥ ß. florum chamæmeli & meliloti, ana P. j. furfurum macri P. j. Fiat omnium decoctio ad ℔ j. & coletur: in colatura dissolue catholici ℥ j. cassiæ cum saccharo, hieræ picræ Galeni, ana ℥ ß. olei violati ℥ iiij. mucillaginis seminis lini & tragacanthæ recenter extractæ ℥ j. sacchari rubri ℥ ß. Misce. Fiat clyster. A clysteri iniecto & emisso dolores vtcunq; remitti visi sunt: sed paulo post cum insultu & pari acrimonia redierunt: túmque ex lacte & oleo violaceo multo clysterem alium parari iubeo, quem iterari etiam sub vesperam iussi. Mirè hoc in-

CVRATIO.

Observationum medicinalium libri sex - page 53 sur 308

©BIUM

iecto clysteri & repetito dolores sedati sunt. Porrò ad veneni compescendam vim, nequid ventriculo & cordi principi parti officeret, potionem dari præcipio, vbi vomitu & clysteribus venenum è visceribus detrusissem: idque in hunc modum: ℞. Catholici ʒ j. rhabarbari electi in aqua endiuiæ cum pauco cinnamomi electi infusi, & manè fortiter expressi, ʒ ij. electarij rosati Mesuę ʒ iij. pulueris crystalli purissimi ʒ j. (est enim peculiare antidotum aduersus argenti sublimati vim deleteriam) syrupi violati & de limonibus, cuiusque vnciam vnam. Fiat potio cum decocto communi medicinæ: quam postridie ab accepto veneno sumpsit, leuaménque ab illa non minimum sensit: quòd in huiusmodi casu confertim ac properè veneni seminarium sit omnino restinguendum, & à corpore explodendum vacuantibus medicamentis, ne venenum mora in corpore lethalem noxam adferat. Idque præcepisse visus est Hippocrates quũ dixit, Medicari in valde acutis, si materia turget, eadem die. tardare enim in talibus malum est. Non enim prorogandi moras dat tam exitialis morbus, ob idque confestim ad veneni eductionem & illius lethalem vim restinguendam est omnino properandum, atque à maximis (vt iubet Galenus) inchoandum. Quoniam verò tormina necdum cessabant, & ventriculi ardor perstabat, fotum paraui, ad ardorem huiusmodi cõpescendum, & ventriculum roborandum. ℞. Foliorum solatri, lactucæ, portulacæ & plantaginis, ana M. j. foliorum absinthij & menthæ, ana M. ß. pampinorum vitis M. j. rosarum rubentium P. ij. florum nymphææ, chamæmeli & meliloti, ana P. j. seminum maluæ, althææ, lini, fœnograeci, anisi & anethi conquassatorum, ana ʒ ß. caryophyllorum contritorum ʒ j. Fiat omnium decoctio in aquæ & vini partibus æquis (erat autẽ vinum album tenue & aquosum) & cum filtris infusis, expressis, & admotis ventriculum fouebam ante cibum. A fotu verò sequenti vnguine inungi ventriculum iubebam: ℞. Oleorum mastiches, cydoniorum, nenufaris, rosati & lentiscini, & de absinthio, ana ʒ ij. vtriusque coralli, rosarum rubentium, seminis sumac, ana ʒ j. crystalli purissimi ʒ j. ß. caryophyllorũ, ʒ o cinnamomi electi, calami odorati, ana ϑ ij. theriacæ electæ ϑ iiij. mastiches, olibani, ana ʒ ß. Cum cera alba fiat in modum linimenti, quo ventriculus post fotum inungatur. Ad veneni seminaria frangenda potiones & antidota quotidie dabam, interdum semel, interdum etiam bis. Erant autem huiusmodi: ℞. Pulueris crystalli purissimi ϑ iiij. pulueris diamargariti frigidi, pulueris theriacalis Guidonis, pulueris rosatæ nouellę, cuiusque ϑ ij. syrupi cotoneorum, & de nenufare, interdum violaceum apponebam, ana ʒ j. Ex aqua decoctionis scabiosæ, oxalidis, & portulacæ potionem, quæ vice alexipharmaci esset, propinari iubebam, quoad se vis & impetus veneni remisisset. id quod ex symptomatum & casuum remissione conijcere erat. Ad octo continuos dies potionibus iis sum magno & felici successu vsus. Porrò in iusculis etiam (quæ ego ex pinguissimis capis & gallinis, pinguíque castrato parari iubebam, ad eroſa vi medicamenti lethalis membra læuiganda) crystalli pollinem & diamargariti frigidi, tenui panniculo contenta & illigata, infundi iube-

bam,

Hipp. li. 4. aphor. 10.

Gal. lib. 5. meth. me.

bam, vt in iuſculum cryſtalli vis ebullitione tranſiret: antidotum vtique præſens noxæ à veneno illatæ remouendæ. Cæterùm ad oris vlcera, palati & linguæ, variis ſum collutionibus & gargariſmatis vſus: modò ad reprimendum, inflammationémque ſedandam: modò ad putredinem ſiſtendam, modò ad læuigandum & agglutinandum quod exulceratum fuerat. Tum & dentibus atque gingiuis penè putrefactis & ſua quoque peculiaria admoui præſidia. Horum hæc fuit à me ſeruata ratio. Ad oris vlcera ex tempore: ℞. Aquarum ſolatri, prunorum ſylueſtrium (quæ vulgus Arelatenſe Agrenes vocat, & ſtypſim maximam habent, valdéq; fluentem humorem repellunt) aquæ peculorum roſarum, myrti, & nymphææ, ana ʒ iiij. diamor◦n ʒ ij. ſucci granatorum muſorum ʒ iij. ſyrupi myrtini, mellis roſati colati, ana ʒ ij. Miſce: fiat gargariſatus. Hoc etiã gargariſma confeci: ℞. Foliorum oxalidis, portulacæ, plantaginis, centinodiæ & lentiſci, ana M. ß. lentium P. j. roſarum rubrarum P. j. ſeminũ ſumac & plantaginis, ana ʒ j. ordei cum cortice P. j. Fiat omniũ decoctio ad libram vnam, & coletur. In colatura diſſolue ſyrupi cotoneorum, ſuccí granatorum muſorum, ſyrupi de berberis, ana ʒ ij. Fiat gargariſma. Interdum verò hoc altero ſum vſus, ad agglutinandum & leniendum, vbi iam finita eſſet putredo. ℞. Paſſularum pinguium exacinatarũ numero xx. Iuiubarum, ſebeſten, ana paria v. caricarum pinguium numero vj. amyli, tragacanthi, ana ʒ j. glycyrrhizæ mundatæ & contuſæ ʒ ß. Fiat omnium decoctio in aqua ordei recenter & ſtudiosè facta ad libram vnam. In colatura adde ſyrupi violacei & capillorum, ana ʒ ij. ſacchari candi, penidiorum, ana ʒ j. Fiat gargariſatus, ſeu collutio oris. Quin & in id rei linctibus vſus ſum huiuſmodi: ℞. Pulueris diaire◦s & diatragacanthi frigidi, cuiuſque ʒ ij. carnis paſſularum ſine arillis ʒ j. pulueris glycyrrhizæ ʒ j. ſacchari candi, penidiorum, ana ʒ ß. Ex ſyrupo violaceo excepta fiat linctus. Putredinẽ porrò, quæ multa in ore & palato ſuberat, ne ſerperet, collyrio viridi Guidonis & aqua capitelli, ex aqua plantaginis & roſarum excepta, inhibuimus. Dentes verò commotos, gingiuáſque nigrefactas atque eroſas, iis præſidiis iuuimus: ℞. Boli Armenii præparati, ſanguinis draconis, coralli rubri, ana ʒ j. maſtiches, margaritarũ ſelectarum, ſeminis plantaginis, ana ℈ iiij. cinnamomi electi ʒ j. granorum tinctorum, radicis iridis Florentiæ, ana ʒ j. ß. Miſce: fiat omniũ puluis ſubtiliſsimus: applicetur gingiuis & dentibus cum pauco vino electo, colluendo poſtea os. Vti iubebam ad firmandos dentes decocto lentiſci, ſummitatum oliuæ ſylueſtris, plantaginis & aluminis. Nigritiem è dentibus abſtuli aqua ſublimationis ſalis communis, aluminis, & radicis iridis Florentiæ, ex qua iubebam dentes confricari, fruſtulo è lentiſco in dicta aqua madefacto: & mox ſordes in dentibus hærentes magna facilitate detergebantur, læuórque & candor ac firmitas dentibus reſtituebatur. ad id enim præfata aqua mirè efficax eſt. Hæc dentibus & gingiuis adhibita prouidentia. Quoniam verò vrinæ ſuppreſsio maximè vrgebat (biduum namque totum ſuppreſſa in hac ægrotante malefica veneni vi vrina fuerat) huic ſymptomati magna cura inſtandum duxi. Itaque

potion

potionem paro huiuſmodi ad id præſtantem: ℞. Summitatum maluarum M.j. foliorum raphani & ſaxifragiæ, ana M. ß. glycyrrhizæ contuſæ ʒ ß. ſeminum melonum mundatorum ʒ ij. Fiat omnium decoctio in aqua ad ℔.j. & coletur. Colaturæ adde mellis electi ʒ ij. butyri recentis ſine ſale ʒ j. ſacchari candi ʒ ß. Deſpumetur mel, & coquantur omnia leui ebullitione: & vbi refrixerint, ad vſum ſeruetur decoctum: ex quo ſumere iubebam vncias nouem, ieiuno ventre: addebámque ſyrupi capillorum veneris, & de limonibus, cuiuſque vnciam vnam. Ad proritandam item vrinam, deobſtruendóſque meatus balneo ſequenti vſus ſum:

Balneũ ad vrinæ ſuppreſsionẽ.

℞. Maluarum, althææ, amborum cum radicibus, ana M. ij. foliorum raphani, cretæ marinæ, & petroſelini Macedonici, cuiuſque M. ij. florum chamæmeli, meliloti & geniſtæ, ana P. j. ſeminum lini, althææ, maluæ, fœnogræci, ſaxifragiæ, & milij ſolis, ana ʒ j. furfuris P. iij. Fiat omnium decoctio in ſufficiente quantitate aquæ, addendo olei communis libras tres. Sedeat in dicto decocto calido vſque ad vmbilicum: atque in exitu à balneo hanc illi dari potionem iubebam: ℞. Succi limonum ʒ iij. ſacchari candi pulueriſati ʒ ß. aquæ quinque radicum, aquæ raphani, ana ʒ iij. Fiat potio: quam ſumere iubebam in exitu balnei. Veſicæ regionem totam oleo liliorum, de ſcorpionibus, cum axungia cuniculi & gallinæ, addito croci momento, illinebam. Quod quum adhuc res ipſa pro animi voto non ſuccederet (pauxillum namque adhuc, ídq; cum magna difficultate, emittebatur vrinæ) ad fortiora tranſcendere viſum eſt. Itaque hanc alteram illi dari potionem iuſsi: ℞. Trochiſcorum de myrrha, pulueris lithontribon, ana ʒ j. ſyrupi capillorum & de limonibus, ana ʒ ij. pulueris cryſtalli puriſsimi ʒ ß. Ex aqua raphani & artemiſiæ potio paretur: quæ detur muliere in balneo conſiſtente. Quin & hanc alteram vnctionem illi præſcripſimus: ℞. Vnguenti dialthææ ʒ iiij. axungiæ gallinæ recentis, axungiæ cuniculi, ana ʒ j. myrrhæ, ſeminis petroſelini, ſaxifragiæ, & milij ſolis, ana ʒ j. galbani electi, radicis iridis Florentiæ, ana ʒ ß. croci ℈ ij. olei de lilio, & ſcorpionum, ana ʒ j. ceræ modicum. Miſce: fiat vnguentum: applicetur perineo in exitu balnei. Iterari etiam iuſsi præfatam potionem trochiſcorum de myrrha, adiiciendo pulueris diamargariti frigidi, & theriacalis Guidonis, cuiuſque ſcrupulum vnum. Tantum verò medendo profecimus, vt tandem copioſam mingeret ægra vrinam in balneo, poſt quartum à ſuppreſsione diem: túmque liberè procedere vrina cœpit. Nec verò interea dum hæc à nobis peragebantur, cordis roborandi, & à veneni iniuria atque noxa vindicandi, obliuiſcebamur. Conditum in id huiuſmodi parauimus: ℞. Conſeruæ roſarum, nenufaris, & bugloſsi, ana ʒ j. corticis citrij conditi, radicis bugloſsi conditæ, ana ʒ ß. manus Chriſti cum margaritis recenter facti ʒ ij. pulueris margaritarum electarum, pulueris cryſtalli puriſsimi, ana ʒ j. Miſce cum ſaccharo: fiat conditum auri foliis incruſtatum, quo vti ſæpe in die iubebam cum aqua bugloſsi. Epithema cor roborans admouimus vt ſequitur: ℞. Aquarum roſarum, bugloſsi, acetoſæ, nymphææ, & myrti, & florum citrij, cuiuſque vncias quatuor: vini albi potentis ʒ iij.

pulueris

pulueris diamargariti frigidi, & diambræ, ana ʒ ß. granorum tinctorum ʒ j. caryophyllorum ℈ ij. moſchi G. iij. caphuræ G. ij. Miſce: fiat epithema pro corde. Sacculum item ex ſerico rubro interpunctum geſtandúmque regioni cordis præſcripſi: ℞. Roſarum rubearum P. iij. foliorum myrti, ſampſuchi, meliſſæ, ana M. j. omnium ſantalorum, ana ʒ ß. granorum tinctorum, caryophyllorum, ana ʒ j. pulueris diamargariti frigidi ℈ iiij. moſchi G. x. caphuræ G. v. Miſce: fiat ſacculus rotundus interpunctus, geſtandus & admouendus regioni cordis. Ad ardorem in ore perceptum, qui & ſummus erat, & multo tempore ægram afflixit, his ſum re mediis vſus: ℞. Foliorum plantaginis, lactucæ, portulacæ, & acetoſæ, ana M. ß. cucurbitæ albæ per fruſta inciſæ (erat enim tum earum copia, quòd æſtas eſſet) M. ß. lentium P. ß. aluminis ʒ ß. Colentur omnia poſt decoctionem in aqua: colaturæ adde ſucci granatorum muſorum ʒ iij. ſucci portulacæ depurati ʒ iij. ſyrupi violacei ʒ ij. ſacchari candi ʒ j. Fiat gargariſma. Item, ℞. Mucaginis ſeminis pſyllij, cydoniorum & tragacanthæ cum aqua portulacæ extractæ, ʒ iij. Fiant formulæ ad inſtar ſaccu lorum paruorum, cum panno lineo raro fruſtulis glycyrrhizæ illigato, pro abſterſione linguæ, gutturis & palati. Ad ſomnum prouocandum (vigiliis namque immodicis ægra hæc miſera torquebatur) lotionibus crurum & brachiorum ſum vſus ex decocto foliorum ſalicum, vitis, arundinis, lactucæ, papauerum capitibus, roſarum, violarum & nymphęæ floribus: item ſyrupo papaueris, ex decocto lactucæ, nymphææ & portulacæ excepto, & ſub noctem dato: tum verò frontem & tempora vnguento ſoporifero inunxi, cuius hæc fuit deſcriptio: ℞. Vnguenti populei ʒ ij. ſeminis papaueris albi & corticis eiuſdem, ana ʒ ß. ſeminum lactucæ & anethi, ana ℈ ij. Miſce, & cum oleo de papauere fiat linimentum, quo vngantur frons & tempora hora ſomni. Interdum etiam opij & croci grana duo addidi, ſícque conciliatus fuit illi, Dei gratia & præſidiorum ope, ſomnus. Ex ſuccis item portulacæ, oxalidis, & plantaginis depuratis, & ſaccharo finiſsimo exceptis, iulebum confeci, quem gratiſsimum ægra habebat, & dum ſitiret, illo libentiùs ex aqua ordei vtebatur. Item trochiſcos ſub lingua continendos in hunc modum confeci: ℞. Sacchari candi, penidiorum, ana ʒ ij. ſacchari finiſsimi ʒ j. amyli, tragacanthi, boli Armenii præparati, ana ʒ j. pulueris radicis iridis Florentiæ ℈ iiij. Miſce cum aqua roſarum infuſionis tragacanthæ. Fiant orbiculi ſimiles lupinis: teneat ſub lingua. Interdum etiam ad oris fœtorem remouendum hos præſcripſi: ℞. Sacchari finiſsimi ʒ iiij. moſchi grana vj. radicis iridis ʒ j. mucaginis gummi tragacanthæ cum aqua roſarum extractæ, quantum ſat eſt. Fiant trochiſci ore continendi. Ad gutturis & faucium aſperitatem tollendam, oleo amygdalarum dulcium recenter parato, & cum ſaccharo cando vocato admixto, ſum vſus. Hæc operoſa & moleſtiæ plena curatio fuit, quam in hac nobili muliere ſic malè affecta, & vi lethalis veneni in mortis diſcrimen adducta, exercui, diu multúmque in leuanda miſera ægrotante laborans. Tandem verò Dei clementia, & mea qualicunque opera, integrè ſanata præſidiorum

ope

ope fuit: viuítque nunc vegeta, conſtans, & bene habita, ſuarum rerum ſatagens multa cum felicitate & voluptate. Habet ſiquidem præteriti doloris recordatio voluptatem, vt bellè Cicero dixit. Finem iam facio, ſi id inquiſiuero, cúrnam argenti ſublimati potio (quod in pleriſque à me eſt animaduerſum) vrinam protinus ſupprimat. Euentus huiuſmodi cauſam duplicem eſſe ipſe arbitror: alteram veneni impetum, acrimoniam, citámque & præcipitem nimiùm actionem, ob caliditatis exceſſum, qui in eo medicamento ſummus eſt, nempe è quarto calfacientium ordine; ob quem caloris exceſſum fit vt vehementer citóque humores corporis trahat, exagitet, & inſtar ſæuientis flammæ huc atque illuc rapiat. Vnde fit, vt exagitatis & detruſis humoribus, atque impetu actis, illorum portio in veſicæ ceruicem decumbens, vrinæ meatum obſtruat, ſicque vrinæ exitum prohibeat, vnde ſuppreſsio oriatur: præſertim vbi qui decidunt humores, craſsi, glutinoſi, lentíque fuerint: vti in mulieribus pro maiori parte eſſe ſolent, atque in his qui deſidem vitam agentes, multo cibo potúque viſcera diſtendunt ac ſaginant, vt in quibus facilè obſtructiones euenire paratæ ſint. Altera, & propior cauſa, ipſa veneni natura eſt, inſitáque facultas, eáque abdita, qua cæca poteſtate vrinam ſupprimendi vim habet: vti lepus marinus pulmones, non aliam vllam partem, exulcerandi: & cantharides veſicam item lædendi vim peculiarem quandam & ſibi propriam qua id operentur habent: quòd antipathia quædam inter venenum hoc & veſicam interſit, vti inter allium & magnetem. Ob id hoc ab illo læditur: hoc eſt, ab argento ſublimato veſica. Sed iam hîc finis eſto ad Dei laudem & gloriam.

OBSERVATIO SEPTIMA.

EXIMIVS legum doctor Ioannes Spinaldus, ciuis Arelatenſis, ſumma fide & integritate vir, quum cordis palpitatione grauiſſima afficeretur, ita vt in mortis diſcrimen incidiſſet, graui & clamoſo tum capitis tum ventriculi comitante dolore: dum a me magna diligentia curatur, nocte intempeſta ſomniferum ſyrupum a me illi præſcriptum quum ſumpturus eſſet, illius loco aqua ſublimati, quâ ad fucum vti mulieres conſueuerunt, illi propinatur: idque ſorte & caſu. Nam quum eſſet phiala vitrea eius venenati liquoris plena, eáque ei proxima in qua ſyrupus continebatur, ágérque inſomnis manens ſyrupum ex præſcripto poſceret: contigit id temporis lucernam extingui, tumque quæ illi miniſtrabat ancilla, pro ſyrupo phialam ſublimati in medijs tenebris manu ſumit, magnáque copia ægro propinat, (cyathos nempe fere tres vas id continebat) cuius dimidium æger ſumit, pro ſalutari ſcilicet lethalem potionem. Nec quid ſumpſiſſet intelligens, nihil quicquam de re profert: etſi inter hauriendum

grauem

grauem in gutture, lingua & palato acrimoniam sensisset. Mox verò grauibus & intolerandis obortis in ventriculo doloribus, in miros cruciatus incidit: ita vt in furorẽ præ dolorum sæuitia penè deduceretur, noctes & dies perpetuò eiulans ac clamans, vt ad multam à domo distantiam eiulatus atque clamores exaudirẽtur. Túmque perterrefactus ego tam tristi & subitario euentu, quid sumpsisset æger inquiro, ecquisnam illi ea nocte ministrasset: sed nequicquam tamen de re vt erat declaratum est. Tantùm dicebant se sub mediam ferè noctem somniferum propinasse syrupum. Quod quum diligentius postero die inquirerem, nequicquam sedatis doloribus, sed cõtinuè augescentibus, verum extorquere non potui. Miratus autem vndenam tam sæui dolores oriri possent, à bilioso eóque valde acri humore atque æruginoso, tunicas ventriculi vellicante, nasci coniectura artificiali arbitrabar, eius quod acciderat prorsus ignarus. Sed quum datis in id medicamentis pluribus (præter vomitum concitatum, à quo aliquantum alleuabatur) nihil quicquam me proficere viderem, valde animo angebar. Quúmque post sextum diem ab epoto veneno forte fortuna matulam quæ in abaco erat in manus sumpsissem ad lotium spectãdum, phialas duas vitreas abditas cerno: alteram syrupi plenam, vacuam alteram, & fuco albo adhuc madentem. Vtrasque arripio, deprehendóque syrupum esse somniferum illum quem ante sex dies ad conciliãdum somnum præscripseram, neque illi propinatum fuisse: inuentáque phiala altera, in qua fucus erat, vacua: coniicio hinc illi datam potionem esse. Mox accitis domesticis, verum comperio, datam illi aquam sublimati, qua ad fucũ vti mulieres, vt specioſiores videantur, solent. Re cognita, ad medendum totis viribus insisto, vt sanè poteram. Sex namque iam dies ab epoto veneno (vt antea dixi) præterierant. Deducitur æger ad extremum vitæ, deplorata salute, crebris animi deliquijs, virium defectione, tabe, torminibus, insomnia, & intolerandis doloribus afflictus, vt iam de funere cogitaretur: & mortuum plurimi ciuium crediderunt, & aliis ac mihimetipsi ægrum visuro, mortuũ esse renuntiarunt: tametsi falsó. Hic enim post diuturnum tempus, sensim antidotis crebrò datis, vacuationibus aptis, clysteribus ex lacte paratis, balneis, lactipotatione, fotibus, & vnctionibus lenientibus resurgere incipit. Sistuntur dolores, remittuntur symptomata, augentur paulatim vires, reficiuntur membra collapsa atque spiritus: tandem post trimestre tempus, præter meam & omnium expectationem, integrè Dei præpotẽtis manu atque auxilio curatur: superstés sq; & incolumis nunc agit, transactis iam annis plus minus decem. Euentus profectò, qui ob raritatem admirationem ciuibus cunctis incredibilem præbuit.

Observationum medicinalium libri sex - page 59 sur 308

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

QVANTVM periculi tremor cordis adferat, ſi & creber ſit, & ægrum vehementer infeſtet, tum à Galeno, tum ab Auicenna rectiſsimè dictum eſt. Galenus namque eos qui palpitatione cordis malè haberent, ante ſenectutem morte præuentos eſſe ingenuè teſtatur. Auicenna verò cauendum maximopere ne morte ſubita intercipiatur, qui ſic affectus fuerit, his verbis commonuit: Ille (inquit) cui tremor cordis aſsiduè acciderit, de ſeipſo ſit ſollicitus, ne ſubita intercipiatur morte: quòd ſymptoma huiuſmodi quum principis partus proprium ſit, in ſyncopen, indéque in mortẽ facilè tranſmutetur: vt idem auctor fen xj. tertij, tractatus ſecundi capite primo conceptis verbis affirmauit. Nimirum igitur ſi in grauem noxam incurrant qui tremore cordis tentantur: vt huic viro, cuius nunc tam verendi ſymptomatis naturã, cauſas, curationémque explicamus, accidiſſe perſpeximus: qui à tali affectu in præſens vitæ periculum deductus eſt, magnóque labore curatus. Eius itaque ſymptomatis cauſa erat, cordis intemperies calida, cum affluxu atrabilarij ſucci flatulenti in pericardios contenti, à quo palpitatio illa vehemens oriebatur. Nec ſolùm cordis vitio, ſed & ventriculi quoque id mali oriebatur. ventriculus namque in hoc viro pituita multa flatibúſque refertus, patienti cordi mali materiam per conſenſum ſubminiſtrabat. Ventriculi namque culpa id ſymptoma fieri Auicenna conceptis verbis teſtatus eſt tract. 2. cap. 2. fen xj. tertij canonis. Itaque non tam per propriam cordis intemperiem quàm etiam per conſenſum à ventriculo flatus plurimos ſuggerente, ſymptoma hoc proueniſſe in hoc viro pro explorato habendum eſt. Illud namque indicabant inappetentia multa, & à cibis omnis generis auerſio, ructus ore emiſsi plurimi, grauitas & tenſio in ſtomacho perceptæ, imbecilla cõcoctio, & quòd accepto cibo magis quàm ante acceptum affligeretur. Iſthæc namque omnia ventriculum intemperatum eſſe abundè declarabant, cordíque affecto conſenſum præſtare. Vnde duplicato malo nimirum ſi æger grauiſsimè atque diutiſsimè laborarit: tanto præſertim accedente fortuito caſu veneni incogitanter ebibiti. Malum etiam augebat perpetuus atque ingens capitis dolor, per ſympathiam magis, quàm per proprietatem enatus, multis in caput à ventriculo & corde ſublatis vaporibus caput implentibus, & pulſatiuum dolorem creantibus. Inter tot mala interea valde æger extenuabatur, quòd & cibum non ſumeret, & aſſumptum qualemcumque cibum imbecilla ventriculi facultas nõ rectè conficeret, accedente perpetuo illo & deprauato cordis motu, qui magnam & natiui caloris & ſpirituũ copiam diſſoluebat: vnde collabi vires, & contabeſcere corpus neceſſarium certè fuit. quod commune ferè eſſe ſolet omnibus qui tali pathemate torquentur, vt etiam Galenus euenire, & in ſimia & gallo diſſectis expertum ſe fuiſſe teſtatur. Intellecta ſymptomatum quibus hic vir premebatur natura & cauſis, ſupereſt vt curationis modum quo vſi ſumus, & ab imminenti diſcrimine hominem ſuſtulimus, deſcribamus.

Gal. lib. 5. de loc. aff. cap. 1.

Auicenna fen 3. primi li. doct. 5. cap. 1.

Gal. lib. 5. de loc. aff. cap. 1.

PRIMVM

PRIMVM omnium quoniam florenti ætate æger, & temperamento bono, validísque viribus per initia morbi erat, visum est commodum sanguinem mittere: quòd & morbi ratio, & ægri temperatura, & habitus, & cætera id indicare maximè viderentur. Tremori namque cordis Galenus & Auicenna hoc potissimum auxilio mederi studeunt: præsertim vbi & calida intemperies, & plenitudinis signa adsunt, vti in hoc laborante aderãt. Itaque præmisso leni clysteri, sanguinem detraho è interna dextri brachij vena, vt magis hepatis caliditas remitteretur: (erat enim calido hepate) ídque facio non confertim, nec semel: sed repetitis vicibus, ne dissolueretur virtus, & melior sic auersio fieret. Tum verò ad humoris atrabilarij & pituitosi æquationem apozemata confici iubeo: quibus ad octo cõtinuos dies æger vteretur, quòd humores huiusmodi valde contumaces naturâ quum sint, longo ad concoctionem tempore indigent. Erat autem syrupi ratio talis: ℞. Vtriusque bugloſsi, vtriusque cichorij, melissæ, acetosæ, omnium cum radicibus, ana M. j. sampsuchi, lupuli, fumariæ, endiuiæ, nouellæ non lotæ, ana M. ß. Capillorum veneris recentium, polytrichi, cetera c, ana M. ß. passularũ pinguium mundatarũ ʒ j. glycyrrhizæ rasæ & contusæ ʒ ß. polypodij quercini conquassati ʒ vj. doronici Romani ʒ j. seminum endiuiæ, acetosæ & ocymi caryophyllati, ana ʒ ß. seminum melonum mundatorum ʒ iij. seminis anisi ʒ j. caryophyllorum ϑ ij. thymi, epithymi, ana ʒ ij. florum violarum, borraginis, bugloſsi, & roristmarini, ana P. j. Fiat omnium decoctio ad libram vnam atque dimidiam, & coletur. Colaturæ adde succi borraginis, succi pomorum redolentium depuratorum, cuiusque ʒ iij. syrupi de bugloſsa & de pomis Sabor regis, ana ʒ ij. syrupi de epithymo ʒ j. ß. Fiat apozema secundum artem clarificatum, & aromatisatum cum puluere diamargariti frigidi & diamoschi dulcis, ana ϑ ij. pro tribus dosibus, reiterando vsque ad octo dies: & immediatè post sumere iubebam frustulum vnum electuarij diamargariti frigidi, somnúmque imperabam. Purgaui postea in hunc qui sequitur modum: ℞. Prunorum dulcium numero sex, passularum pinguium exacinatarum, paria quinque, tamarindorum electorum ʒ iij. foliorum senæ Orientalis mundatorum ʒ ij. anisi & cinnamomi electi (ad flatus discutiendos qui à sena excitari solent, & ad ventriculum roborãdum) cuiusque ʒ j. florum violarum, borraginis & bugloſsi, ana P. j. Fiat omnium decoctio ad ʒ iiij. & coletur: in colatura dissolue rhabarbari selecti, in aqua endiuiæ & pauco vini albi cum momento cinnamomi electi infusi & expressi, ʒ ij. electuarij de succo rosarum, confectionis hamec primæ descriptionis, ana ʒ j. syrupi rosati ex nouem infusionibus ʒ ij. Fiat potio, quam post vsum apozematum sumere iussi, felicitérque, & sine molestia operatum est pharmacum: indéque alleuiari æger aliquantum visus est, tremórque dies aliquot cõquiescere. Tum verò ad roborandum cor, tum intrò assumptis, tum foris admotis, me conuerti. Itaque epithema conficio cordi firmando idoneum, in hũc modum: ℞. Aquæ rosarum ℔ ß. aquarum melissæ & bugloſsi, ana vncias quatuor: pulueris diamargariti frigidi, & de gemmis, ana ʒ j. croci G. x. granorum tinctorum, caryophyllorum, ana ʒ j. vini albi potentis & odorati ʒ iiij. Mi-

CVRATIO.

Vbi suprà.

Apozema.

Purgatio.

Epithema.

Observationum medicinalium libri sex - page 61 sur 308

©BIUM

ſce:fiat epithema pro corde. Item in id ſacculum interpunctum regio-
Sacculus. ni cordis admouendum cõfeci,vbi epithemate vti deſtitiſſet:℥.Roſarum rubrarum P.iij.omnium ſantalorum ana ʒ j. ß doronici Romani, vtriuſque ben, ana ʒ.j.meliſſæ & ſampſuchi ſiccorũ,ana P.ij.granorum tinctorũ, caryophyllorũ,ana ℈ iiij.pulueris diamargariti frigidi & de gẽmis ſine ſpeciebus,ana ʒ j.trochiſcorum de caphura ℈ j.moſchi grana ſex. Miſce: fiat ſacculus in ſindone rubra interpunctus, ad formam rotundam modicè in ſummo excauatam: (talis namque ſacculorum pro corde forma eſſe debet) eum applicari iubebam regioni cordis ſub mammilla ſiniſtra. Opia-
Opiatacordialis. tam cordialem confeci, vt ſequitur: ℥. Conſeruæ roſarum ʒ ij. conſeruæ violarum,florum cichorij & bugloſsi, ana ʒ. vj. corticis citri conditi ʒ ß. conſeruæ radicum bugloſsi ʒ j.pulueris diamargariti frigidi ʒ j. de gemmis ſine ſpeciebus & diamoſchi dulcis,ana ℈ ij.pulueris caryophyllorum ʒ ß. confectionis alchermes Meſue, confectionis de hyacintho Auicennæ,ana ℈ iiij.Miſce cum ſyrupo de limonibus & de bugloſſa:fiat in modũ opiatæ,de qua capiat ſingulis diebus ieiuno ſtomacho ad quantitatem caſtaneæ magnæ, & bibat cyathum vnum vini generoſi gilui, diluti cum aqua bugloſsi. Quoniam verò & multi & vitioſi in ventriculo humores, flatúſque plurimi ſubſiſtebant,morbo incrementum præſtantes, ſatagebã & hos per debita temporum interualla,modò clyſteriis, modò catapotiis
Pilullæ. deturbare. Catapotia porrò eiuſmodi erant: ℥ Maſſæ pilullarum de hiera ſimplici,& elephanginarum,ana ʒ j. aloes electæ cum ſucco roſarum lotæ ʒ ij.pulueris rhabarbari electi ʒ j. agarici albi & fœminini ℈ iiij.maſtiches, ſchœnanthi,aniſi,roſarum,zingiberis,caryophyllorum, ana grana x. Miſce cum ſyrupo roſato infuſionis roſarum:fiat maſſa ad vſum: capiat interdum drachmam integram,interdũ dimidiam tantùm,quum grauitatem & flatus in ventriculo percipiet. Et quum ventris dolores à flatibus com-
Ad flatus diſcutiendos. mouebantur,hunc parabam clyſterem: ℥.Quatuor remollitiuorum, foliorum borraginis,hyſſopi & origani,ana M.j.ſeminum melonum cũ cortice contuſorum ʒ ß.furfuris,florum chamæmeli & meliloti,ana P.j. ſeminum aniſi,anethi,fœniculi & carui conquaſſatorum,ana ʒ.ij.Fiat omnium decoctio ad ℔ j.& coletur. In colatura diſſolue catholici ʒ j. hieræ picræ Galeni,diaphœnici, ana ʒ ij. olei anethi ʒ iij. mellis roſati colati ʒ j. Miſce:fiat clyſter. Ad eundem ſcopum flatus diſcutiendi puluerẽ à paſtu
Puluis poſt paſtum. ſumendum præſcripſi: Accipe cõriandri cum aceto infuſionis,maſtiches præparati,& cum ſimplici copertura conditi, ʒ ij.aniſi ſimiliter conditi ʒ j. ß. cinnamomi electi,pulueris diarrhodon Abbatis,pulueris glycyrrhizæ, ana ʒ ij.pulueris diacitoniten ſine ſpeciebus ʒ iij. ſacchari roſati tabulati ad duplũ.Fiat puluis,quem poſt cibum abſque vllo potu ſumat. Vnctio-
Vnctio. ne item vſus ſum: ℥. Cerati ſtomachitici Galeni ʒ iij. coralli vtriuſque,caryophyllorũ,galangæ,aniſi,maſtiches & carui,ana ʒ ß.calami odorati ℈ ij.olei maſtichini & de mẽtha,ana ʒ j. ceræ modicum.fiat vnguẽtum pro ſtomacho,quo ante cibum mane & ſero vngatur calidè ventriculus. Ad cordis tremorem nondum ſedatum,ſed per interualla redeuntem, ſequentia rurſus præſcripſi: ℥. Pulueris diamargariti frigidi ʒ j. diamoſ-

chi

chi dulcis & aromatici roſati Gabrielis,ana ʒ ß. corticis citrij conditi,radicis bugloſſæ conditæ, ana ʒ j. pulueris caryophyllorum ℈ iiij. (magnam vim in hoc affectu curando,vel Auicennæ teſtimonio,habent)ſacchari ſelectiſsimi in aqua roſarum & ſucco bugloſsi diſſoluti,quantum ſat eſt. fiat electuarium in tabulis ponderis ʒ ij. capiat omni mane teſſellam vnam, deſuper bibendo cochlear vini albi cum aqua bugloſsi diluti. Item, ℞. Omnium ſantalorum,roſarum rubearum,ana ʒ ij. doronici romani, vtriuſque ben,caryophyllorum,granorum tinctorum,ana ʒ j. pulueris diamargariti frigidi & diamoſchi dulcis,ana ʒ ß. trochiſcorum de caphura G. x. moſchi G. vj. pulueris myrtillorum,aniſi & cumini, ana ℈ j. Ceræ in oleo roſato & ſucco bugloſſæ diſſolutæ miſce, & manibus inunctis vino Cretenſi vel alio aromatico & generoſo,fiat magdaleon,ex quo fiat emplaſtrũ rotundum ſuper alutam cum ſindone rubea coopertam: admoueatur regioni cordis. Item puluerem ſequentem ante cibum tribus horis ſumere iubebam cùm ab aliis medicamentis abſtineret. ℞. Bugloſſæ cum ſuis floribus exſiccatæ & pulueratæ ʒ iij. caryophyllorum ʒ j. margaritarũ albarum ℈ iiij. diamoſchi dulcis ℈ ij. aniſi ʒ j. ſacchari roſati in teſſellas formati ad pondus omnium: fiat puluis,de quo capiat cochlear vnum ieiuno ventre alternis diebus. Puluiſculum item cinnamoni, caryophyllorum & aniſi ſimul mixtorum,iuſculis imponi iubebam ad flatus diſcutiendos, & ventriculum ac cor roborandum. Quum verò pathema magis inualeſceret palpitationis cordis,potionem hanc ſumere in aurora iubebam caſidam: ℞. Confectionis Alchermes & de hyacintho, ana ʒ ß. moſchi grana duo, ſyrupi de limonibus ʒ ij. aquę bugloſſæ quantum ſat eſt. Fiat potio, quam iterari iubebam, vbi ſymptoma premeret. Aduerſus partium pectoralium extenuationem nimiã, & exſiccationem, vnctionem paraui hanc: ℞. Vnguenti reſumptiui ʒ ij. mucaginis tragacantæ & ſeminis cydoniorũ cum aqua roſacea extractæ, ʒ j. croci ʒ j. olei violacei, ceræ albæ, quantum ſat eſt. butyri recentis ʒ j. Miſce fiat linimentum, quo vngatur regio pectoris, vt decet. Quum vrgeret capitis dolor, pilullas dabam coccias & aureas,& vacuato humore errhinon præſcripſi: ℞. Sampſuci M. j. agarici ʒ j. nucis moſchatæ ℈ ij. fiat omnium leuis ebullitio in aqua,& colatur: colaturæ adde vini albi ʒ j. ſucci betæ nigræ ʒ ij. fiat caputpurgium. Stomacho laborati vt ſuprà dictum eſt proſpexi variis vacuationum generibus, per Clyſteres, hieram,& catapotia: tum ventriculũ foui decocto roſarum, florum, chamæmeli, rorismarini, abſinthij com., origano, pulegio, calamintha, adiectis caryophyllis, coriandro & furfuribus: vngebamque oleo lentiſcino de maſtiche & abſinthio: interdum Cerato Galeni vt ſuprà habitum eſt. & quum ingens vrgeret dolor, vt vigiliam inferret, & virtutę præmagnitudine proſterneret, Philonij Romani ſcrupulos duos dabam cũ puluere cryſtalli puriſsimi, & aromatici roſati item polline: ex oximelite ſimplici, & aquis intybi & hyſſopi exceptis: tum emplaſtro hoc: ℞. Maſſæ emplaſtri pro ſtomacho ʒ iij. emplaſtri de melilo o ʒ j. ß. maſtiches ʒ ij. aniſi ʒ j. roſarum rubearum, galangæ, ciperi, calami odorati ʒ j. Miſce cum oleo roſaceo & de abſinthio & pauca terebinthina: fiat magdaleon manibus inunctis

Emplaſtrum.

Puluis.

Potio ad tremorem cordis.

Errhinon.

Forus ad ſtomachũ.

Emplaſtrũ ad ſtomachum.

Observationum medicinalium libri sex - page 63 sur 308

unctis vino rubeo generoso, ex quo scutale fiat emplastrum ventriculo admouendum. Interdum vbi sæuire dolores videbantur, & murmurilla in ventre percipi cum flatuum copia, clysterem hunc iniiciebam: ℞. Olei anethi & chamæmeli, ana ℔ ß. axungiæ gallinæ recentis ʒ ij. castorij ʒ j. Fiat clyster: detur instante dolore. Quoniam verò & durities in ventriculo percipiebatur, hoc item emplastro post fotum sum vsus: ℞. Massæ emplastri de meliloto ʒ ij. emplastri filij Zachariæ, emplastri de mastiche, ana ʒ j. ß. absinthij sicci ʒ j. styracis calamitæ, bdellij mollioris, ana ʒ j. axungiæ gallinæ recentis ʒ j. croci ℈ iiij. malaxentur omnia cum oleo liliorum & terebinthina resina: fiat emplastrum ventriculo admouendum. Fouebam & hoc ingenio dolentem ventriculum, qui ab epoto veneno mire dissolutus, & intensissimis doloribus contortus remanserat. ℞. Foliorum iusquiami albi, & absinthij Romani, ana M. ß. mastiches ʒ iij. crystalli purissimi ʒ ij. (est enim antidotum singulare ad sublimatum epotum) incoquantur omnia in sequentibus oleis, nempe rosati, violati, liliacei & anethini, cuiusque ʒ iiij. vini rubei ℔ ß. Vbi incocta fuerint, colentur, & decoctum infundatur in vesica suilla in id parata (quotannis enim solenne mihi est, quo tempore porcorum victimæ fiunt, multas mihi in eum vsum seruari, quas aëre distentas, & tecto appensas optimè conseruo) & calida ventriculo admoueatur. Mirum quàm hoc remedio fuerit adiutus, vt à nullo leuamen maius se sensisse dixerit: vacuato tamẽ prius noxio in ventriculo contento humore. Quin sæpe iubebat æger fotum hunc sibi adhiberi, me etiam insciente, quòd inde maximè iuuaretur. Coactus iridem fui ad veneni exhauriendam vim, post excitatum oleo multo & butyro vomitum, inditósque clysteres, balneo vti: à quo item mirificè leuatus est, móxque à balneo antidotum dari iubebam. Horum hæc fuit descriptio: ℞. Maluarum, altheæ, amborum cum suis radicibus, ana M. iij. matrũ violarũ, foliorum hyoscyami albi (ingentem namque calorẽ & acrimoniam ab epoto veneno sentire se in ventriculo cum vehementi dolore affirmabat) ana M. j. absinthij M. j. ß. florũ chamæmeli, meliloti, rorismarini, rosarum rubentium, florum nymphææ, ana P. ij. seminum lini, altheæ, fœnogræci, anisi & omnium conquassatorũ, ana ʒ ii. furfuris P. ij. fiat omnium decoctio in aquæ sufficienti quantitate pro balneo. à quo dum egrederetur, sequentem potionem sumere iubebam: ℞. Crystalli purissimi ʒ j. theriacæ electæ ℈ ij. butyri recentis ʒ j. aquæ decoctionis ordei, quantum sat est. Misce: paretur potio. Decocto item galli veteris ad dolorum sedationem vsus sum, idque felici successu. ℞. Medullæ carthami ʒ j. anisi ʒ ij. polipodij quercini cõquassati ʒ ß. salis gemmæ ℈ iiij. hyssopi P. j. Impleatur ex his vẽter galli decrepiti, & fiat iusculum. Vrina porrò in hoc viro, pro more eorum qui sublimatum hauserunt, ægrè reddebatur: & balneo vnctione néque ex oleis liliorum, violaceo & de scorpionibus perinæo admotis, liberè tandem processit vrina. Non enim magna in hoc ægro reddendæ vrinæ difficultas suberat: ob id arbitror, quòd dilutum tantum sublimati, nõ totam substantiam, vt nobilis illa de qua proximè mentionẽ fecimus, sumpsisset: atque ea ratione minorẽ noxam inferre potuit, præsertim quòd

Ali⁹ fotus ad ventriculum veneno malè affectũ, & æstuãtem.

Balneum.

Potio ad sublimatũ epotum.

Decoctum Galli veteris.

sublima

Observationum medicinalium libri sex - page 64 sur 308

ſublimatum ad fucum apparatum acrimoniam minorem poſsidet, inde etiam non tam ſæua ſymptomata inferre poteſt. Ad maiorem præcautionem, ne veneni vis membra inficeret, eam frangere variis antidotis nixi ſumus, in hunc modum: ℞. Pulueris cryſtalli puriſsimi ʒ ij. pulueris radicis herbæ tunici & tormentillæ, ana ʒ j. ſeminis citrij emundati ℈ iiij. pulueris theriacalis Guidonis ʒ j. conſeruæ roſarum & bugloſsi, ana ʒ j. ſacchari albiſsimi quãtum ſat eſt. Fiat electuarium in teſſellas diuiſum: capiat ſingulis diebus teſſellam vnam ieiuno ſtomacho. Item dies aliquot, huius electuarij vice, dabam acetoſæ folia aliquot in aceto præinfuſa & mandenda ieiuno ventre: interdum caricas pingues ex rutæ foliis & fruſtulo nucis iuglandis ſumere mane iubebam. Stomacho roborando ſacculum cõ feci: ℞. Abſinthij, mentæ & ſampſuchi, ſiccorum ana P. ij. omnium ſanctorum ʒ iij. cinnamoni electi ʒ ij. galangæ, caryophyllorum, cyperi, calami odorati, ana ʒ j. roſarum rubentium P. j. ſeminum endiuiæ & acetoſæ, coriandri præparati, coralli rubei, ana ℈ iiij. Miſce, & cum ſindone rubea fiat ſacculus interpunctus ad formam ſcuti pro ſtomacho: adde moſchi G. iij. Et ad dolorum ſedationem, humorum molem euacuando dabam interdum pilullas aggregatiuas cum Philonio Romano confectas, vt vna eadémque opera & ſedaretur dolor, & cauſa doloris amoueretur. Inquem etiam ſcopum clyſterem huiuſmodi paraui: ℞. Olei Chamæmeli & anethi, ana ℔ ß. pinguedinis gallinæ recentis ʒ ij. terebinthinæ electæ ʒ j. Miſce: fiat clyſter. Quumque iterum dolores graues recurrerent, iterare balneum omnino coactus ſum, & hac ventriculi vnctione vti: ℞. Olei nenufaris, violati & cydoniorum, ana ʒ ij. mucaginis tragacanthæ, ſeminis pſyllij & cydoniorum cum aqua nymphææ extractæ ʒ ij. Cryſtalli puriſsimi pulueriſati ʒ ij. croci, myrrhæ, olibani, ſtyracis calamitæ, ana ʒ ß. ceræ quod ſufficit. Fiat linimentum pro ſtomacho ante cibum. Somnum conciliabam interdum vnica data pilulla ex Cynogloſſo: tumque & ſedabatur dolor, & probè ſomnus obrepebat. Quin dolenti vehementer ventriculo atque inteſtinis cataplaſma hoc admouere coactus fui, à quo planè mirificè ſedabatur dolor. ℞. Foliorũ hyoſcyami albi & maluarũ ſub prunis coctarum & debite piſtatarum ʒ iij. farinæ ordei & lentium cum aqua decoctionis maluarum ad conuenientem glutinoſitatem decoctarum, ana ʒ ij. mucaginis tragacanthæ, ſeminum pſyllij, & cydoniorum, recenter extractæ ex aqua nymphææ ʒ ij. Miſce: fiat cataplaſma, quod dolentibus partibus & acrimonia ardoréque vexatis imponebam. Interdum ex vnguento de althæa, & reſumptuo cum butyro recenti loto, & oleo violaceo partes illinebam. Quin & hoc remedio vti ad acrimoniam retundendam coactus ſum, vt ſequitur: ℞. Seminis lini ʒ ß. maluarum & althææ, ana M. ß. fiat omnium decoctio cum forti expreſsione: & coletur. Colaturæ adde ſyrupi violacei ʒ iij. Miſce: fiat potio, quam dabam eroſionis ſenſu moleſtante, & locum foucbam ſequenti fotu: ℞. Maluarum, althææ, amborum cum radicibus, ana M. j. foliorũ hyoſcyami & abſinthij, ana M. j. ſeminum lini, althææ & fœnogræci conquaſſatorum, ana ʒ j. ſeminum hyoſcyami, & papaueris albi, ana ʒ ß. corticum papaueris contritorum ʒ ß. flo-

Saccul⁹ ad ſtomachũ.

Cataplaſma.

Observationum medicinalium libri sex - page 65 sur 308

rum chamæmeli & meliloti,ana P.j.furfuris,roſarũ rubentium ana P. j. ß caryophyllorum ʒ vj. Fiat omnium decoctio in duabus partibus aquæ,& tertia vini albi generoſi & potentis,& cum ſpongiis vel filtris infuſis & expreſsis foueatur locus dolore affectus, & poſtea vngatur linimento paulo antè deſcripto:addendo vnguenti reſumptiui & dialthææ,ana ʒ ij.cryſtalli puriſsimi,coralli rubei,ana ʒ j.croci ℈ iiij.fiat vnguẽtum,quo poſt fotum inungi ventriculum & ventrem totum iubebam. Poſtremò verò quum à morbi longitudine & grauitate(ſex namque totos menſes cum ſæuiſsimis doloribus colluctatus tabeſcebat) habitus corporis extenuatior redderetur, viréſque deficerent, nec magna omnino ſubeſſet febris, aut hypochondriorum tenſio duritieſve vlla adeſſet:congruum viſum eſt ad tabem prohibendam lac dare aſininum.Sed quãdo eius copia non fuit,illius loco caprillum dedi ad menſem integrum,conditionibus iis obſeruatis quæ in lactis potatione obſeruari à medicis ſolent. Adeo verò hoc auxilio adiutus fuit,vt protinus & dolores omnino euanuerint,& habitus melior fieri, viréſque recuperari cœperint. Tandémque præfatus hic vir, meliore certè fortuna dignus,in integram eſt valetudinem nutu & potentia Dei reſtitutus:viuítque nunc, & fœlix & bene habitus,& pancraticè valet. De quo aſſeuerare id verè poſſum,nunquam me in omni vita grauius afflictum hominem vidiſſe,aut in quo curando plus diligentiæ ac ſtudij, plus etiam ſerij & medici officij fuerit impendendum:vt rectiſsimè illud à Celſo dictum videri poſsit,vtiliorem eſſe amicũ medicum quàm extraneum. Hic namque vir quum tam multiplicibus iiſque grauibus præmeretur caſibus,qui ad Orci portas hominem prorſus deduxerãt,ni fidum ac ſedula manu officia præſtantem medicum nactus fuiſſet,qui omnia præcauens, & omnibus proſpiciens quæ nocere ægro poſſe videbantur,totus in officio & tollendo morbo erat,planè defeciſſet. Sed tamen ſeruauit illũ Deus ad meliora:pro quo tanto collato illi beneficio,laus Deo,honor,glora, & gratiarum actio in omne tempus.

Lactis vſus.

Celſus lib. 1. & capit. eod.

OBSERVATIO OCTAVA.

ANNA nutrix Petri Biordi, Suppræfecti Arelatenſis D. Franciſci Biordi filij,ætate iuuenis,temperamenti valde calidi & ſicci,hyeme validiſsima,in ſiniſtri lateris pleuriticum dolorem grauiſsimum cum febri acutiſsima,ſumma ſpirandi difficultate,dolore acuto in latere & punctorio ægréque procedente ſputo cruento,in delyrium die ſeptimo incidit,delyrans ſublimatum quod forte fortuna in arcula habebat,furore percita deuorat,ad drachmæ ferè dimidiũ,ſeſe cultello multis vulneribus in ventre & cruribus cõfodit:ſed leuibus,quòd retuſa acie culter eſſet. Eodem die quo tot mala ſibiipſa mulier intulit, ingens & lethale malum adiungit,ſeſe nocte media è feneſtra,cui cubile in quo decumbebat proximum erat,præcipitẽ dat: corpore nuda, gelidiſsima

Observationum medicinalium libri sex - page 66 sur 308

gelidiſsima nocte, in pauimentũ duriſsimis lapidibus conſtratum decidit: illic horæ dimidiũ exanimis, ſine ſenſu, ſine voce, ſine pulſibus, & frigore prorſus congelata (erat enim frigidiſsima ea nox, hyberno ſolſtitio proxima) manet: tandem à domeſticis in lecto quæſita, nec inuenta, clamor excitatur ingens: exanimem & pene demortuam in ſolo iacentem erigunt: meq; ædibus vicinũ accerſunt. Accurro cum hera ſua ſpectatæ virtutis, fidei, probitatis, nobili fœmina, Honorata Somata Suppræfecti coniuge: quæ nutricem filij tam miſerando caſu afflictam cernens, vt ſi quid in arte præſidij eſſet ad fœminam leuandam, id omne vt implerẽ, enixè rogat. Ego, vt illi obſequerer, magis quàm vt proficere me poſſe ſperarem, deſperata ægræ mulieris ſalute, manum tẽtandi magis quàm curandi gratia admoueo: & quæ tanti morbi ratio exigit, celeri manu remedia paro, demortuam reuoco, congelatam ſenſim recalfacio, veneno ſumpto proſpicio, vlcera palati, oris & gutturis ſano, dyſenteriæ inde natæ grauiſsimæ medeor. Tantum hac curandi via profectum eſt, vt ad quadrageſimum diem nutu Dei integrè ſanata mulier ſit: ſuperſtéſque adhuc manet vegeta & conſtans, & meliore quàm antea habitu.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

MIRA & prorſus incredibilia ſunt quæ hæc mulier perpeſſa eſt: vt ſi quis paulò naſutior rem propiùs æſtimet, vix fieri poſſe putabit vt tot malis, tam inopinatis euẽtibus, híſque grauibus oppreſſa mulier, ſeruari tamen potuerit. Et profectò niſi ego eius rei adiuratiſsimus teſtis eſſem, niſi bona Arelatenſium ciuium pars inſigniũmque matronarum hæc quæ enarrauimus ſpectauiſſent (quæ miſericordia motæ, pauperculæ ægrotanti opem laturæ aſsidebant) res ipſa omnem prorſus fidem ſuperaret. Nos tamen ex vero quæ acciderunt, quæque illi remedia adhibita ſint, bona fide referemus. Hęc itaque mulier (vt antea dictum) ex frigore imprudenter & incautè admiſſo (erat enim tum hyems media, eáque frigidiſsima) in ſiniſtri lateris dolorem pleuritici cum incidit. Dolor itaque ſecundum coſtas veras grauis oritur, & ad mãmillam vſque atque iugulum porrigitur, comitante febre grauiſsima, & ſummã ſpirandi difficultate, nec vllo, quod pernitioſiſsimũ erat, prodeunte ſputo. Accerſor ego tertio poſt morbi initium die, grauia omnia & metus plena inuenio: morbo propius ex ſuis ſignis & caſibus cognito, ad mendum accingor: móxque molliẽte dato clyſteri, ſanguinem ex eiuſdem, hoc eſt, ſiniſtri brachij vena detraho. ſic enim in interiorũ membrorum inflammationibus faciẽdum tum Hippocrates atque Galenus, tum verò Raſius præcipiunt, quò & celerius è parte affecta deturbetur infeſtans humor (qui vnus ſcopus in eiuſmodi affectibus vel præcipuus eſt habendus) & inflammatio eo vacuationis genere fieri prohibeatur: quod maximè à

CVRATIO. Hipp. li. 2. & 4. de rat. vic. acut. Gal. in cõ. locorum Hipp. prædictorum. & libr. de ſang. miſs. Raſius lib. 9. ad Alinanſ. cap. 57.

©BIUM

mè à medico tentandum. Sanguine miſſo pro ratione virium, ad prouocãdum ſputum eclegmatis, potionibus pectoralibus, & ſyrupis in id factis me conuerto, lateri dolenti fotus, vnguenta, emplaſtráque admoueo. erat enim dolor ſupra quàm credi poſsit ingẽs & clamoſus. Nec interea febris obliuiſcor, etſi caſus potius morbi in pleuritide quàm morbus ſit: dũ tamẽ affectui curando inſto ex ratione, non tamen ſecundum rationem euenit. Nempe à ſanguine miſſo, clyſteribus, potionibus, decoctis expectorantibus, linctibus, fotibus & vnctionibus congruis adhibitis, debuerant omnia miteſcere: ſed medendo grauiora omnia facta ſunt. namque ſub ſeptimum diem graui delirio corripitur, furioſa planè effecta cultro ſe confodit, venenum dementata capit, ſeſe è ſublimi in demiſſum ſolum lapidibus magnis & duriſsimis conſtratum præcipitat, ſine voce, ſine ſenſibus redditur, facie demortua, ſine pulſu ac vix reſpirans: vt niſi ego viuere eam aſsidentibus affirmaſſem, pro mortua ab omnibus habebatur. Inter hæc tamẽ deſerendam non arbitror, ſed magis opitulandum. Itaque vi diducto ore vinum potens infundo ad recreandos ſpiritus, viréſque reparandas, mox calidis pannis lineis congelatum corpus foueo, & ſacculis ex calẽtibus furfuribus, caryophyllis, & anthemidis floribus: ſed interea tamen nequicquàm proficio. ſex enim fere horas totas veluti demortua manſit. Iterum validis acclamationibus & corporis agitatibus vrgeo, propinóque aquã vitæ ſexies liquatam, & mirifica arte chymiſtica paratam, à Pharmacopola quodam artis ſcientiſsimo, & mihi omnibus omnium neceſsitudinum vinculis coniunctiſsimo, mihi dono datam: qua epota reſurgere vtcunque incipit, & voeem cum gemitu graui emittere. nihil tamen audiẽs, nihil cernens, vulneribus adhibito chirurgo proſpicio. Et quum os totum, labra, lingua atque palatum, ob ſublimatum aſſumptum, tetro fœtore & nigredine cum vaſto tumore infecta vitiatáque eſſent, collutionibus ex hordea cea aqua cum aliquot arnogloſsi foliis & lentiſci, atque lentium, ex ſucco granatorum & roſaceo melle exceptis, gargariſatum paro. Verũ quum putredo latiùs ſerperet, collyrio viridi Guidonis, & pauca capitelli aqua (quam vulgò aquam fortem vocitant) putredinem & exeſionem inhibeo: tum detergentibus variis vtor, vnguento ex myrrha, iride & rhodomelite confecto: quin & Aegyptiaco vſus ſum, tanta ſuberat in partibus putredo, & depaſcentia vlcera adeò maligna erant. Iterum collutionibus & gargariſatibus partes confirmo, ex decocto roſarum, balauſtiorum, aluminis, lentium ex vino rubeo & aqua chalybeata exceptis. Vbi prius probè deterſa iam fuiſſent quæ prius ſordida & tetra erant vlcera, mox linctibus ex amylo, tragacantha, ſaccharo cando vocato, penidiis & iride ex ſyrupo de roſis ſiccis parato exceptis, partes linio, & frequenter lingere ægram iubeo: aquámque chalybe ignita feruefactam & ferruminatam potare illam iubeo, vt agglutinatio & adſtrictio maior fieret dilaceratarum partium. Quum verò torminibus ob epotum venenum grauiſsimis premeretur, & multus ex inteſtinis exulceratis manaret ſanguis, ſaniéſque putris plurima, clyſteriis detergentibus, & eluentibus repetitis vtor: ex decocto ptiſanæ, furfurum, ſeminum lini, althææ & fœnogræci atque melonum, cum corticibus

Mirifici effectus quę huic ægrotæ acciderunt.

ticibus contuſorum, floribus anthemidis & meliloti ad dolorum ſedationem appoſitis, clyſterem paro, adiectis melle & ſaccharo & oleo roſaceo. Vbi aliquod iam datis clyſmatibus deterſa eſſe vlcera ſum arbitratus (id quod ex exeuntibus excrementis cognoſcere erat, quæ non tam cruenta nec ſordida iam vt antè manabant) tum ad agglutinandum vlcera me cõuerti, datis tum potionibus in id paratis, tum clyſteriis. Nam & ſuperiora graciliáque inteſtina, atque adeo ventriculus ipſe, & ima etiam craſſáque exulcerata vi ſublimati epoti erant. Vnde & potionibus & infrà ſubditis clyſteribus opitulandum fuit, vt vtriſque affectis partibus bene conſulere tur. Itaque rhacoma aſſum additis myrobalanis citreis & chepulis in potionem do, ídque non ſemel: dein potionẽ ex plantaginis & polygoni ſucco, adiecto Armeniæ terræ polline, itémque cryſtalli puriſsimi, ex ſyrupo myrteo paro, deuorandámque bis die præbeo. Fotibus, ventris tormina atque vnctionibus ſiſto, vt infrà: ℞. Florum plantaginis, vtriuſque polygoni ſeu ſanguinariæ herbæ (mirifica namque & præſtans in hoc caſu eſt, mihíque ſæpe experta & fida) caudæ equinæ, lentiſci & cupreſsi, ana M. j. florum ſolatri (ad veneni acrimoniam compeſcendam) M. ß. roſarum rubẽtium P. j. gummi tragacanthæ ʒ j. nucum cupreſsi contritarum numero ſex, balauſtiorum P. j. caryophyllorum contritorũ vnciæ dimidium: incoquantur aqua chalybeata & vino auſtero, & cũ filtris immiſsis & expreſſis ventrem totum foueri iubebam. Demum vnguento hoc inungebam: ℞. Oleorum maſtiches, lentiſcini, roſati, & myrtillorum, ſingulorum ʒ j. pollinis terræ Armeniæ, vtriuſque coralli, roſarum rubentium, maſtiches, ana ʒ j. mucaginis ſeminum cydoniorum & tragacanthæ ʒ j. ß. ceræ albæ quantum ſat eſt. Fiat vnguentum, addendo ſucci plantaginis latioris ʒ ij. vngatur regio ventris & ſtomachi poſt fotũ. Emplaſtro quoq; ex phœnicis parato (quod in officinis emplaſtrum diaphœnicõn appellatur) cum emplaſtro de maſtiche ſum fœliciſsimè vſus. Clyſteribus etiam adſtringentibus & agglutinantibus, vt ſequitur: ℞. Foliorum plantaginis, vtriuſque rubi, corrigiolæ, caudæ equinæ, ſymphyti maioris, ana M. j. roſarum rub. P. ij. ſeminum ſumac & plantaginis, ana ʒ ß. gallarum, nucum cupreſſi contritarum, ana paria tria, furfuris P. j. Fiat omnium decoctio ad ℔ j. in aqua chalybeata, & coletur: colaturæ adde ſucci plantaginis ʒ iij. amyli, boli Armenici præparati, ana ʒ ij. axungiæ renũ hirci ʒ j. Miſce. fiat clyſter: quem iniici iubebã omni fere die, quoad agglutinata ſunt vulnera. Dabã per os lutum Armenium cum trochiſcis ex electro, quos de Karabé officinæ vocãt, ex aqua plantaginis exceptis, & ſyrupo cotoneorum: nonnunquã quoq; & clyſteribus ex lacte chalybeato cũ charta cõbuſta ſum vſus. Nec mireris lector cur oleum iis clyſteriis nõ apponam. non enim quum intentio habetur ad conglutinandum vlcus, imponi vllius generis oleum debet: quòd ſit oleum auctore Galeno vlceribus aduerſiſsimũ, ſordida ea reddens & purulenta magis, humectatione quam facit. omne autem vlcus ſiccari deſiderat, vt Galenus millies in mille locis teſtatur. Nec obſtat ſi dixeris, adſtringens aliquod oleum poſſe tutò imponi: quale eſt myrteũ, cotoneorum, de maſtiche & eius generis. nam plus nocent pinguitudine

Gal. lib. 3. meth. Hip. lib. de vlc. Gal. li. 4. metho. med. & in arte med. c. 90. & li. 6. Aph. cõ. 8.

& olea

& oleaginositate sua humectando, quàm prodesse possint adstringendi vi quam possident. His adhibitis aliquantum se morbi sæuitia remitti visa est: nisi quòd perpetuò acrimonię sensus in ventriculo percipiebatur. Cui antidotis ad sublimatum appositis (post concitatum prius oleo & butyro multo vomitum) prouidè occurri, vt sequitur: ℞. Pulueris crystalli purissimi ʒ j. misce cum syrupo de ribes & aqua plantaginis: fiat potio. Dabam interdum puluerem diarmargariti frigidi, cum puluere theriacali Guidonis, & crystalli polline ex aqua scabiosæ. Postremò lacte caprillo recèns multo & calente assumpto vti ad multos dies ægram iussi, & optimè cõtulit. fuit enim nutu Dei miraculo potius, quàm naturæ vi aut artis beneficio seruata, & post quadragesimum diẽ integrè sanitati restituta: viuitque nũc & valet, si vnquã aliâs fœlicissimè: quæ tamẽ tot casibus obnoxia, in tam præsens vitæ discrimen deducta, veneno infecta, è sublimi præcipitata, tota congelata, sine voce, sine sensibus facta, denique tota vlceribus scatens, mortem effugere haud poterat. Sed qui deducit ad inferos & reducit, qui mortificat & viuificat, Deus optimus, max. immensa sua clementia atque misericordia, præpotenti manu sua eam seruauit: qui sit benedictus per infinita seculorum secula. Amen.

OBSERVATIO NONA.

MIRABILE visum Arelate anno M. D. LXI. *mensis Februarij die decimasexta: Petrus Ratonus vinitor, ad diui Luciani fanum inhabitans, quum febri continente laboraret, esset que illi missus inter initia sanguis: quum vehemẽti pondere in ventre percepto grauari se supra modum affirmaret, duritiésque aliquanta in ventre adtactum perciperetur, egóque ad curam illius essem vocatus: quo die illi à me deiectorium pharmacum datum fuit, membranam eiecit quandam, tenuem, valde longam, palmorum viginti longitudinis: & paulò post alteram palmorum octo longitudinis, quæ ambæ incisuris & sectionibus laciniatis, certis interuallis proportione ac mensura seruatis, constabant. Erant reuera membranosæ substantiæ quadam tenues, striatæ, colore ex albo in luteum inclinantes, molles, & tractabiles: quibus eiectis mansit æger sine sensu, pulsibus, ac viribus destitutus: tandem cõgruis præsidiis adiutus, curatur integrè nutu Dei. Visum à me & Ludouico Laurẽtio medico, à bona fide Bruneto, & Ioanne Gerardo pharmacopæis, quos in hoc de industria asciueram, vt rem miram & euentu raram perspicerent, testésque oculati esse possent.*

MIRAB

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

MIRABILE seu etiam admirabile id rectè dicitur, quod ob nouitatem stuporem inducit, admirationémque adfert. vnde miraculum seu mirabile id est, quod quia sit insolitum, admirationem adferre solet. Est autem admiratio, animi suspensio quædam & quasi stupor, ob rei cuiuspiam nouitatem & ignorationem. Admiratio quid. Quum enim vna quæpiam res sese obtutubus nostris offert, quæ nunquam antea à nobis visa, nunquam perspecta, ac proinde etiam ignorata fuerit, admirationem in animo ea res parit. manet enim tandiu suspensus atque stupore plenus animus intuitu rei nouæ, quoad se illa sensibus familiarius insinuãs atque animo, aliquam sui notitiam præbeat. Quæ enim nobis cognita sunt, quæque abundè perspecta habemus, ea sanè minimè admiramur: ea tantùm admiramur, quæ præter naturæ ordinem euenire videmus, vel quæ rara & infrequentia sese nobis offerũt, quòd nouitate sua & raritate suspensum & quasi attonitum teneant animum: quòd eius euentus quem admiramur causas omnino ignoremus, & rei visæ naturam, vires, effectiones minimè intelligamus. vnde nobis stupor quidam in animo (qui admiratio dicitur) innasci protinus solet. Veteres namque mira & miracula pro monstris vel horrendis ponebant: vt est apud Lucilium, *Miracula ciet thelephantas.* Et apud Plautum, *Nimia memoras mira.* Et apud Vergilium, *Omnia commutat sese in miracula rerum.* Vnde mirari propriè est, re aliqua tanquam noua obstupefieri. Nouitas enim, ob ignorationem quam de re ipsa noua habemus, stuporem in animo inducit: qui stupor atque suspensio animi admiratio dicitur. Ob id Galenus medicos illos qui ob inscitiam parum exercitati in animalium dissectione essent, neque locũ vbi os in corde animalis positum esset, scirent, attonitos ac sensus expertes, ob loci ignorantiam, ab familiaribus suis vocatos esse meritò censet. Illud vt indicet, ignorantiam rei & inexperientiam, stuporem animi efficere: quod in admirationem maximè cadit. Quandiu enim in admiratione sumus, tandiu certè animo stupemus. Sed cur tãta hìc de mirabili & admiratione? vt intelligi illud posit, rem de qua tractare in hac ipsa obseruatione proposui, tantò admirabiliorem videri debere, quantò sit ipsa euentu rarior, & supra naturæ ordinem, vel potius contra ordinem & naturalem cursum facta: vt quæ illius membranosæ substantiæ genitura fuerit, quæ causa, sciri posit: atque subinde ex hoc nouo & mirabili euentu, de re ipsa philosophari nobis liceat. siquidem propter admirationem rerum non intellectarum cœperunt homines & nunc, & primò philosophari, vt rectè Aristoteles dixit. Itaque quænam fuerit eius membranæ erectæ substantia, quæ causa, enarrare pro viribus ingrediar. In quo etsi minus fortasse purgatissimis doctorum hominum auribus satisfecero, illud considerent, de rebus nouis, & in abditis naturæ recessibus positis, haudquaquam facile esse pro dignitate differere. quis enim de re ignorata & obscura, plena & absoluta tractatione edisserat? Nos tamen pro mediocritate ingenij nostri, quæ in rem fuerint adferemus, hinc sumpto initio: Naturam ad optima quæque

Lib. j. Satyrarum. In Amphi. Li. 4. Geor. Mirari qd.

Libr. 7. de anat. admin.

Aristot. li. j. meta. c. 2.

Observationum medicinalium libri sex - page 71 sur 308

(vt lib. de lege dixit Hippocrates) viam demonſtrare: vt quæ influat, & cum ſapientia immiſceatur ad cognoſcendum ea quæ ab ipſa natura facta ſunt: vt lib. de decenti ornatu, ſeu de probitate, idem prodidit Hippocrates: ac proinde ſi his affuerit qui artibus animum applicant, perfectos reddere: vt eodem ipſo loco ab eodem auctore eſt traditum. Naturam igitur dicimus arcano quodam operandi modo mira & prorſus incredibilia facere, vt quæ pro ratione materiæ ſubditæ in quam operatur, admirabiles formas, temperationes rerum varias atque monſtroſas effingat. Hinc tam multæ, támque admirabiles in certis plantis, animantibus, ac cœlitractibus rerum formæ, proprietates, diſcrimina, effectiones, miræque virtutes. Et vt ex multis aut potius infinitis pauca referamus, ſcribit Ioſephus, oppidum eſſe in Iudæa, cui Macherus nomen eſt, altiſsimo vertice ſupereminens, in quo ruta eſſet immenſæ magnitudinis, quæ nullo caryce vel celſitudine vel magnitudine vinceretur. Radicem quandam eo in loco eſſe, cui Babras nomen inditum eſt, quæ flammæ colore ſimilis circa veſperam velut iubar fulgurans, euellere eam cupientibus reluctetur atque refugiat: nec prius ſiſtatur, euellentémque ſequatur, quàm ſi quis vrinam muliebrem menſtruúmve ſanguinẽ ſuper eam fuderit. Quin & tunc ſi quis eam tetigerit, certa mors eſt: eáque dæmones effugari idem Ioſephus teſtatur. Annõ hęc mira ſunt? Plinius, Statij Seboſi auctoritate, haud modico mirâculo affirmare eum tradit, vermes marinos binis branchiis ſexaginta cubitorum cæruleos eſſe, quibus tantæ inſint vires, vt elephantos ad potum venientes, mordicus comprehenſa manu eorum abſtrahant. Et rurſus idẽ Plinius teſtatur, intra hominem tineas tricenûm pedum & aliquando plurium longitudine naſci. Alexander Trallianus mulierem quandam, quæ grandi fame teneretur (quam Græci βόλιμον vocant) vermem data hiera eieciſſe, qui longitudine duodecim cubitos & eò amplius habere putaretur. Vnde hæc? A natura ludos in operibus faciẽte: ſic ludit natura, ſic miri ficas vires exerit ſuas, vt quod illi ludus eſt, nobis miraculum ſit. Quod in hoc euentu eiectæ membranæ perſpicere planè licet: de qua vt quæ ſentio medica ratiocinatione dicere aggrediar: Dico, opus hoc ex materia aliqua pituitoſa, lenta, ſequaci tamẽ, ortum habuiſſe. Quum enim in inteſtinis pituitoſa multa ex loci natura coaceruari cõtingat, (vt Auicenna recitſsimè dixit,) efficitur, vt pro varia natiui caloris in hęc pituitoſa actione, variæ gignantur in inteſtinis rerum formæ. Si enim contingat ita attemperari materiam, vt formæ animalis cuiuſpiam capax ſit, illud animal à factore potente ex tali materia gignitur: vt bellè Auicenna tradit, per factorem potentem, ſi philoſophi more loqui volumus, deum ſeu naturam intelligens: ſi verò medicè magis, rectè naturam quæ in nobis eſt, hoc eſt natiuum calorem omnium opificem rectè intelligemus. Itaque membranam hanc eiectam ex eadem materia fuiſſe meritò exiſtimandum eſt, ex qua vermes & ſerpentes in inteſtinis gignuntur: nempe ex pituita humida, ſequaci, pútrente tamen. vnde effectum eſt, vt quum natiuus calor opus ſuum perficere in materia hac ad animantis formam inducendã minimè potuerit, inepta vtique exiſtente materia, & ob putredinem nimiam

Lib. 7. de bello Iudaico. cap. 25.

Radix Babras.

Lib. 9. natur. hiſt. c. 15.

Lib. 11. natur. hiſt. c. 33.

Lib. 7. c. 6.

Fen 16. 3. tract. v. ca. 1. de vermibus.

Vbi ſuprà.

anima

©BIUM

animationi minimè idonea, effecit natura quod potuit: induxit membranæ oblongæ & tenuis formam, quum vermis inferre non posset, ob illius materiæ ineptitudinem. Vnde iure censendum est, materiam hanc ex qua membrana confecta est, eandem sanè fuisse ex qua vermes in ventre gigni solent. æmula namque vermium erat membrana hæc, tum substãtia, tum colore, tum mollitie, tum etiam forma: striata namque vbique erat, & laciniis atque secturis vndique constans, tantùm animatio defuisse videri potest. Quomodo autem in tantam longitudinem protensa fuerit, & vt genita, haud difficile fuerit perquirere, siquis aut vermium generationem, reliquorúmve insectorum, aut etiam fœtus in vtero generationem sibi proponat contemplandam. Nam quemadmodum ex calida genitura in loco calido constituta, ipsa quidem inflatur, atque inflata pelliculam sibi induit: (circuntenditur enim quod forinsecus circum ipsam est, continuúmque euadit, vtpote viscosum existens) & quemadmodum in pane dum torretur, tenue quiddam pelliculæ specie in superficiem abscedit ac extat: (calescens enim panis & inflatus attollitur: qua parte verò inflatur, isthic pelliculæ species excitatur, & consistit) ad hunc sanè modũ existimandum est pituitam in intestinis copiosam quidem existentem, calorem & ipsam quoque concepisse, tum merito loci, tum etiam à calore putredinali excalfactam: (erat enim in eo homine calor febrilis multus ex humorum intus putredine enatus, vnde febris continens gignebatur) cal factus verò is humor, & sequax existens, à calore agente & partes continuãte, in membranæ formam abiit: & qua parte humor is magis incaluit, ea parte pelliculam induxit, vt in pane quæ crusta nominatur: ac proinde effectum est, vt à calore humidum euaporante atque exsiccante, superinducta pellicula quædam tenuis huic humori fuerit, quæ speciem membranæ oblongæ instar lori coriacei præbuerit. Quòd verò striis & laciniis mẽbrana ea efficta foret, id inæqualitati subiectæ materiæ & loci est merito adscribendum, quòd non ex æquo complanatus esset humor ex quo mẽbrana à calore formante effingebatur, inde striæ illæ (vt arbitrandum quidem est) oriebantur: vel etiam quòd quum materiam hanc vermium esse propriam dixerimus, delineationem quandam & rudem vermium quasi inchoatam, non absolutam speciem referre ea mẽbrana videbatur, striatam gerens vermium formam. striati namque vermes reuera sunt. Putauerim autem ego duas illas membranas quæ iectæ sunt, vnicam tantùm fuisse octo supra viginti palmos in longitudine habentem: sed in exitum abruptam fuisse, vnde duæ necessariò emanarunt. Quòd verò in eius membranæ iectione semianimis æger constiterit, nihil miri est. magno namque conatu atque labore è intestinorum spiris, in quibus circumuoluta continebatur membrana huiusmodi, educta fuit: vnde tum à labore & conatu, tum à vaporibus malis, putridis ac fuliginosis cordi communicatis, magnam spirituum dissolutionem esse factam, febri præsertim continente affecto homine, iure censendum est. Restitutus autem æger fuit medica methodo, iusculis vires resumentibus ac boni succi cibis, epithematis & potionibus cor roborantibus: tantúmque profectum est hac

Hipp. li. de nat. pueri.

probabile est fuisse membranam fere lumbricum latum seu cucumbitinum qui Plinius taeniam vocat.

Observationum medicinalium libri sex - page 73 sur 308

©BIUM

curandi via, vt integrè hic vir nutu & voluntate Dei curatus sit: cui perennis laus & benedictio in omne æuum.

OBSERVATIO DECIMA.

LOYSONA, Roueroini ciuis Arelatensis filia, viro nupta, florenti ætate & optimo corporis habitu prædita, quum vterum gestare se existimaret, suppressis mensibus, nausea, vomitu, anorexia, & cæteris accidentibus quæ prægnantibus euenire solet affecta, post sex aut octo gestationis menses magnis obortis doloribus, ingens peperit membranaceum globum, totum aquosis bullis, instar ouorum piscium, refertum. Erant autem bullæ rotundæ, tumidæ, pellucidæ, diluta sanie plenæ, fœtidæ, atque per omnem membranam qua integebantur disseminatæ, tanta quidem copia atque numero, vt comprehendi posse nullo pacto viderentur. Dissectis stylo bullis, aquosa & diluta sanies fœtens emanabat, ad citrinum colorem inclinans. Membrana quidē tenuis, sed robusta tamen ac firma erat, tota in se conglobata, & innumeris bullis referta atque protuberans. Mulier verò grauibus cum symptomatis frustū id membranosum eiecit, nempe vomitu, nausea, crebris animi defectionibus, febre, delirio, conuulsiuisque quibusdam motibus & vteri strangulatu. Tandem verò congruis remediis (quæ paulò post dicam) adhibitis, plenè Dei beneficio conualuit. Idémque rursus à me visum in filia Constantiæ obstetricis, vxore Georgij pannorum tonsoris, quæ & ipsa parem membranam bullis innumeris confertissimam, post sex gestationis menses (& ipsa quoque decepta) eiecit: magnis etiā ac grauibus symptomatis conflictata, sed & eadem quoque à me nutu Dei curata. Vniuersa mulierū Arelatensium turba, & virorum quoque ad tale spectaculū visendum cateruatim confluebant, vt rem euentu raram & planè admirabilem spectarent.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

NATVRAM à seipsa doctam, ex séque discentem omnia agere, ac proinde ineffabilem, reconditam, longéque nostra cognitione profundiorem illius operationem esse, rectissimè à Galeno dictum est. Ea etenim interdum certis quibusdam motibus operatur natura, quæ fieri non posse videntur: vt lib. vij. aphorismorum Com. 56. idem Galenus doctissimè prodidit. Quod in hac muliere, cuius nunc euentus mirabilis obseruationem teximus, euenisse res ipsa testatissimū fecit. Quis enim vel fieri posse credat, vel accidisse non valde miretur, ingentē quandā membranam bullis vndique aquosis & protuberātibus, iisque innumerabilibus refertam, in mulieris vtero genitam esse, & veræ

Gal. lib. an animal sit quod in vtero est.

& veræ imprægnationis imaginem præbuiſſe? Admiranda certè ſunt hæc, & animum ſtupore implentia. Nos verò eius euentus cauſas ex naturæ adytis referare pro ingenij noſtri captu tentabimus, ab eo exorſi quod eſt ab Hippocrate proditum, multa eſſe morborum genera quæ mulieres cõflictare ſoleant, varia item eſſe quæ in earum vteris gigni præter naturam conſueuerint: vti molæ, ichores, humiditates albæ, tum & ventus atque aqua ſæpenumero vteris cõcludi ſolent: vt in hydrope matricis, quam Hippocrates vocat lib. de fœminea natura, & libro de mulierum morbis, videre eſt. Gignuntur item varia in vteris tumorum & vlcerum genera, ſcirrhi, phlegmones, cancri, & huius generis infinita, quæ recenſere lõgum eſſet. Nimirum igitur ſi & monſtroſi quoque partus ſæpenumero in vteris, materiæ vel loci vitio contineantur, vt quotidiana experientiæ fides docet. Eius generis hoc ipſum quo de nunc agimus fuit. Quid enim monſtruoſius dici quicquam vſquam poſsit, quàm membranam videre è mulieris pudendo ſummis cum doloribus & animi defectionibus, bullis innumeris extantibus refertiſsimam, prodeuntem, & ſpectantibus admirationem cũ animi ſtupore adferentem? Sed iam vt in vtero membrana hæc atque bullæ genita ſint dicere aggrediamur. Illud pro comperto ex Hippocratis & Galeni ſenſis haberi debet, ſi conceptura ſit mulier, ſemen intrò conſiſtere oportere. genitura enim non egreditur, ſed in vtero intus recondita manet, vbi conceptus fieri debet. Inde enim conceptionis nomen dimanauit. à comprehenſione enim deductum eſſe, quaſi in conceptu comprehendatur & retineatur in vtero ſemen, Galenus lib. de ſemine primo docuit: vt ſit conceptio, genitalis ſeminis in vteris mulierum, ad infantis generationem comprehenſio. Illud quoque prælibandum, ab vtriſque, viro inquã & fœmina, ſemen emitti in concubitu: quæ ambo ſimul ſi miſceantur, & in vtero permanſerint, fœtus tum generatio ſequitur: vt Hippocrates lib. de pueri natura ſcitiſsimè affirmauit, & docuit lib. de ſemine ſecũdo Gal. Contrà verò vbi virile ſemen fœmineo ſemini non miſcetur, aut ex vtero effluit, generatio fieri deſinit: quòd principium deſit, nempe virile ſemẽ, quod quidem, auctoribus Ariſtotele atque Galeno, generationi principiũ tribuit. Fœminæ namque etſi ſemen perinde atque viro adſit, ſola tamen ob id generare nequit, quòd principium motus à mare deſideret. Semen enim virile, vtpote fœmellæ ſemine calidius & ſiccius, generationi principium præſtat. Ob id rectiſsimè Ariſtoteles marẽ in fœtu formando efficientis rationem habere voluit: Galenus verò mulieris ſemen in conceptibus ei vſui eſſe teſtatus eſt, vt ex eo membrana inteſtinalis in fœtu gignatur, & vt oblinantur eæ vteri partes, ad quas genitale viri ſemen pertingere non poteſt, & quod frigidum & humidũ quum ſit, virili ſemini eſt veluti alimentum. Hæc prælibaſſe oportuit, vt cauſas infœlicis huius & mõſtroſi partus propius inueſtigaremus. Itaque quòd in muliere hac membrana bullis aquoſis protuberans genita ſit, veræ imprægnationis falſam imaginem referens, in cauſa fuiſſe putandum meritò eſt, quòd aquoſum & frigidum mulieris ſemen per vtraque vteri cornua in mediam vuluæ cauitatem

Lib. de na. muliebri. & lib. de mulierum morbis.

Li. de nat. pueri, & li. de ſemine.

Cõceptio quid.

Ariſt. li. 1. de gener. animal. ca. 18. & 29. & rurſus li. 2. cap. 1. & 4.

Gal. lib. 2. de ſemi. ca. 4. & li. 14. de vſu part. cap. 7.

Lib. 2. de gener. animal. cap. 4.

Lib. 1. de ſemi. ca. 7. & lib. 2. ca. 1. & 4.

Observationum medicinalium libri sex - page 75 sur 308

©BIUM

tatem eiaculatum concubitus tempore, vnâ cum matricis plenitate, à virili ſemine concalefactum fotúmque minimè fuerit, neque generationis principium illi præſtiterit. Effluxiſſe enim viri ſemen à matricis nimia lubricitate: vel certè ſi non effluxit, ab ichoribus in vtero conſiſtentibus extinctum prorſúſque refrigeratum fuiſſe, quominus ſuo munere fungi rectè potuerit, eſt omnino arbitrandum. Semen verò mulieris in vteri cauitatem eiaculatum congreſſus tempore, ſuóque motore, ſemine virili, deſtitutum, in vtero tamen remanſit: illícque tum ſuo exiguo calore, tum vteri etiam vtcunque fotum, id operatum eſt, non cuius gratia à natura fœmineum ſemen factum eſt, vt inquam pars fœtus ſit: ſed in alterum vſum ad quem fœmineum ſemen natura deputauit, id ipſum in hac muliere ſeruauit: nempe vt membranã gigneret, & partes vteri eæ oblinirentur ad quas virile ſemen pertingere non poterat. Inde verò quum ab natiuo caloré vteri ſemen muliebre concalefactum, & matricis humiditatibus permiſtum, concretum in ſe ac craſſeſcens per calorem motum quempiam ſuſceperit, ſpiritu interueniente, quem ex motu & calore muliebre ſemen concepit, ſpumoſum factum eſt, & ſpiritum, hoc eſt aërem, multum in ſe concluſit. Omnia enim quæcunque calefiunt (ait Hippocrates) ſpiritum emittunt, vt in lignis & foliis viridibus calefactis eſt videre: quod & idem auctor pro exemplo libro de natura pueri adfert. Calfactum autem fœmineum ſemen, vtpote in calido loco exiſtens, & ſpiritu plenum ſpumeſcit, inflatúmque pelliculam induit. circuntenditur enim quod forinſecus circa ipſum ſemen eſt, continuúmque euadit, vtpote viſcoſum exiſtens: quemadmodum in pane dum torretur, tenue quiddam pelliculæ ſpecie in ſuperficie abſcedit ac extat. caleſcens enim panis ac inflatus eleuatur: qua parte verò intumeſcit, iſthic pelliculæ ſpecies excitatur. Ad quẽ item modum in genitura pellicula circunducitur, vt præcitato loco voluit Hippocrates. Ea ſanè cauſa fuit in muliere hac, cur membrana in matrice fœtus loco genita ſit. Natura enim nihil fruſtra vnquam facit, teſtibus Ariſtotele atque Galeno: nec in operando aut diminutè aut ſuperfluè quicquam operatur, vt eſt Galeni lib. 16. de vſu partiũ cap. 9. ſententia. Maluit enim natura ex ſemine fœminæ intus eiaculato, aliquid omnino, quàm nihil prorſus efficere. Vbi enim materia adeſt effectori coniuncta, & ab eo motum qualemcunque accipiens, effectum aliquod ſequi pro aptitudine materiæ & agentis potentia, eſt omnino neceſſe: maximè quum in hac muliere natiuus calor materiam ſortitus aptam membranæ generationi (nempe fœmellæ ſemen in vtero contentum, & congreſſus tempore eiaculatum) illam protulerit, quum fœtum producere minimè poſſet, virilis ſeminis in vtero aut lapſu, aut extinctione à nimia matricis impuritate ac plenitate, ob ichorum & ſuperfluitatum redundantiam. Cauſam attulimus cur membrana portentoſa in muliere hac genita fuerit: nunc verò cur tota bullis aquoſis extantibus redundaret, dicamus. Id quidem etſi inueſtigatu difficile haberi poſsit, nihil tamen tam arduum támque difficile, quin intenta mentis acie, ſiquis penitius rerum naturam ſpectet, non quid-

Lib. de na. pueri.

Ariſt. li. 1. de cœlo & mundo.

Gal. lib. 1. de vſu par. cap. 23. & lib. 7. cap. 8. & lib. 9. cap. 4.

uis

uis improbo labore inueniat. Itaque facilis erit huius euentus inuentio & explicatio, si quis ſpumæ & ampullarum generationem nobis & ab Ariſtotele & Galeno traditam expenderit. Omnis ſpumæ generatio ex duarũ ſubſtantiarum miſtione conſtat, ſpirituoſa altera, altera humida, aquoſa & lenta. Fit autem earum miſtio ambabus quidem ſubſtantiis à motu valido in multa perfractis, & multis mutuo complexu paruis ampullis inde protuberantibus atque genitis. Quum enim ſpiritũ aut calore aut motu agitatum commoueri contigerit, ſurſum fertur: & niſi quid validius obſtet, ſeſéque motui natiuo opponat, in ſuam ſe regionem vindicat. At vbi validiore ac denſiore quapiam materia incluſus, à curſu & natiuo ſuo motu reflectitur, tum prorſus in aliena materia vi incluſus manere cogitur, ſeſéque vt poteſt ſpirituoſa illa materia efferẽs, bullas ſeu ampullas parit: quæ prorſus nihil aliud ſunt, quàm aëris in ſubſtantia aquea concluſi & extantis miſcella. Bullas has modò tenues & paucas, modò multas & craſſas fieri contingit, pro varia aëreæ atque aquoſæ ſubſtantiæ menſura. Vbi enim ſpirituoſæ quidem ſubſtantiæ copia ſubeſt, exigua verò aquoſæ, tum ſanè tenues & facilè diſſolubiles, nec admodum multæ ampullæ gignuntur: contrà verò vbi aqueæ multum, aëreæ minus ſubſtantiæ in miſcella appareat, craſsiores tum & diſſolutu contumaciores ampullæ gignuntur. Quò etiam vel motus validior, vel calor exagitans amplior fuerit, ſi talis ſubſit materia, ampullæ ſeu bullæ multò plurimæ fiunt. Quæ cauſa fuit cur in muliere hac tam numeroſæ ampullæ membranam vndique ſepientes generatæ fuerint. fuit enim validus motus in materia ſpirituoſa & aquea in vtero ſuſcitatus à mulieris calore ſatis potenti. erat enim optimo corporis ſtatu prædita mulier, & calore natiuo multo abundans, vtpote calidi & humidi temperamenti, & in ætate florenti conſtituta. Sic namque, quum in vtero multa ſubeſſet materia bullarum generationi idonea, validus motus, & fortis pro ſexus ratione calor, plurimas tales inde genitas fuiſſe bullas conſequens omnino fuit. hæ enim ſpumæ & bullarum cauſæ à Galeno neceſſariæ atque præcipuæ eſſe ſtatuuntur. Validum motum ſpumam & bullas creare, iratum à ventis mare indicat, tum & currentes generoſi equi, & irati venatione apri, quorum ora ſpuma multa albeſcunt ob validum motum: quemadmodum in lebetibus aquæ feruentis, caloris merito bullas multas excitari cernimus. Sic etiam eadem ratione cenſendum in animalis corpore, ob harum vtramque cauſarum, vel ob complexum ambarum ſimul, ampullas multas creari, vti in hac mõſtroſa membrana in vtero fœminæ huius genita cernere fuit. A valido namque motu materiæ, à forti calore excitato, talis contigit bullarum generatio, vti antea à nobis dictum. Iam verò quibus auxiliis, & qua medendi via paupercula huic mulieri in tanto diſcrimine poſitæ, opem tulerimus, explicemus, ſícque obſeruationi huic finem imponemus.

Ariſt. li. 16. problem. 2. & Gal. Com. 43. lib. 2. aphoriſ.

Ampulla quid.

Lib. 2. aph. com. 43.

CVRATIO.

Quum mulier hæc ad eum quem diximus modum affecta, triduum totum in enixu laboraſſet, adſtante mulierum & obſtetricum turba, nec quicquam in partu proficeretur: accerſor tandem ipſe, inuenióque deie-

Observationum medicinalium libri sex - page 77 sur 308

ctis viribus esse ægram, insigni nausea & vomitu penè continuo affectam, & crebris animi defectionibus oppressam. Quę quum spectassem, ægrotā-ti valde timere cœpi, putans in vtero fœtum consistere mortuum, nec posse ipsam præ virium imbecillitate enixibus sufficere. Sed tamē ægram bona spe esse iubeo, hortórque vt animi resumptis viribus totam se par-tui apparet, strenuámque se præbeat: me omnibus artis præsidiis opem illi laturum bona fide spondeo. sic enim decet generosum medicum non ter-reri grauitate casuum qui in morbis spectātur, vt Gal. lib. 3. de crisibus re-ctè admonuit: & officij sui est, ægrum perpetuò consolari, nec vnquam eum ab spe deponere, etsi desperata salus videatur, vt Damascenus lib. Aph. 38. aphorismorum scitissimè scripsit. Itaque mox ad curationem conuersus, iusculum ex vitellis duobus ouorum cum pauco vino albo, saccharo & cinnamomo ad instaurandas vires dari iubeo: quòd compertissimum ha-berem, & mihi crebra experientia exploratum, id iusculum citissimè vi-res defectas emendare. quod ex ingredientium natura diiudicare quis fa-cilè poterit, & mihi est perfamiliare tali iusculo in virium imbellicitate summa vti, modò febris vehemens non subsit. Dato iusculo mirificè post aliquid temporis vires sibi resumi ægra testata est, móxque ad partum ac-celerandum me conuerto, fotibus, linimentis, potionibus, in hunc qui se-

Fotus. quitur modum. ℞. Maluarū, althææ, ambórum cum radicibus ana M. ij. acanthi M. j. caulium rubeorum, artemisiæ, matricariæ, hyssopi, ori-gani, pulegij, calaminthæ, ana M. ß. florum chamæmeli, meliloti, rorис-marini & genistæ (aperiendi namque & reserandi vires genista habet) ana P. j. seminum lini, althææ, fœnogræci, ana ʒ j. caricarum pinguium nume-ro xxx. aristolochiæ vtriusque (valde namque partus adiuuant) ana P. j. furfurum P. ij. Fiat omnium decoctio in aqua & oleo cōmuni, ex qua foue ri calidè vniuersum ventrem, & quæ ad pudenda attinent partes iube-bam, ídque non semel, sed repetitis vicibus. Atque post fotum mox se-

Linimen-tum. quenti linimento muliebria inunxi: ℞. Olei liliorum, de semine lini, violati & lumbricorum, ana ʒ j. axungiæ gallinæ recentis sine sale ʒ j. butyri recentis ʒ ij. mucaginis caricarum & seminis lini, ana ʒ j. pulue-ris aristolochiæ vtriusque, ana ʒ j. ß. myrrhæ electæ ℈ iiij. croci ʒ j. ar-temisiæ siccæ vnciam vnam semis, cerę quantum sat est. Fiat linimentum, quo pectinem & pudenda inungi post fotum iubebam, & mirificè profuit. Sentiebat enim ægra se plurimum doloribus alleuari, & ventris onus deorsum trudi. Quin & vesicis suillis oleo calente plenis, in quo arte-misiæ & althææ atque calaminthes folia cum floribus anthemidis in-coqui iusseram, fœliciter vsus sum, his ventri admotis. Potiones

Potiones ad partum facilitan-dum. duas dedi partum accelerantes. ℞. Interioris cinnamomi electi ʒ j. myrrhæ electæ ℈ iiij. pulueris aristolochiæ longæ ℈ ij. syrupi de ar-temisia vncias duas, aquæ decoctionis maluæ & petroselini Macedo-nici (mirificè enim meatus aperit) quantum sat est, pulueris diamar-gariti frigidi ʒ ß. Misce, potio paretur. Nec solùm iis quæ à facul-

tate elem

Observationum medicinalium libri sex - page 78 sur 308

tate elementari facilitandi partus vim habẽt vſus ſum, ſed & iis quæ à tota ſubſtantia operari dicuntur. Lapidem namque aëtiten ſiniſtræ coxæ alligari iuſsi, & poſt paululum moræ, prodiit maxima cum anguſtia mẽbrana monſtroſa illa qua de nunc agimus. Sed mox illa eiecta, lapidẽ amoueri iuſsi. ſi namque diutius perſtaret, vi potente ſua matricem attraheret: vt in Ponſoni Ioberti ciuis Valentini, & Valẽtiæ Allobrogum Vrbani prætoris vxore perſpexi: cui difficili partu laborãti, quum mulierculæ lapidem aëtiten magnum cruri adligaſſent, & edito partu, per imprudentiam & obliuionem lapidẽ à crure non amouiſſent, poſt paucas horas foras prodeunte matrice, mortem miſeræ laboranti attulit. Sed ad noſtram ægrotantem redeuntes, dico in emiſsione membranæ tantum virium diſſolutum fuiſſe, vt mox à partu quaſi mortua conſtiterit mulier, ſine voce, ſine ſenſibus, ſine pulſu relicta, vt mortuam potius quàm viuentẽ dixiſſes. Sed vini meri ac generoſi potu, & aromaticis potionibus fota (quæ potiones ex confectione alchermes Meſuei, puluere diambræ & diamargariti frigidi conſtabant) ſenſim vires recuperauit. Dabam autem pro alimento ſuccum carnis & iuſcula adſtricta, quæ Conſummata vulgus vocare ſolet. Tantùm autem Dei gratia curando profecimus, vt tandem integrè ægra conualuerit, ſuperſtéſque adhuc viuit. Quemadmodum & Conſtantia obſtetricis filia, quæ parem & ipſa membranam bullis confertiſsimam eiecit: ſed minore quàm hæc labore, minoréque periculo. Vtramque immenſa ſua bonitate & gratia ſeruauit, qui ſolus mirabilia facit Deus optimus maximus, qui ſit benedictus in ſecula.

OBSERVATIONVM MEDICINALIUM libri primi finis.

©BIUM

OBSERVATIONVM MEDICINALIVM, FRANCISCO VALLERIOLA MEDICO AVCTORE, LIBER SECVNDVS.

OBSERVATIO PRIMA.

DE locustarum prodigioso apud Arelaten prouentu, fata, virentémque omnem herbam morsu vrediné que vastantium, sub annum à redempto orbe M. D. LIII. *æstatis initio, vbi prope solstitium æstiuum esset sol, satáque ad maturitatem accederent.*

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

RERVM natura parens, eadémque fidissima nutrix, præpotentis Dei seminibus grauidata, mirificam nobis vario conceptu suo & partu, cum admirandi sui, tum numinis colendi materiam prębet. Nam quum ea nobis tã multas, tam inter se formis ac viribus dissidentes, tam monstrosas interdum rerum formas pariat, tam multa stirpium, arborum, fruticum, plantarúmque genera: tam multas terrenorum animantiũ, alitum, reptilium, insectorúmque species: quis non tantam naturæ potentiam admiretur, & Dei optimi maximi numẽ, vnde hæc profluunt, toto pectore colat ac veneretur? Quamobrem magna numini habenda gratia est, quòd nobis philosophiæ munere atque adiumento (quo nullum maius, nullum admirabilius mortalium generi à Deo datum est) id cognoscendi quod arduum esset atque arcanum, ínque naturæ sinu reconditum, nobis potestatem fecit. Recondita autem ea esse in natura maximè dicenda sunt, quorum euentus ratio non satis perspecta nobis ex naturæ promptuario reddi potest: qualia sunt quæ abditas sui ortus atque effectorum causas habent, & à tota vocata substantia operantur: quæ item monstrosa, prodigiosa, ominosa, portentosáque habentur. Dissident enim hæc inter se plurimum: nec quum eueniũt, eorũ sunt satis nobis perspectæ rationes, quòd naturæ ingeniíque nostri vires prætergredi, prætérque naturæ ordinem fieri raro & prodigioso suo euentu maxi

Recondita quę dicantur.

tu maximè videantur. vnde horum euentuum adferre causas omnium difficillimum semper habitum est. Quamobrem quum mihi in præsens de locustarum in agro Arelatensi populariter grassantium, cunctáque morsu, vredine, vastitatéque necantiũ infœlici prouẽtu, origine ac causis dicendũ sit, si nó satis acutè argutéque id præstitero, danda mihi ob rei tum nouitatem, tum difficultatem venia erit. Etsi enim nouum non est, id animantiũ genus in varios terræ tractus delatum, & quibusdam etiam locis peculiare esse, vt Lemno insulæ, Cyrenaicæ regioni & Syriæ, cladémque segetibus ac plãtis sæpenumero intulisse: (quod Plinius testatur) illud certè nouum haberi debet, rem tantam methodo attigisse, & tam portentosi euentus significationem, originem, causas, tum noxam atque remedia attulisse. Quod sum ego hac narratione effecturus, ab ea cœli aërísque conditione exorsus, quæ pestem hanc inuexisse in agrum Arelatensem nostrum videtur. Illud itaque in primis sciendũ, in eo terræ tractu, ac ferè in omni Narbonensi Gallia, sub annum M. D. XLVIII. imbres plurimos atque diuturnos sub vergiliarum occasum, præcedẽtémque autumnum decidisse: quorũ impetu & diuturnitate madefacta terra, solutísque eius meatibus, flumina omnia, riui, paludes, stagna, maria, alueos quæque suos egressa, vasta alluuione terras compleuerint, eas præsertim quæ & in planitie positæ, & magnis fluminibus marive proximæ essent. Qualis quum Arelatensium ciuitas sit, quæ & mari vicina satis, & vastis paludibus Rhodanóque amne circumsepta, agróque frumentario plano latè pateat: effectum est vt tota tum in alluuionem abierit, latè se fundentibus aquis, séque ita in altum tollentibus, vt altissimas ferè turres æquarent. Cuius rei nobis euidens testimonium, turris ad salebrosum eius vrbis pontem (vulgò, *Le pont de Crau* vocant) posita dedit, quæ multa sui parte aquis operta, fastigio tantùm suo cõspiciebatur: ob reíque nouitatem, eius vrbis magistratus, quâ se aquæ ad turrim sustulerant, signato lapide, perpetuam duxerunt memoriam conseruandam in futura tempora. Ab hac itaque portentosa præhumidáque anni constitutione, magnæ deinceps siccitates consecutæ sunt, quinque scilicet insequentibus annis: vt ad deposcendã è cœlis pluuiam supplicationes publicæ dies plurimos decretæ sint, diuísque nuncupata vota. Vt enim magnam siccitatem magni imbres sequuntur: sic contrà largos imbres magnam siccitatem consequi (siquid Aristoteli creditur) est omnino necesse: quòd plurimis decidentibus pluuiis exhaustus sit vapor omnis humidáque exhalatio, vnde siccitates oriri consequens quidem sit. Contrariis namque rerum æternitas constat, & sibi mutuò temporum vicissitudines alternatim succedunt. Perennem itaque siccitatem hanc quinque fere annorum, præincipientem generationis locustarum in agro Arelatensi fuisse causam, planè censendum est. Siquidem est horum animantium ficco vere (vt Plinius testatur) maior prouẽtus, quum vernis aquis eorum intereant oua. Quamobrem quum non solùm ver ipsum, sed & tota plurium annorum constitutio sicca, multísque flatibus Boreæ Austrísque siccis exposita fuerit, accedente ad hæc regionis tum planitie, tum caliditate, has gigni pestes necessarium omnino fuit. sic enim ea de re Aristote-

Lib. 11. naturhist. c. 29.

Lib. 11. naturhist. ca. 29.

les:

Lib. 5. de hist. animal. ca. 19. les. Primordium, inquit, generationis eorum quæ ex vermibus proueniũt animalium, aut à sole, aut à spiritu (hoc est vento & aëre) præstatur. Et rursus de coitu & partu locustarum agens: Vere, inquit, è terra emergunt: locis montanis, aut tenuibus locustæ non fiunt, sed planis atque rimosis. Eadémque ferè Plinius. Nimirum igitur, si æstuosa siccáque tam multorum annorum constitutione eiusmodi animantium copia genita sit. Sol enim generationis non insectorum tantùm animantium, sed & omnium est auctor. Siccitas autem insectorum animantium generationi magis quàm humiditas idonea est: quòd humiditate & imbribus verníque aquis eorũ oua

Lib. 11. natur. hist. c. 29. intereant, (vt auctor est Plinius) siccitate sit horum maior prouentus. Siccitatem itaque quæ per quinque hos annos proximos intensa viguit, flatuosámque constitutionem, huius monstrosi euentus causam extitisse pro comperto habendum est. Quæ enim ex vermibus insectorum genera nascũtur, ea (siquid Aristoteli creditur) à sole & spiritu generationis suæ initia ducunt. Oriri autem à vermibus locustas idem ipse Aristoteles in hæc verba tradit: Pariunt, inquit, locustæ in terra fixo cauliculo, quo mares vacant, ac vniuersæ & loco eodem fœtum deponunt, ita vt quasi fauus esse videatur. hinc (subdit) vermiculi speciem oui gerentes oriuntur: qui terra quadam prætenui tanquam membranula ambiuntur, qua disiecta emergunt locustæ ac euolant. Hæc de locustarum ex vermibus generatione Aristotelis mens atque sententia est. Cur verò montanis editísque locis haud perinde atque planis rimosísque locustæ proueniant (quod Aristoteles Pliniúsque affirmant) in promptu causa est, quòd montosa loca frigoribus ingentibúsque flatibus exposita quum sint, horum generationi minus idonea habẽtur: tum quòd ob situs asperitatem eò ferri commodè locustarum genus, nec inibi degere opportunè possit. Nam quum saltu potissimum id animantiũ genus victum sibi quærat, sítque infirmissimis cruribus, atque fœmoribus, efficitur profectò vt in præruptis & editis locis difficillimè agere possit, in planis commodius. facilius namque est plana quàm montosa saltu perreptare, quod locustæ faciunt: ac proindè re-

Lib. 5. de hist. animal. ca. 19. ctissimè ab Aristotele dictum videtur, montanis locis aut tenuibus, locustas non gigni: planis & rimosis gigni. Sed cur id à quòd videlicet plana & calidiora esse montosis soleant, & pabuli ditiora. Rimosis autem locis ob id magis gignuntur locustæ, quòd rimosa quæ sunt, tum calidiora, tum sicciora esse consueuerint, atque ideo rara magis, ita vt fœtum in rimis terræ deponere commodius locustæ queant. Ob id rimosis locis & raris largior horum prouentus, densis & compactis minor: quòd densitate strangulentur tenelli eorum fœtus, hoc est vermiculi illi ouorum speciem gerentes, qui sunt locustarum soboles futuræ. Quamobrem quum sit Arelatensis ager planus atque rimosus, præsertim qui Chammergi insulæ hæret (est enim is reliquo omni agro Arelatensi tum calidior, tum etiã ob id rarior, rimísque patentior: siccitate atque calore, tum etiam salsugine rimas plurimas pariente) fit profectò vt in Arelatensi agro, siccis & calidis præsertim annorum constitutionibus, quales nunc præcessere, facilis fuerit horum prouentus. Cur verò non peræquè in omni Arelatensis agri parte genitæ loc

Vbi suprà.

nitæ locuſtæ ſint(non enim in plano ſuburbano, vulgus *Le Plan du bourg* vocat)nec eo qui *Tribon* à perfectione dicitur, nec eo item qui lapidoſus campus vocatur,innatç perinde locuſtæ ſint,atque in Chammergi inſula, reddere rationem haudquaquam difficile eſt.Sunt enim hæc quæ modò recenſuimus loca,aut denſa,aut humida nimis. pingui enim & ſoluta & plerunque denſa humo *tribon* & ſuburbana planities conſtant. Lapidoſus verò campus(quem vulgus *La crau* vocat)tenui nimiũ,ſalebroſa aſtrictáque terra & æſtuoſa quum ſit,horum generationi animantium minus idoneus efficitur.Verùm etſi ad generationem minimè idonea ſunt habenda,contagij tamen noxam & ipſa quoque ſenſere:tranſlatis vtique vento è Chammergi inſula eò locuſtis,quæ volatu atque ſtridore, tanto impetu tantáque copia eò ſeipſæ contulerunt, vt gregatim incedentes, magna omnium admiratione,magna etiam incolarum conſternatione,cœlum ſolémque obumbrarent.Cauſas reddidimus, eáſque è natura, generationis horum animantium,prouentúſque ipſorum in Arelatẽſi agro:verùm,proh dolor,amplior certiórque adferenda nobis portentoſi huius euentus ratio eſt,quæ non in naturæ ordinem redigenda,non in annorum & aëris conſtitutionem cogenda,ſed in numinis iram,hac veluti peſte hominum ſcelera vindicantis,ſit ſumma ratione reuocanda. Hiſce enim prodigiis, ceu iræ ſuæ internuntiis, indignationem nobis ſuam Deus declarat, ſéque nobis infenſum teſtatur.Pharaoni namque Dei mandatum contemnenti, vaſtitatem inferri Deus locuſtarum ominoſo prouentu comminatur:Dimitte populum meum,vt ſacrificet mihi.Sin autem reſiſtis,& non vis dimittere eum,ecce ego inducam cras locuſtam in fines tuos,quæ operiet ſuperficiem terræ: ne quicquam eius appareat,ſed comedatur quod reſiduum fuerit grandini.Corrodet enim omnia ligna quæ germinãt in agris.Et paulò poſt,Operuerunt locuſtæ vniuerſam ſuperficiẽ terræ, vaſtantes omnia. Deuorata eſt igitur herba terræ, & quicquid pomorũ in arboribus fuit, quę grando dimiſerat:nihil quoque omnino virens relictũ eſt in lignis& in herbis terræ in cuncta Aegypto.Execrationis loco promittit Deus ſe trãſgrediẽtibus mãdata locuſtã immiſſurum,vt Deuteronomij xxviij.legitur: Sementem multã iacies in terram,& modicum congregabis:quia locuſtæ deuorabunt omnia.Nec ſolùm hanc Deus oraculo ſuo comminationem teſtatam voluit, ſed & ethnicorum ore proferri:vnde eſt illud Plinij de locuſtis ex profeſſo tractantis:Deorum,inquit,iræ peſtis ea intelligitur: peſtis hoc loco nomine locuſtarum prouentum intelligens. Annon idipſum quoque diuino ſpiritu afflatus rex idem & propheta Dauid cecinit? Dixit, & venit locuſta & bruchus,cuius non erat numerus. Ad Dei verbum portẽtoſa hæc animãtia manare hoc verbo *Dixit* propheta teſtatus eſt.Et rurſus alio loco, Dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locuſtæ. Quid his verbis clarius? quid apertius ad Dei erga nos furorem explicandum infœlici huius animantis portentoſóque prouentu adferri vſquã poteſt?Nos itaque in Dei numen ac voluntatem præcipuè, qua arcano ſuo conſilio hiſce euentis hominum ſceleribus atque flagitiis mederi ſtudet, prodigium hoc,potius quàm in aëris annorúmque conſtitutiones meritò

Exodi 10.

Lib.11.natur.hiſt.ca. 29.

Pſal.105.

Pſal. 77.

Observationum medicinalium libri sex - page 83 sur 308

©BIUM

referamus. Nam etsi locustarũ natiua generatio, his quas antea attuli causis adscribi meritò possit: tam ingens tamen locustarũ prouẽtus, tanta copia, quæ vastissima terrarum spatia compleuerit, & quæ numeroso exercitu sata, hortos, vineas, prata, omnémque virentem herbam depasta sit, & quæ se demum in tecta & ædeis proripuerit, cœlúmque volatu obumbrarit: (quæ nos cuncta hoc Iunij mense, sub solstitij æstiui initia, non sine magna animi consternatione ac metu conspeximus) vt, inquam, tam ominosus prouentus in naturales causas referatur, vix mihi fieri posse videtur. Miraculo ego profectò, & Dei numine, magis quàm naturæ per se agentis actione effecta hæc fuisse iure existimo. Sed recẽsitis iam causis omnibus, ad significationem rari huius euentus paulò propius veniamus. Quæ rarò & præter naturæ ordinem fiunt, etsi naturæ ductu quodam fieri, sed impedito tamen dicantur, portenta huiusmodi interdum atque prodigia, nonnunquam ostenta nuncupari solent.

Portenta.

Portenta quidem, quum quæ accidunt naturalia sunt, rarò tamen se ostendunt, & futurum aliquid, temporis aliquo interuallo, denuntiant: in quo genere cometes sunt.

Prodigia.

Prodigia, quasi præsagia aut prædictiones quædam antiquis dicta sunt, earum scilicet rerum quæ mox futuræ euentu vno aliquo designantur: vt aëris insolitæ in calore, frigore, imbribus, ventis, & præter natiuas temporum constitutiones, apparentes mutationes: quæ quum accidunt, mox vel pestes, vel populares morbos venturos prænuntiant. Vnde prodigium quasi porrò agendũ plerique dictum volunt.

Ostenta.

Ostenta verò ea dici video, quæ statim futurum aliquid indicant, quasi ab ostendendo dicta. Nec tamen tam insciens sum, quin confundi sæpenumero ista ab auctoribus, & pro eodem significato accipi sciam. Quid verò tantus hic locustarum prouentus futurum indicet, etsi prædicere temerarium fortasse fuerit, quòd quæ statas & antegressas causas naturæ lege non habent, de his ferri iudicium minimè possit: certum illud tamen haberi debet, magnum aliquod malum ab his portendi.

Lib. 11. natur. hist. ca. 29.

Plinius certè annonæ caritatem prædicere non veretur: Quod maximè miremur (de locustis agens, inquit) famem quoque, quam propter, externa pabula petiere, sciunt imminere. quòd scilicet segetũ erosione, consumptione ac morsu, penuriam futuram non tam præmonstrare, quàm reuera efficere videantur. Nec verò hac in parte Aqueo Plinij interpreti assentiri possum, qui suo sensu partẽ hanc emendare volens, pro imminere, minuere apponendum censuerit: vt hic sit sensus, locustas ob famem quam minuere sciunt, externa pabula petere. Sed ridiculum hoc, & Plinij maiestate indignum, qui tam infans non fuit, quin probè intellexerit, locustas atque adeo omne animantium genus, pastu famem minuere.

Aqueus carpitur.

Lib. Castigationũ in Plinium.

Hermolaus quidem imminere, non minuere legit. Sed illud potius voluit Plinius, præsentire futuram frugum cladem locustas, ob id externa pabula petere. nec id profectò iniuria. Nam quum ab hoc insectorum genere vredine maximè tentetur terra in quam incubuerint (vrunt enim ea quæ morsu contingunt, instar ignis: quòd & excrementum habeant acre, mordax & virulentum, & saliua seu viru quodam luteo, quod ab eorum ore profluit, sata solúmque ipsum vratur, & in squalorem abeat) fit profectò vt ferendis segetibus,

getibus, atque copia promouendis minus idonea terra huiuſmodi habeatur. Ob id fortaſſe Plinius famem earum prouentu imminere dixit: vel quòd nimia ſiccitate premi terram ſignificent, vel quòd ab earum morſu terra vratur. Non enim niſi ſiccitatibus magnus eſt locuſtarum prouentus, vt antea ex Plinio docuimus. Ego verò, à noſtris, hoc eſt medicis, probè edoctus, populares futuros morbos, non minus quàm penuriam & caritatem annonæ vereor. Nam quum ab occulta aëris putredine, abditáque cauſa aliqua, præſertim verò alimentorum prauitate, aut aquarũ corruptela, populares oriri morbos conſtans omnium ſententia ſit: metus eſt, ne tanta huius animantis præſens copia, oleribus atque fructibus quibus ſe applicat, plurimum contagij tetro morſu inferens, grauem noxam inferat: præſertim quòd morientes pleræque ex ipſis nidorem atque putredinem aëri committere poſſint: accedente ad hæc aquarum quæ in ſata adhuc virentia eo anno graſſata eſt alluuione, quæ quum frumenta multo plurima diuturna ſua mora corruperit, ita vt meti ac colligi vix potuerint, putreſcere nimio humore bonam ſegetum partem neceſſe fuit. Cuius ſanè putredinis mox ſeſe vis oſtentauit plurimis Chammergi inſulæ locis, in quibus ſtataria facta imbribus aqua frumenta vaſtauit. Illac namque tranſeuntibus tetrum odorem erat experiri, ex ſublatis in aëre vaporibus malis, qui aërem omnino malè afficerent. Et reuera oboriri iam populares & mali moris febres incipiebant, ni Eteſiarum flatu reſtincta vis morbi fuiſſet. Habent enim Eteſiæ venti ſiccandi & repellendi ſeminarij morbi popularis vires, æſtatémque ſalubrem pariunt, vt doctè Galenus ſenſit. Atque hæc de ſignificatione præſagióque abundè dicta ſint. Nunc de locuſtarum origine, & ea quam ſegetibus inferunt noxa, déque animantis ipſius forma dicendum. Oriuntur porrò locuſtæ ex locuſtarum ſemine. Inſectorum enim genera quædam ex animalibus generis eiuſdem procreantur, vt phalangia & aranei ex phalangiis & araneis: vt bruchi item, locuſtæ & cicadæ: quæ docta Ariſtotelis ſententia eſt. Nonnulla non ex animalibus, ſed ſponte, aut ex rore qui frondibus inſudat, verno ſcilicet tempore: aut ex cœno fimóue putrente, vt erucæ, papiliones, ricini, ſcarabei, aſcarides, tineę. Quæ porrò inſectorum ex animalibus generantur, ea porrò vermem quendam omnia pariunt. Vermibus verò ipſis, non parte aliqua, ſicut in ouis, animal creatur, ſed totus vermis accreſcit, & particulatim diſcretus formatur in ſpeciem deſtinati animalis. Commune autem omnium vermium eſt, & eorum quæ ex vermibus proueniunt animalium, vt primordium generationis aut à ſole, aut à ſpiritu præſtetur. Sic autem procreantur: Planis & rimoſis locis in terræ rimis ſua oua deponunt locuſtæ: quæ quidem oua durant hyeme in terra, ineunte æſtate proueniunt ex fœtu anni ſuperioris locuſtæ. Vniuerſæ autem loco eodem fœtum deponunt, ita vt quaſi fauus eſſe videatur. hinc vermiculi ſpeciem oui gerentes oriuntur, qui terra quadam prætenui tanquam membranula ambiuntur, qua diſiecta emergunt locuſtæ atque euolant: quarum tam mollis fœtura eſt, vt ad tactum leuiſsimum dilabatur & pereat. Nec ſummæ telluri partus cõmittitur, ſed paulò altius: cõcoctione inibi peracta exeunt ex terreno il-

Com. 2. in 3. lib. de popul. morb. Hipp.

Ex Ariſto. vbi ſup. ca. 19. & 28. & lib. 1. de gener. animalium c. 16.

Observationum medicinalium libri sex - page 85 sur 308

Partus & mors locuſtarum.

lo amiculo nigrantes & paruæ locuſtæ. Pariunt veris exitu, & ſtatim à partu moriuntur, vermiculis circa collum innaſcentibus, qui eas ſtrangulent: eodem quoque tempore obeunt mares. Intereunt porrò locuſtarum oua autumnalibus aquis, quum nimis inceſſerint, vt Ariſtoteles vult: aut vt Plinius, vernis aquis: ſicco autumno largior prouentus, vt iidem auctores affirmant. Eſt autem locuſtæ mira forma atque effigies, miro quodam artificio fabricata. Inciſuris vniuerſa compago conſtat, pro inſectorum more atque natura. Alatum animal eſt: alas autem vtrinque duas habet, ad ſcapularum commiſſuram infixas. Quæ ſuperiores ſunt, & tergo inſident, vario colore interpunctę atque diſcretę maculis nigris, alis phœniceis ſeu badio colore præditis ſuperincumbentibus viſuntur. In imo aliæ vtrinque ſubſternuntur, tenues admodum, albicantes, & ex lato in arctum deſinentes, inſtar alarum quæ auibus inſident, aut velinauis: his paſsis aëra quatientes ac diuerberantes volant. Secundum dorſum ſcapulis commiſſura quædam imminet, membrana duriore intecta, ex qua ſonum atque ſtridorem edunt. non enim anteriore parte ſonum, ſed poſteriore emittunt, vt experimento didici, Plinioque affirmat. Capiti porrò ſecundum oculos cornua tenuia prominent duo. Facies autem torua apparet & oblonga, inciſuris aliis ſuper alias incumbentibus, & os integentibus. Ori porrò duo tantùm parte ſuperna inſident dentes, duriſsimi, lati ac nigrantes, quibus ſegetum ariſtas graui morſu erodunt ac frangunt. Thoracem habent anguſtum, cartilaginoſum & durum: aluum mollem & longam, quæ motu dilatato & adſtricto, pulmonum vice mouetur ad auram captandam. Cruribus ſex innituntur, quatuor primoribus tū minoribus, tum tenuioribus, & ad ſuperna magis poſitis: poſterioribus duobus craſsioribus, & ad motum valentioribus, miróque artificio variegatis, & angulis acutis intercurrentibus artificioſè delineatis, quibus ſaltantes vtuntur. Prioribus enim cruribus apprehendunt manuum vice, ac continēt: poſterioribus ſaliunt. Sunt autem poſteriora hæc colore rubra, ac denticulis inſtar ferræ munita, vt ſe illis in ſata proruentibus fulcire, adhæreréque firmius aſcenſu ſuo poſsint. In India (quod Plinius ſcribit) tantæ magnitudinis eſſe traduntur, vt ternūm pedum longitudinis quum ſint, ferræ vſum cruribus ac fœmoribus ſuis quum inaruerint, incolis præbeant, qui locuſtarum arefactis cruribus pro ſerra vtantur. Mirifica verò locuſtis concumbendi ratio: quod à me viſum in literas dare non pigebit, monimentiſque naturæ miracula enarrare. In hoc enim inauſpicato tantarum locuſtarum prouentu, quum vires ingenij exercere pro virili mea vellem, omnem earum rationem indagare experimento volui. Itaque concumbentes locuſtas quum plurimas cepiſſem, hæc deprehendi: Coeunt mare fœminam dorſo ſuperueniente: (eſt autem mas fœmina ſemper eo in genere breuior atque minor) mas autem in concubitu cauliculos duos acutos, quos ad dorſi extremum paulò reliquo corpore prominentiores habet, obtorta ima corporis parte & inflexa, atque vltimo caudæ reflexo, in fœmellæ vterum immittit. Nam quum ſpicula illa duo, de quibus mox dixi,

Vbi ſuprà.

Locuſtarū forma.

Vbi ſuprà.

Lib. 11. naturæ hiſt. ca. 29.

dixi,dorſo incumbentia mas habeat, immittere ea in fœminæ vterum non poſſet,ni auerſa cauda flexili ſeſe illi copularet. Arctiſsimè verò diúque coniunguntur,vt vix auelli ſemel copulata queant:ita vt etiam ſalientes,è loco motæ non diſsiliant, nec niſi magno conatu auulſæ diſcludantur.Fœmina verò maris amplexu aluum intẽtè mouet,& ſe ima parte mari applicans,illum diutius continet,modò hiatu vuluam aperiens, modò eandem coarctans:atque dum hiatu patet vterus,tum mas ſeſe penitius in imum fœminæ inſinuare ſatagit.Viſuntúrque meatus duo in fœminæ pudendo,interſtitio quodam diſiuncti, & craſsiuſculo quodam operimento contecti:quod quidem externa ſui parte nigricat, atque durum penéque cartilagineum, interna leuiter hirſutum, rugíſque quaſi quibuſdam ſcabrum videtur,ad cuius operimenti fundum vterus colore albicans inſtar muliebris pudendi cernitur.Hæc à me conſpecta & animaduerſa, digna omnino cenſui quæ literarum monimentis traderentur. De noxa quam locuſtæ inferunt,modò agendum.Nocent porrò morſu & vredine: vnde
,, Plinius, Dira meſsibus contegunt nube, multa contactu adurentes: om- Vbi ſuprà.
,, nia verò morſu erodentes,& fores quoque tectorum. Hæc à locuſtis noxa,non ſolùm enim ſegetes morſu perdunt, ſed prata, hortos, vineas, & quicquid in agris viret.Contactu verò terram vrunt,tum ſaliua lutea, biliоſa,& acri,quam multam ex ore rodentes fundunt: tum etiam excremento quod ex aluo emittunt.eſt enim excrementum id graue, acutum, nigrum,mordax,& vrens.Veneno autem minimè nocent,vt quo careant. Quin & hæ in vſum nonnullis gentibus veniunt. Parthis (quod Plinius ſcribit)hæ in cibo gratæ.Pars quædam Aethiopum locuſtis tantùm viuit, fumo ſaléque duratis in annua alimenta,vt Plinius,Strabo,Diodorus,Solinúſque teſtantur.Non itaque venenoſæ haberi debẽt,quum ſit venenum tota ſua ſubſtantia naturæ noſtræ contrarium, naturam omnino euertens atque corrumpens,pugnétque ex diametro cum alimenti natura:vt cuius proprium ſit noſtri corporis augere familiaritate ſua ſubſtantiam, veneni perdere:vt docta Galeni & Dioſcoridis ſententia eſt. Hic enim Aphros qui Leptin incolunt, locuſtis abundè veſci præter memoratos auctores lib.2.teſtatur.Sed quum tanta ſit animalculi huius noxa,tanta clades,nullúsne remedio locus erit? nullum auxilium huic peſti opem ferre poſsit, qua ſegetes illæſæ ſeruari ab hac peſte queant? Erit ſanè remedio locus, ſi Dei indignationem atque iram (à qua malum hoc prouenire, non de Ethnicorum modò ſententia, ſed ipſiusmet Dei teſtimonio adſtruximus) ſi,inquam,Dei iram deprecati fuerimus,nos ipſos ſub potenti manu Dei ſubmittentes, vt Petrus iubet: omnem curam noſtri omnéque ſtudium in illum reiicientes,illi nos ſupplicibus votis ſubmiſerimus. Illi namque cura eſt de nobis,& quum iratus fuerit,miſericordiæ recordatur.Itaque ſi nos iuſtè ambulauerimus coram Domino, illius præcepta ſectantes, atque è natura,hoc eſt lege & æquitate vixerimus, nihil ſceleratè, nihil turpiter,nihil iniquè agentes,noxium omne,vt Dominus dixit, à nobis exigemus:ſi item illud à Deo ſupplicibus votis ac pia mente popoſcerimus,

Lib.11. natur.hiſt.ca. 29.
Vbi ſuprà Strabo lib. 16.Georg. Diodorus libr.4. biblioth. Solinus in polyhiſt.c. 43.
Gal.lib. 1. ſimpl. Dioſc. lib. 2. & 6. de medica materia.
1. Petri 5.
Deuter. 28.

Observationum medicinalium libri sex - page 87 sur 308

©BIUM

ne in furore ſuo nos arguat, neque in ira ſua nos corripiat. Hæc perfecta huius medendi mali ratio, hoc ſummum (vt noſtri vocant) alexipharmacum erit. Sed ſiquid etiam in natura poſitum eſt, ne id quoque omittamus. Pleraque ab Ariſtotele, Plinio, & Palladio in eam rem præſcripta ſunt. Scribit Ariſtoteles ſulphuris odore inſecta omnia necari, item cornu ceruini incenſu, aut ſtyracis ſuffitu. Ego in ceruini cornus penuria, bubulo cornu accenſo ſuffiendam terram cenſeo. Olei aſperſu idem fieri, ſi eo inſecta animalia aſpergantur, Plinius arbitratur, qui & ipſe locuſtas debellandi pulchram ex Cyrenenſium legibus rationem tradit. In Cyrenaica regione, inquit, lex eſt ter anno debellandi eas. Primò oua obterendo, deinde fœtum, poſtremò adultas. deſertoris pœna in eum qui ceſſauerit. Et in Lemno inſula, ſubdit, certa menſura præfinita eſt, quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referant. Necare & in Syria militari imperio coguntur. Ad hanc ego rationem animum applicans, ciuibus noſtris bona ratione conſului, vt edicto publico præmia certa proponerentur plebi, cogerétúrque plebs omnis ad hanc depellendam peſtem, terra primùm ſuffoſa ligonibus, earum oua obterendo ac diſsipando, fœtus & adultas ad internecionem dedendo. Id qua arte factum ſit breuiter dicam. Edicto per publicum præconem prolato, ad conſules accurrit omnis plebs, atque ſeruitia in primis, quibus ciuitas ea abundat: in ſingulas enecatarum libras quadrantes duo de publico deferentibus eas ad magiſtratum dabantur. Itur confertiſsima manu in omnem Arelatenſem agrum, quò ſe peſtis ea locuſtarum demiſerat, præſertim in Chammergin inſulam. Effoditur terra vbique, obteruntur oua: fœtus verò ſic enecabantur, linteis vaſtis & altis, prælongis haſtis affixis, cingebatur ea terræ portio in quam plebs ſe contulerat: móxque magnis clamoribus confertim editis perterrebantur locuſtæ, & clamorem ſtrepitúmque fugientes, in oppoſitam ſe partem conferebant. Ibi verò plebs multa tacita eas operiebatur, & gregatim incedentes iniectis linteis comprehendebant, & in ſaccos vaſtiſsimos demittebāt. Tum & alia arte deiiciebantur, flabellis multis aër quatiebatur: aërem dimotum auerſantes, ſeſe aliò locuſtæ conferebant, nempe in oppoſitam vnde deiiciebantur partem: mox ibi foſſæ erant magnæ apparatæ, in quas ventum fugientes locuſtæ, ſeſe ſponte demittebant, quaſi à flabellorum agitatu ſecuræ futuræ: tum verò vbi plena eſſet fouea, locuſtarum agminibus foueam implentibus, ligneis maſsis contundebantur, vel in ſaccos ad præmium recondebantur, & magiſtratui adferebantur. Hæc noſtra peſtem hanc debellandi ex veterum præſcripto ratio fuit: qua factum eſt, vt intra viginti dierum ſpacium peſtis ea deleta, & ad internecionem omnino data ſit. Palladius certè, ex Democriti ſummi philoſophi præceptis, neque arboribus, neque ſatis noceri poſſe à quibuſcunque beſtiis adſtruit, ſi fluuiales cancros plurimos, vel marinos fictili vaſculo in aqua miſſos tegas, & ſub dio ſtatuas, vt decem diebus ſole vaporentur: poſtea quæcunque illæſa voluerimus eſſe, ea aqua perfundamus octonis diebus, hoc repetentes, donec ſolidè quæ ſata fuerint, adoleſcant. Prodeſt plurimum

Lib. 4. de hiſt. anim. cap. 8.

Lib. 11. natur. hiſt. ca. 29. & 53.

Lib. 1. titulo 35.

mum abigendis beſtiolis huiuſmodi, pulueris tormentarij ſuffitus, & bombardarum raucè ſonantium ſtrepitus. Sed hæc artificioſa: naturale illud, ſi autumno vel vere imbres plurimi decidant, qui oua nimio humore perdant, fœtúmque naſci prohibeant. Hiſce remediis ad hanc abigendam peſtem vtendum ex optimorum ſententia auctorum ſtatuo: ad Dei laudem & gloriam, qui ſit benedictus in ſecula.

OBSERVATIO SECVNDA.

HONORATVS ab Aqueria Meiana Toparchus, patritius Arelatenſis, ſanguinis copioſiſſima è pulmonibus reiectione affatim incidente hyeme media, in graue diſcrimen incidit: quúmque vna nocte ſanguinis heminas pluſquam quatuor ore reiecisſet, pallidus & propè ſine viribus redditus, pulſu exiguo & interſecto, voce tremula, deliquiis crebris, & inſomnia oppreſſus: magnáque cum viſcerum omnium duritie atque obſtructione, hepatis, ventriculi, lienis, moriturus in horas ſperabatur. Liberatur tamen Dei ope & magna mea cura, anno M. D. LXI. *menſe Ianuario.*

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

HONORATVS ab Aqueria patritius Arelatenſis, è nobili Aqueriorum, eadémque vetuſtiſsima familia, natales ducẽs, vir acer, elegans, mitis, & omnibus naturæ dotibus quæ generoſum hominem decent, cumulatè ornatus, miréque facetus & comis, quum hyeme media Ianuario menſe, ardorem in gutture perſenſiſſet dies aliquot, nec ob id tamẽ ſibi vllo pacto cauiſſet, aut à frigoris intemperantia, quæ tum multa erat, aut victus rationem in melius commutaſſet: effectum eſt, vt derepentè in reiectationem ſanguinis floridi, tenuis & ſpumoſi, interdum etiam trumboſi, ex ore inciderit, leni præcedente tuſſi. Affectum hunc Græci, αἱμοπτοΐαν καὶ αἱμόπτυσιν, dicunt, id eſt cruentum ſputum. Verùm quum & à variis partibus, diuerſíſque cauſis tum externis, tum internis, oriri id mali poſsit (vt & Galeni, & Pauli, atque Auicẽnæ ſententia eſt) vndenam tanta ſanguinis profuſio in hoc viro emanarit, perpendendum prius eſt, vt methodo ſanari tantus affectus poſsit. Itaque & ex pulmonis rupto vaſe à nimia ſanguinis tum copia, tum feruore & acrimonia, & ab internis his cauſis magis quàm externis malum originem duxiſſe iure cenſendum eſt. Nec ita tamen excludendæ omnino externæ cauſæ ſunt, quin & in hoc affectu in participatum veniant.

Gal. 5. metho. Paul. lib. 3. cap. 31. Auicen. fen 10. 3. lib. tract. 3. ca. 4. Sedes affecta & cauſæ.

Observationum medicinalium libri sex - page 89 sur 308

Si quidem à vehementi nocturno frigore, cui frequenter hyeme media se hic vir exponebat, ortum duxisse quadantenus, & vt à causa procatarctica, affectum hunc, haud longè à vero est. Frigus namque immodicum venis rumpendis idoneum esse Hippocrates & Paulus scripserũt: perinde etiam atque clamor, si fortis atque intentus sit. In quem sæpe incurrere hic vir sponte sua solebat, quòd in risum & iocos pronus quum esset, sæpenumerò vocem summo clamore ac risu effuso intendebat: quod huic creando affectui occasionem non minimam præstitisse pro explorato habendum est. quum risus si effusus sit, vehementer thoracis musculos, atque adeò septum transuersum & intercostales musculos exagitet, proindéque sæpenumerò tussim vehementissimam excitet, & nimio agitatu vasa disrumpat, perinde atque fortis & validus clamor: vti nos libro Enarrationum nostrarum tertio, Enarratione nona, quæ de risu est, abundè docuimus: & explicauit libro de risu Laurentius Iobertus, vir in re medica clarus, solertisque ingenij atque iudicij, qui in hac ipsa de risu tractatione insignem profectò nauauit operam, vt in re difficillima versantem, magnam videatur palmam consecutus. Sed ad institutum redeuntes, dico manationis sanguinis in hoc viro has fuisse causas: ex externis quidem, conceptum intrò in pectore frigus, clamorem ac risum propè assiduum, in quem continuò ferè hic vir incidebat. Ex internis verò, sanguinis feruidi atque copiosi in venis pulmonis infarctum: quibus concurrentibus causis adapertum fuisse in pulmone vas grande, certa fide coniiciendum artificiosa coniectura vocata fuit. Id nobis abundè significabatur, tum ex sanguinis manantis qualitate ac copia, tum ex reiectionis modo. siquidem qui manabat sanguis, tenuis, floridus, spumosus erat: à pulmone vtique lati sanguinis indicium, siquid Hippocrati creditur inquienti, Quicunque spumosum sanguinem expuũt, his è pulmone eductio fit. Tum verò idipsum quoque ex reiectionis modo ostendebatur. affatim namque & impetu multo reiiciebatur, nullo percepto in thoracis partibus dolore, ídque non leui comitante tussi: quod quum fit, è pulmone manationem fieri pro indubitato habendum est, vt Galenus, Paulus & Auicenna docent. Copiam porrò sanguinis in hoc viro progignebant, tum bona corporis habitudo, temperiésque calida, parum ad siccum inclinans, tum copiosior & lautior victus. Sanguinem porrò acuebant, immodici motus, quibus vir hic obnoxius erat. Vnde factum est, vt in vasis pulmonis aggesta ex superioribus causis nimia sanguinis copia, adaperto ore, & acrimonia etiam sanguinis naturam ad id stimulante, sanguinis per os effusio ingens facta fuerit, quæ in mortis discrimen hominem vocarit: dissolutis vtique à nimia profusione viribus, inanitis spiritibus, deficiente natiuo calore: qui per huiusmodi profusiones deficere nullo negotio solet, quum sit sanguis naturæ thesaurus, & natiui caloris fomes: vt omnium tum Philosophorũ, tum Medicorũ cõcors sententia est. Quid mirum igitur, si intersecta & planè tremula vox in hoc viro appareret, si deficiens pulsus, si pallor in facie, & quasi mortui imago, si denique syncopes crebræ accederent, si mors proxima esset, quũ

Hipp. lib. 5. aph. 24. Paul. lib. 3. cap. 31.

Cap. 16. & 18.

Lib. 5. aph. 13.

Gal. 5. metho. Paul. lib. 3. c. 31. Aui. fen 1o. 3. lib. tract. 3. cap. 5.

vna no

vna nocte (quæ vt puto quarta à morbi initio erat) ad quatuor fermè heminas sanguinis ex ore reiectum sit, & pro Hippocratis sententia sanguis quidem supra qualiscunque fuerit, malus sit? Affectus huius naturam, sedem affectam, causas, signáque reddidimus: nunc iam cognito morbo ac causis, illi ratione optima medeamur. Lib. 4. aph. 25.

Ad hunc nos vocati, quum grauiter vrgeret affectus, huic protinus ac celeri manu succurrendum duximus. Affectus namque vnde primum maximéque imminet homini periculum, hic primus curari debet, pro Galeni sententia, & ad id quod vrget, dirigi omne medentis consilium debet. Itaque protinus è cubiculo turbam omnem, quæ multa officij causa affinium & sanguine coniunctorum aderat, locum dare iussi, foráque prodire, præter eos qui ægro necessarij erant. sic namque iubet Galenus, ne videlicet & cubiculi aër incalescat plus æquo nimium hominum frequentia, & æger à tanto confluxu ne terreatur. Solent enim ægri de se malè sperare, quum circumstare tantam turbam prope se vident, arbitrantes se in discrimine fore, tot ad succurrendum occurrentibus: tum verò quòd in mulierum turba (vt plerunque fit) vel nutibus vel tacitis murmurillis malam ægro de se spem iniiciunt. His egorationibus multam turbam cubiculo abigendam suasi, ignémque qui tum ob frigoris inclementiam succensus multus in cubiculo erat, extingui iussi. erat enim cubile camino proximum. In sanguinis autem manatione frigido esse vtendum rectissimè Hippocrates dixit. calidum namque, eodem auctore, sanguinis profluuia promouet. Mox verò, quum adstricta esset aluo æger, nec quicquã biduò deiecisset, mollem clysterem indere iubeo: atque interea dum apparatur clyster, poscam deuorandam atque gargarisandam do. Silentium ægro impero, vt ne quicquam loqueretur, sed nutibus quæ sibi opus essent significaret, atque etiam vt ne magno respiratu vteretur. vtrunque enim ægris huiusmodi imperandum, Galenus ipse libro quinto Methodi medendi prodidit. Nam & locutio, & respiratio vehemens, thoracem atque pulmones exagitant, & ob id sanguinem promouent: iure itaque silentium imperatum est. Protinus verò, clysteri soluta aluo, sanguinem è vena media dextri brachij auferri venæ sectione iubeo: non affatim, sed bis eodem die, quatuor inter vnam & alteram sectionem interpositis horis. sic namque iubet Galenus, & eo pacto melius auertitur sanguis, seruatúrque virtus. Quin & in crastinum eius diei iterum, sed leuiter sanguinem detraximus: quòd & æger viribus valeret, florenti ætate esset, & copioso sanguine abundaret. Vbi hæc peracta sunt, mox vinculis fortioribus crura brachiáque deligauimus, & multã posca os colluere, ac portionem etiam deuorare iussimus: vt si quid intrò concretum sanguinis esset, dissolueretur. multos namque trumbos deorsum clysteris vsu deiecit, sanguine in ventriculum delabente per gulam. Frictionibus etiam crurum vsi ad auersionem sumus, pro Galeni sententia. confluere namque prohibetur sanguis, & quum ad contraria reuellitur, & quum ad vicina deriuatur, & per refrigerationem

CVRATIO.

Lib. 3. met.

Lib. 10. meth.

Lib. 5. aph. 23.

Lib. 5. aph. 16.

Lib. 5. met.

Vbi suprà.

nem tum corporis totius,tum partis afflictæ. Quæ verò de profundo ſanguinis profluuia erumpunt,per reuulſionem potiſsimum & deriuationem ad vicina,præterea per cibos potionéſque, quæ & emplaſticam vim habeant,& refrigerent,& medicamenta quæ adſtringant,curantur: vt docta Galeni lib.v.methodi medendi ſententia eſt:cui innitentes, vniuerſam in hoc homine curando methodũ felici ſucceſſu abſoluimus, affectui ſedula cura omnino intenti.Quum verò ſanguis nimium profluueret, ſiſtere eum ante omnia potionibus datis adſtringentibus,glutinantibus,& refrigeran
Lib.7.aph. 37. tibus coacti ſumus:quòd pro Hippocratis ſententia, affectum huiuſmodi curare acerbis & refrigerãtibus oporteat.Hac itaque potione bis, ter etiã in die data,vſi fuimus: ℞. Lapidis hæmatitis cum aqua plantaginis loti, coralli rubei ſimiliter loti,ana ʒ iiij.terræ Lemniæ, quam ſigillatam vocãt ʒ ij.(etſi ea omnino inuentu rara ſit: forte-fortuna oblata dono ægro tum ab amico ſingulari fuerat,ſingulare profectò ad morbum leuandum præſidium)margaritarum ſplendidarum ʒ j.ß. ſeminis plantaginis, arillorum vuarum exſiccatorum, ana ʒ j. Miſce:redigantur omnia in tenuiſsimum pollinem,addendo trochiſcorum dia electr» (de carabe officinæ vocant) ʒ j. Atque ex hoc puluere ad ſiſtendum ſanguinem efficaciſsimo, drachmam vnam cum dimidia ex aqua plantaginis & peculorũ roſarum, & vnciis duabus ſyrupi de ribes dari iuſsi: quam ego plantam oxyacantham Indicam,ſeu (vt vult Serapio) arborem ſui generis eſſe arbitror, capreolos proferentem colore viridi rubeſcẽte,cuius folia lata,magna atque rotunda ſint. Verùm ego,quum eius ſyrupi natiui & fidelis cõpia deſtituimur(rarò enim ad nos venit,ex Syriæ partibus adlatus)eius loco eã oxyacanthæ ſpeciem pro ribes legitimè ſumendam cenſeo, qua ad ſepiendos hortorum puluinos eleganti ſeptu vtimur, quæ ramulos geſtat lentos & flexibiles, è quibus fructus ſeu baccæ vuarum modo racematim dependeant,acinis ſimul cohærentibus magnitudine piperis, qui maturitatem adepti,maximè rubent, ſapore ſubacido, admiſto etiam dulci. Plantam hanc vulgus Gallorum *Eſpine vinette* vocat. Ex harum baccarum non omnino perfectam maturitatem adeptarum ſucco, præſtantiſsimum fieri ſyrupum,qui Syriaco illi ribes vocato nõ cedat,iure optimo exiſtimo,& ribes loco eſſe vſurpandum magna ſanè ratione adducor:quòd & ſapor illi reſpondeat,ex acido dulcíque admiſtus,ſanguinis feruorem mitiget,bilis acrimoniam retundat,fluxiones cohibeat, ſitim reſtinguat, dyſentericis,cœliacis,& nimium vomentibus opituletur,atque non leuiter adſtringat,vt ſæpius à me experimento probatum fuit.Hoc ego illius alterius loco commodè vtendum planè ſtatuo.Sed iam ad reliquum curationis progrediamur.Itaque quum adhuc ſanguinis ingens profuſio perſtaret,compeſcendam validiore præſidio cenſuimus.Dedi igitur ſequentem potionem: ℞. Philonij Perſici ʒ j. lapidis hæmatitis ʒ ß. ſyrupi cydoniorum ʒ ij. aquæ plantaginis quantum ſat eſt diluendis reliquis.Potio paretur. Dabam dormituro,vt & ſomnus conciliaretur, & eadem opera ſiſteretur ſanguis. In iuſculis ſemina papaueris albi & rhois culinarij in panno lineo raro ligata, iniici iubebam. Conditum huiuſmodi ad virium

robur

robur præſcripſi: ℞. Conſeruæ roſarum antiquæ ʒ ij. conſeruæ ſymphyti maioris ʒ j. margaritarum ſelectarum, coralli rubri loti cum aqua roſarum, & ſubtiliſsimè pulueriſatorum, ana ʒ j. manus Chriſti cum perlis ʒ j. conſeruæ bugloſsi ʒ j. Miſce cum ſaccharo optimo: fiat conditum auri foliis intectum. Interdum electario ex margaritis confecto vtebar. Extrà verò ad ſanguinis motum compeſcendum, cerui ci & collo, tum & pectori linimenta admoui, & vnguento hoc ſum fœliciter vſus: ℞. Olei maſtichini, cotoneorum, & myrtillorum, ana ʒ j. ſepi hircini aqua roſarum diluti ʒ j. ß. pulueris pilorum leporis minutiſsimè inciſorum, coralli rubri, boli Armeniacæ, ſanguinis draconis, olibani, maſtiches, ana ʒ j. ceræ albæ quantum ſat eſt. Miſce: fiat vnguentum, quo thoracem illiniri, & colli atque cerui cis partes iubebam. Clyſteres lenes, ad excrementorum ſubductionem (imbecillus namque viribus erat) parari huiuſmodi iubebam: ℞. Decocti caponis ℔ j. in quo bulliat ordei pugillus, ſeminum melonũ cum cortice contuſorum ʒ j. Coletur: in colatura diſſolue mellis roſati colati ʒ ij. vitellorum ouorum numero ij. ſacchari rubei ʒ j. Miſce: fiat clyſter. Interdum catholici confectionem ad ʒ j. nonnunquam verò caſsiam cum ſaccharo admiſceri iubebam. Ad ſitim reſtinguendam ſyrupo cotoneorũ, vel roſaceo ex roſis ſiccis confecto vtebar, ex aqua chalybeata, ex qua etiã iuſcula parari iubebam, iniectis cotoneorum fruſtis à cortice externo mũdatis. Quoniam verò bilis multa ſanguini miſta, & feruorem & profuſionem non minimum augebat, hanc confeſtim nulla expectata mora (neque enim ſæuitia morbi inducias dabat, & ad bilis euacuationem præparantibus ſyrupis opus non ſit, ipſa abundè iam ad excretionem tenuitate ſua prona, vt millies in mille locis Galenus) euacuandam duximus, hac data potione: ℞. Rhabarbari ſelecti cum tota ſubſtantia ſubtiliſsimè pulueratiʒ j. (euacuando namque veſtigia adſtrictionis imprimit in membris ſic datum, quod huic affectui maximè conueniebat) rhabarbari ſelecti in aqua endiuiæ cum tantillo cinnamomi per noctem infuſi, & mane fortiter expreſsi ℈ iiij. (quia obſtructa hic vir, vt antea dixi, viſcera habebat, infuſum itidem rhacoma dare viſum eſt, ad obſtructiones aperiendas) ſyrupi roſacei ex infuſo roſarum ſine ſcãmonio ʒ ij. decocti pectoralis quantum ſat eſt. Fiat potio: neque enim ſcammoniatis medicamentis in hoc affectu vtendum eſt, ne nimium exagitẽtur humores, & venarum ab ſcammonio apertio fiat. Iterum ad ſiſtendum ſanguinem paſtillos præſcripſi, quos ſub lingua contineri iubebam, præſertim ſub noctem. ℞. Boli Armeniæ paratæ, terræ ſigillatæ, ana ʒ ij. gummi Arabici, tragacanthæ, amyli, ana ℈ ij. macis ℈ j. ſpicæ nardi ℈ ß. (optimè adſtringunt & fluxionem cohibent hæc duo) penidiorum ʒ j. Miſce, & cum ſyrupo myrteo fiant paſtilli inſtar lupinorum, qui ſub lingua contineantur. Interdum verò confectione de ſtyrace ad eandem intentionem vſus ſum, cuius hæc eſt deſcriptio: ℞. Paſſularum exacinatarum, & cribro ſetaceo tranſmiſſarum ʒ j. glycyrrhizæ raſæ & ſubtiliſsimè pulueratæ ʒ vj. xyloaloes, nucis myriſticæ (quam moſchatam vocant) ana ℈ ij. grana xv. cumini tantundem, ſtyracis calamitidis ʒ j. boli Armenici præparati ʒ j. ß. ſacchari in aqua betonicæ diſſoluti,

Lib. 4. de ſani. tu. pluribus locis 9. meth. li. 1. de rati vict. cõ. 18. & lib. 2. cõ. 30. & in fine lib. de conſt. artis medicinalis.

Electariũ de ſtyrace.

luti,quantum ſat eſt.fiat electarium in tabulis ſeu teſſellis. Eclegma itidē confeci ſenſim deuorandum: ℞. Pulueris diatragacanthi frigidi ʒ ij. Linctus. conſeruæ violarum ʒ iij. lapidis hæmatitis cum aqua plantaginis loti ʒ j.ß. radicis iridis Florentiæ ℈ iiij.penidiorū,ſacchari candi, ana ℥ j. Miſce cum ſyrupo capillorum, & roſato de roſis ſiccis: fiat eclegma.Huius loco cochlear ſequentium ſyruporum ſumere iubebam. ℞. Syrupi myrtei & cotoneorum,ana ℥ iij.ſyrupi violati ℥ ij.Miſce.Gargariſmatibus in fine vſi ſumus,reſtincto iam ſanguinis fluore. ℞. Piſidiarum,balauſtiorum,ana ℥ j.ſeminis ſumac & plantaginis,ana ʒ j.roſarum rubentium pugillos duos. fiat omnium decoctio in aquis peculi roſarum & portulacæ ad ℔ j.& coletur.In colatura adde ſyrupi violacei,mellis roſati colati, ſyrupi roſacei de roſis ſiccis,ana ℥ ij.Miſce:fiat gargariſmus.Hac methodo atque his præſidiis magna cura & ſedula opera adhibitis curatus eſt hic vir, præter noſtram & omniū opinionē,nutu Dei opt.max.qui ſanat languores noſtros.

OBSERVATIO TERTIA.

NOBILIS Gabriella Deleßia,Ioannis Nicolai iuriſperiti viri celeberrimi vxor,ex pulmonum vlcere in tabem deducta,multo ſanguinis ſputo præcedente,ſubſequente verò puris ſputo:præter omnium expectationem magna adhibita cura integrè liberatur,ſuperſtéſque & incolumis nunc Dei gratia & viuit & valet.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

NOBILIS hæc mulier ætate iuuenis, temperamento calido & ſicco,tenui corporis habitu,& ad tabem prono, grauiſsimo affectu laborauit,& ad curandū difficillimo:incidit nempe ex pulmonum vlcere in tabem.Quàm enim ſint pulmonū vlcera curatu difficilia,præſertim ab initio neglecta (vt in hac ægrotante contigit)abundè docet v.methodi medendi Galenus:quoniam pulmones inter viſcera ob anhelitū perpetuo in motu eſſe neceſſe eſt, quum oporteat quieſcere tamen ea membra quæ vlcere affecta ſunt, ſi ſananda ipſa ſunt.ob id profectò vel inſanabilia eiuſmodi vlcera habentur,aut ægrè & Lib.5.met. difficulter,magnáque adhibita cura,vt eodem ipſo loco Galenus. Quum autem ſit tabes viuentis corporis ex ſiccitate conſumptio, quàm difficile ſit hanc reſtituere,docet itidem tum lib.de tabe,tum lib. 7. methodi medendi Galenus. Fieri tamen poteſt vt hæc quæ diximus mala,nonnunquā ſolerti medici cura,& ægri obſequio,& rerum externarum congruo vſu curentur:vt & Galenus ſe plerumque talia curaſſe v. methodi teſtatur: & nos Dei miſericordia adiuti non paucos curaſſe bona fide teſtari poſſumus:in quorum albo hæc mulier eſt,cuius affectus nunc ſigna & curationem deſcribemus.Cœpit hæc mulier ab initio ſanguinem tenuem, floridum,

Observationum medicinalium libri sex - page 94 sur 308

dum, ſpumoſum affatim inter tuſsiẽdum reiicere, quod ſymptoma terrere ægrum ſæpe ſolet. Sed tamen quum poſt paucos dies abſque medici opera ſubſtitiſſet cruentum ſputum, negligi ab ægra cœptum eſt, nec tum medici operam adhibuit. Verùm quum rurſus adaperta vena, ſanguinis manatio recruduiſſet, multo maiore copia, moleſtioréque cum tuſsi ſanguis reiici cœpit, accedente febri, atque ſpirandi difficultate, tum etiam ſumma extenuatione corporis. Vocor ipſe ad hanc curãdam mulierẽ. Quúmque & ſanguinis copiam, ſubſtantiam, colorẽ, reiiciendi modum penitus perſpexiſſem, è pulmonibus prodire ſanguinem pronunciare ſum intrepidè auſus: iuxta illud Hippocratis, Quicunque ſpumoſum ſanguinem expuunt, his à pulmone eductio fit. Ad quod confirmandum perceptus in genis rubor fidem indubiam faciebat. id enim laborantibus pulmonibus fieri in ægris perpetuò ſolet, vt valde genę rubeant, vt Pauli & Auicennæ ſententia eſt. Tum quòd nullus aut exiguus admodum percipiebatur dolor in pectore: quod his qui à pulmonibus ſanguinem reiiciunt peculiare eſſe ſolet, quòd obtuſi admodum ſenſus pulmones ipſi ſint, ob ſubſtantiæ eorum raritatem atque molliciem. Leue namque, rarum, cauernoſum, & velut ex ſpuma aliqua ſanguinea coagulatum eſt corpus pulmonis, vt docet lib. 6. de partiũ vſu Gal. nec neruos habet vllos, quò ſentire vim doloris queat, niſi per membranam ambientem, quæ eorum qui iuxta ſtomachum ad ventrem feruntur neruorum particulas quaſdam ſuſcipit: vt doctaGaleni lib. 7. de vſu partium ſententia fuit. Eò fit, vt qui è pulmonibus ſanguinem reiiciunt, aut prorſus non doleant, aut exiguo dolore afficiantur: quod in hac noſtra ægrotante accidit, quæ quum plurimum ſanguinis reiiceret, vix tamen dolere ſe teſtabatur. Oriebatur porrò in ea id mali, non ſolùm acri in pulmones defluente humore, vaſa ipſius tum aperiente tum erodente, verumetiam ex mala & à parentũ ſemine contracta in pulmonibus noxa. Patrem namque habuerat tabe è pulmonum vitio peſsimè affectum, quod mortem illi intulit. Eſſe autem phthiſim inter eos morbos qui in ſemine continentur, & ab Auicenna hæreditarij nuncupantur, ex eiuſdem auctoris ſententia conſtat. quod quidem ea ratione prouenire doctiſsimus Hippocrates affirmauit, quòd ſemẽ genitale ab omnibus corporis partibus manans, efficit vt ex caluis calui, ex cæſiis cæſij, & ex diſtortis diſtorti generentur: tali nimirum qualitate in ſemine prolata, qualis in iis vnde emanat partibus inſita fuerit. Perinde enim vt ex ſemine plantarum, ſic & hominis generatio fit, vt idem Hippocrates lib. de natura pueri conceptis verbis affirmauit. Siquidem quum ſit ſemen, hominis abſtractum, ac maiorum generis miſtura, tale vtique exiſtẽs quale id à quo excretum eſt, (vt tradente Galeno lib. de ſemine Zeno Citteus definiuit) efficitur, vt à patre podagrico, phthiſico, aut alioqui diſtorto, tales in fœtibus indantur qualitates ac notæ. Vnde nimirum ſi in hac laborante ſimilis affectus atque in parente enatus ſit. Fuit itaque in ægra hac muliere affectus pulmonum vlcus ad humorum intus conditorum acrimoniam proueniens: ad quem ſanè affectum febris, puris ſputum (quod auctore Hippocrate cruẽtam ſpuitionem ſequi conſueuit) corporis extenuatio, & virium inbecillitas con

Lib. 5. aph. 13.

Paul. lib. 3. cap. 30.

Auice. fen 10. 3. li. tra. 4. cap. 11.

Cap. 10.

Cap. 2. Aui. fen 10. 3. lib. tract. 1. cap. 1.

Fen 2. 1. doc. 2. ſumma 1. ca. 8. Lib. de aëre, aquis & loc.

Lib. 7. aph. 15.

Observationum medicinalium libri sex - page 95 sur 308

tas conſequuta ſunt. A puris namque ſputo phthiſis ſubſequi ſolet, ſi Hippocrati creditur. Quò fit, vt qui tam diro affectu laborant, in præcipiti ſint, viribus vtique deiectis, nec morbum ferre potentibus: vnde plerique in tabitudinem deducti mortem neceſſariò obeunt. Sed iam ad curationis modum progrediamur.

Lib. 7. aph. 16.

CVRATIO. Hipp. lib. 4. aph. 10. & Gal. in eom. & rurſus v. met. med.

MAGNIS & acutis morbis celeri manu ſummáque diligentia eſſe prouidẽdũ, rectiſsimè ab Hippocrate & Galeno dictũ eſt. Vbi namque ægro prorſus ob morbi magnitudinẽ moriendũ eſt, ſi phthoe ſemel excipiatur, à præſentaneis remediis omnino inchoandum eſt: quum iuxta Hippocratis ſententiam, Ad vltimos morbos vltima remedia ſunt ſaluti. Id nos in hac ægrotante magna diligentia procurandum in animum induximus, ſcopum habentes, quàm celerrimè vlcus pulmonis agglutinare, ne phlegmone occuparetur: tum manantem ore ſanguinem reuulſione deriuationéque ſiſtere, adſtringẽtibus & glũtinantibus vlcus ſanare, bilioſum qui in ſanguine contentus erat humorem purgare, caput ſiccare (à capite namque humor in pulmones ſat multus fluebat) demum verò ſaniem quæ à cruento ſputo ſubſecuta eſt, expectorantibus detergere. His enim ſcopis huiuſmodi curari morbos Gal. lib. v. methodi medendi docuit, in Eraſiſtratum ſtylum acuens. Itaque leni præmiſſo clyſteri, ex maluarum, betæ, mercurialis, matrum violarum decocto, adiectis melonũ ſeminibus, paucóque aniſo & furfuribus, catholicone & roſaceo melle, oleóque violaceo, ſanguinem primùm omnium mitto, ídque non affatim nec copiosè, ſed per vices & modicé. ſic enim melius reuellitur ſanguis, nec vires deiiciuntur. Secui mediam dextri brachij venam, flueréque permiſi ad vncias tãtùm quatuor ſingulis vicibus: bis namque eodem die venam aperui. Interea verò extremarum partium frictionibus, præſertim inferiorum, tum & vinculis ad reuulſionem ſum vſus. In ſummo ſilentio mulierem continui, vt quatriduum totũ nihil quicquam loqui permiſerim. quod inter præcipua auxilia enumerat Gal. perinde atque cauere vt quæ ſic afficitur haud magno reſpiratu vtatur. Quod vbi præſtitiſſet ipſa, mox puſcam dilutiſsimam deuorare iubeo, vt ſi quid intus hæſiſſet concreti ſanguinis, diſſolui hac ratione poſſet. Tum verò ad ſanguinem ſiſtendum adſtringentibus primùm, mox glutinantibus me cõuerto, pulueribus, potionibus, & eclegmatis: quę diutius ore atque crebrò contineri iubebam, vt in pulmones & tracheam arteriã aſſumpta facilius tranſſumerentur. Puluis huiuſmodi fuit: ℞. Boli Armenici præparati, coralli rubei loti, lapidis hæmatitis loti & puluerati, ana ʒ ij. granorum myrti, ſumac & plantaginis, ana ʒ j. ſeminum acetoſæ & portulacæ, ana ℈ ij. olibani, pulueris glycyrrhizæ, ana ℈ iiij. Fiat omnium puluis tenuiſsimus, cuius dabam ʒ j. ß. cum aqua decoctionis plantaginis & ſanguinariæ, quã Polygonon vocant Dioſcorides atque Galenus, cruentis reiectionibus efficaciſsimam, vt iidem auctores teſtantur: adiiciebam ſyrupi cotoneorum & violati cuiuſque vnciam. Hac ſum item confectione vſus: ℞. Conſeruæ ſymphyti maioris, conſeruæ roſarum antiquæ, cuiuſque ʒ ij. carnium cydoniorum cum ſaccharo conditarum ʒ j. ß. margaritarum electarum ſubtiliſsimè puluerat arum ʒ ij. coralli rubei, boli Armenici

Lib. 5. met. med.

Dioſc. lib. 4. capite 4. Gal. 8. de ſimp. facul. c. proprio.

Observationum medicinalium libri sex - page 96 sur 308

menici præparati, trochiſcorum de electro, cuiuſque ℈ iiij. granorū myrti ſubtiliter tritorum ʒ j. ex ſyrupo myrtino & violaceo exceptis omnibus confectionem in opiatæ formam paraui, ex qua bis in die ſumere iubebā ad vnciæ dimidium. Eclegma cōfici iuſsi, quo ſæpe vti iubebam: ℞. Pulueris diatragacanthi frigidi ʒ ij. pulueris diaireos ſimplicis ʒ j. ß. boli Armenici præparati ʒ j. ß. loch de papauere ℥ j. ſacchari candi, penidiorum, cuiuſque ℥ j. carnis paſſularum ſine arillis ʒ vj. Ex ſyrupo violaceo fiat eclegma, quod diu in ore retentum ſenſim deglutiatur. Pectus ſequenti vnguine fouebam: ℞. Olei myrtini, cotoneorum & violacei, cuiuſque ℥ j. mucaginis ſeminis cydoniorum & tragacanthæ cum aqua plantaginis extractæ ℥ j. ß. axungiæ hirci ℥ j. pulueris boli Armenici præparati, radicis iridis Florentiæ, croci, cuiuſque ʒ j. ceræ albæ quantum ſat eſt. Miſce: fiat linimentum, quo tepido illini pectus iubebam, pittaciis lineis deſuper datis, ne frigore tentarentur partes. Etſi ſcio in ſanguinis reiectionibus calidis non eſſe vtendum: tamen quum quæ frigida admouentur, pectori noxam inferant, & ſpirandi difficultatem pariant, vt Hippocratis ſententia fuit, cautio fuerit, ne id noxæ pariatur, nō omnino frigida admouere, quæ pectori ad huiuſmodi affectus pellendos admouentur. His peractis, quum multa bile redundare ſanguinem viderem, hanc vtique cholagogo educendam cenſui, quod & Galenus lib. v. meth. medendi faciendum iubet. Itaque quarto die medicamentum huiuſmodi propinaui: ℞. Corticis myrobalanorum citrearum ʒ ij. paſſularum pinguium exacinatarum paria v. glycyrrhizæ raſæ & cōtuſæ ℥ ß. pulpæ tamarindorum ʒ iij. trium florum cordialium, cuiuſque pugillum. Facta omnium decoctione ac colatura, adde rhabarbari ſelecti ſubtiliſsimè puluerati ʒ ij. ſyrupi roſati de roſis ſiccis ℥ j. ſyrupi roſati ex infuſione roſarum ℥ j. ß. Miſce, potio breuis inde paretur. A qua aſſumpta plurimum bilis excretum eſt, multa cum ægræ tolerantia & alleuatione. Nec verò miretur quiſquam fortiora me non adhibuiſſe. nam & imbecillium virium ægra erat, & quæ fortiora ferre medicamenta minimè potuiſſet. Etſi etiam paulò ipſa robuſtior fuiſſet, in ſanguinis tamen per os reiectione, præſertim à pulmonibus, dari ſcammoniata medicamenta non debent, quòd & vehementer humores exagitent, & apertionis venarum metus ſubſit: ob id blanda potius, & quæ vacuando adſtrictionis veſtigium in viſceribus relinquunt propinanda, quàm quæ vehementer commouentia ſuccos, apertionis venarum periculum inferant. quæ communis omnium medicinam factitantium ſententia eſt. Quæ ego in præſens cautionis loco medicinæ initiatis tantùm dixiſſe volui. Caput verò ſiccare puluiſculis & ceratis admotis, in hūc modum curaui. ſublato namque capillitio ſacculos huiuſmodi capiti admoueri iubebam. ℞. Granorum myrti, coriandri præparati, roſarum rubentium, cuiuſque ʒ ij. olibani, gummi hederæ torrefacti, ana ʒ j. maceros, nucis myriſticæ, caryophyllorum, cuiuſque ʒ j. reducantur omnia in tenuiſsimum puluerem, & cum goſsipio & lineis pannis interpunctis ſacculos confici capiti admouendos iubebam. Sum etiam interdum hoc cerato vſus. ℞. Ladani puriſsimi ʒ ij. maſtiches, olibani, granorum myrti, roſarum rubrarum, coriā-

Lib. 5. aph. 24.

Observationum medicinalium libri sex - page 97 sur 308

©BIUM

dri preparati, cuiuſque ʒ j. ſtyracis calamitidis, caryophyllorum, cuiuſque ʒ ß. ſtercoris columbini ℈ iiij. ſtercoris muris ʒ j. ß. picis naualis quantum ſat eſt. Miſce, & cum vino inunctis manibus, magdaleon quod vocant, arte parari iubebam, quod ſerico nigro exceptum, capitis anteriori parti admouebatur, magno laborãtis commodo, vt ipſa de ſe teſtabatur. Quum verò & tuſsis moleſta perſtaret, & purulenta expuere cœpiſſet, conieci tum ex ſputo tum ex grauitate in pectore percepta, febrique aſsidua, ſaniẽ intus ſubeſſe, quæ deterſione indigeret. Itaque expectorantibus, & pus detergentibus, id eſſe perficiendum, bona ratione cenſui: quod à me præſtitum eſt, in hunc qui ſequitur modum: ℞. Herbarum capillarium communium, hyſſopi, fœniculi, borraginis, bugloſſæ, amborum cum radicibus, cuiuſque M. j. meliſſæ, betonicæ, ana M. ß. glycyrrhizæ raſę & contuſæ ʒ j. vuarum paſſarum pinguium mundatarum numero xx. dactylorum inciſorum ademptis nucleis numero vj. caricarum pinguium paria tria, radicis iridis Florentiæ cõtuſæ ʒ ij. ſeminum melonum, maluæ, & bombacis, ana ʒ iij. ſeminum aniſi ʒ j. ß. trium florum communium, florum libanotidis & ſtœchadis, florum thymi, hordei cum cortice, cuiuſque P. j. Fiat omniũ decoctio in aqua hordei recenter facta ad ℔ j. ß. & coletur. In colatura adde ſyrupi capillorum, ſyrupi de hyſſopo (eſt enim aggregator bonus, vt Serapio teſtatur) ſyrupi violacei & de liquiritia, ana ʒ ij. mellis electi deſpumati ʒ ij. ſacchari electiſsimi, quantum ſat eſt. Miſce: fiat apozema aromatiſatum cum cinnamomi electi, pulueris diaireos ſimplicis, ana ʒ j. pro tribus matutinis, continuata deinde potione ſex totos integros dies: dabámque eius potionis vncias nouem, quòd quæ ad thoracis & pulmonum affectus medicamenta dantur, quum ad remota ferri oporteat, magna quanti tate propinari debent, ne eorum amittatur vis, antequam ad locum affectum perueniant. Interea verò eclegmatis detergentibus ſum vſus: ℞. Loch ſani Meſuei ʒ j. ß. loch de pino ʒ j. pulmonis vulpis præparati ʒ ij. pulueris glycyrrhizæ ʒ j. ß. pulueris hyſſopi ſicci & montani, pulueris calamẽti, ana ʒ j. penidiorum, ſacchari candi, ana ʒ j. Miſce, & ex ſyrupo capillorum, & de hyſſopo eclegma arte fiat, quod diu ore contentum delabi ſenſim ſinat. Quin & altero paulò ſolidiore ſum vſus, quòd in eiuſmodi affectibus (vt rectè Auicenna monet) non vni tantùm medicamini fidendum eſt, ſed plura præſcribenda atque tentanda: vt quod naturæ gratius fuerit, & à quo maior ægro alleuatio ſubſequitur, experiri valeamus. Eſt enim naturæ cum medicamentis ſympathia quædam atque conſenſus, vt facilius ab vno quàm ab altero alleuetur. ℞. Sacchari albiſsimi ʒ iij. ſacchari candi, penidiorum, cuiuſque ʒ ij. decoquantur ſimul in aqua decoctionis hyſſopi, fœniculi, & paſſularum, ad conuenientem glutinoſitatem: poſtea adde nucleorum pini mundatorum, & in aqua tepida præinfuſorum, & debitè exſiccatorum, atque in mortario marmoreo tritorum, piſtaciorum recentium ſimiliter præparatorum, cuiuſque ʒ ij. caudarum cancrorum fluuiatilium in aqua hordei elixatarum, & in mortario marmoreo contritarum ʒ iij. radicis iridis Florentiæ ʒ j. Miſce: fiat arte pandaleon, ſeu paſta regalis, qua ſæpe vti eam iubebam, & mirè ab hoc medi-

Gal. in Artemid. ca. 89. ex Leonicení verſione.

Fen 10. 3. tract. 1. ca. 40.

camento

camento leuabatur.probè namque ſaniem à pectore detergit,& alẽdo eſt, & pulmoni maximè confert.Adieci etiam interdum puluerem pulmonis vulpis arte paratum.Melle cum butyro recenti ſum quoque in hac muliere curanda vſus,quod id valde Paulo probari videam.eſt enim mel pulmonibus atque thoraci valde accommodum, vt concors omnium eſt ſententia.Mulſam ex pauco quidem, ſed electo melle confectam,item præſcripſi,à qua mirificè profectò adiuta eſt,& ſalutarem ſenſit opem. In ratione victus inſtituenda omnes impleui numeros:ab acribus,ſalſis, acidis, obſtruentibus cibis abſtinere omnino ægram iuſsi:ea præſcripſi cibaria, quæ & boni ſucci eſſent,& facilè confici poſſent, & pulmonibus infarctu liberandis idonea eſſent:nempe hordei cremore,furfurum colatura, quæ in detergendis pulmonibus miras habet vires,tum & auenæ cremore,iuſculis item ex caponum atque perdicum carnibus,addito hyſſopo virenti & hordeo.Dabam interdum etiam vinum album tenue oligophoron vocatum,ad vires fouendas.Martio pane & nucleis pineis ex aqua roſarum & ſaccharo reſperſis,tum & vuis paſsis demptis acinis, in ſecunda menſa ſum feliciter vſus:ſícque rectè curatio ceſsit ad laudem Dei.

Lib.3.cap. 28.

OBSERVATIO QVARTA.

IOANNES Berla ciuis Arelatenſis, reſolutione multos annos laborans, quum diu reſolutus manſiſſet, incendij metu quum ſe à domo ſaltu præcipitem dediſſet, domo & lecto propè incẽſis, incolumis & probè incedens derepente factus eſt.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

QVANTVM animæ in corpus imperium valeat, & quas poſſit mutationes in corpore ciere,ex hac admirabili hiſtoria (etſi ex multis aliis conſimilibus) conſtare exploratiſsima fide poteſt:vt haud immeritò, rem tantam ſi ſummo iure expendamus, vnâ cum nobili hiſtorico Salluſtio expromere valeamus, Animi imperio,corporis ſeruitio nos vti magis:quum nimirum omnis noſtra vis in animo & corpore ſita ſit.Quod autem præſtantius,nobilius,potẽtiáque maiore præditum,id ſanè imperare, regere, & valentiſsimos impetus atque motus ciere,ea qua pollet virtute valet. Hinc ſagax prouidáque natura partes quaſdam in nobis ſummis facultatibus ornauit, quibus regi ab his vniuerſum corpus poſſet:has principes ſuo ipſarum merito nuncupandas rectè Galenus cenſuit,cuiuſmodi ſunt cor, cerebrũ,hepar,teſtes. Rectè autem principia hæc cenſenda ſunt, quòd ab his ceu latum imperium in omne corpus exercentibus,reliquæ partes omnes ſuas facultates accipiant, earúmque beneficio munia quæque ſua obeant. A corde namque vitæ munus,à cerebro ſenſus & motus, ab hepate nutritionis, à teſtibus generandi vim corpus obtinet.Quòd ſi in partibus quibuſdam tantum virium ac facultatum natura indidit,quantum virium in anima eſſe,quæ to

In Catilinariæ initio.

In arte medicinali ca. 9.

Observationum medicinalium libri sex - page 99 sur 308

ta ipsa virtus est, existimabimus? Equidem si in his quæ materia corporea constant, magnas est perspicere facultates, quum tamẽ materia ipsa facultatis omnis expers sit, pati tantùm, non etiamdum agere nata, vt Platonis, Plotini, & Aristotelis de ea differentium concors sententia est: multò certè magis in his summa erit facultas, quæ tota ipsa actus sunt, ac proinde ad efficiendum paratissima atque efficacissima. Actio nempe, vel Galeno auctore, efficientis motus est. Quamobrem quum ab anima actiones in corpore omnes fieri constans omnium assertio sit, doceátque certissima experientiæ fides: (quum inanima quæ sunt nullis sint prorsus actionibus prædita, quòd facultate qua id præstare queant prorsus sint destituta) explora tissimum haberi certè debet, animam ipsam, vtpote summis viribus ac facultatibus præditam, maximè actuosam, & in agendo potentissimam esse, nimirum actionum omnium atque motuum principiũ. Id namque quod seipsum mouere per se potest, motionum omnium statuere principium iure oportet: estque is motus quo quid seipsum mouet omnium præstantissimus atque primus. Ac proinde rectissimè Plato animæ rationem in eo maximè positam esse statuit, quòd ipsa seipsam mouere possit, essèque idem animam, primam generationem, ac motum rerum quæ sunt, quæ fuerunt, quæque futurę sunt: neque aliud præter ipsam esse, quod in hac vita faciat, vt quilibet nostrum hoc ipsum sit quod est: vt idem Plato lib. legum duodecimo scitissimè astruxit. Quẽ presis vestigiis eius discipulus summus semper habitus Aristoteles insequitur, dum animam actum corporis physici, potentia vitam habentis, esse definiuit. Quòd si actus anima est, certè actio omnis in corpore inde ceu à fonte motionis omnis emanabit. Quorsum hæc tanta de animæ viribus, præsertim quòd medico de ea tam anxia disquisitione inquirere non liceat, si Galeno fides habenda, qui animæ essentiam ignorare se ingenuè confitetur: nec quicquam incommodi arti medicæ accessurum, si animæ rationem ignoret medicus? In id profectò præfari hæc mihi de anima libuit, quòd tractationis huius de resoluti hominis curatione, quam explicandam assumpsimus, caput esse videatur, noscere quid anima virium habeat, quid præstare in corpore possit: quum quæ in hoc viro admiranda paralyseos facta curatio est, non in artis vlla præsidia, sed tota in animæ potentiam, vires suas miro quodam modo in corpus exerentis, sit prorsus omninóque referenda, pathematis quidem vehementer animam ad mirabile opus concitantibus: de quibus, déque mirabili in hoc viro curationis monstrosæ euentu, iam dicere ingredior, vt ostendam monstra quædam in morbis quibusdam accidere, in diésque euenire, quæ mirari magis, quàm eorum assequi rationem queas.

Plato in Timæo. Plotin. lib. de materia. Arist. lib. 1. de Physico auditu ca. 6. & aliis. Gal. l. 1. de loc. aff. lib. 1. de fac. natur. & li. de sympt. diff. cap. 1. Plato lib. 10. de legibus. Lib. 2. de anima cap. 1. Lib. de facul. natur. substantia, & li. quòd animi mores corporis temperaturam sequantur.

Hic vir alterius partis resolutione affectus, complures annos (quantum fide proborum virorum, & rei veritate affirmatum est) miserè degebat, omni ope humana destitutus, vt quem non operosa medicorum manus, non opportunè adhibita remedia, non cauta victus ratio obseruata, leuare tam diro morbo potuerant. Casus verò tum mirificus interuenit: flagrat igne domus in qua degebat, incenduntur tigna, propéque iam ad cubile in quo decumbebat æger flamma serpebat. Incendio omnia cõplentur, quũ ecce æger, & metu & ira fremens, grauíque timore perculsus, de-

Historia mira.

repente

repente ſeſe erigit, ſéque ſummo nixu attollere conatur: mox verò incitatis corporis viribus, atque in vnum collectis, ſe è ſummo ædium præcipitē dat, à ſuis tamen adiutus, morbo confeſtim liberatur, reſtituitúrque illi in parte ſenſus & motus: ita vt qui multos annos immotus conſtitiſſet, liberè deinceps abſque vllo moleſtię ſenſu progredi cœperit, obfirmata etiam in reliquū temporis quoad vixit valetudine. Quæſitum eſt de me quænam curationis ratio, quæ cauſa fuiſſet, vt quem ars ſedula curare nequiuerit, inopinato euentu, metúq; & timore iráque occupantibus, derepēte ſanus euaſerit admirando caſu: Hæc ſanè ea ſunt quæ & raritate ſua & mirifico euētu admirationē hominibus pariant, quorum cauſæ vt abditæ in naturæ receſsibus habendæ ſunt, ſic multa animi intentione inquirēdæ, atque etiam in lucem promendæ, quò mira naturæ arcana intelligamus. Cur verò ad hunc inopinatū euentum ſanitas ſubſequuta ſit, haud perinde difficile eſſe arbitror, pathematū animi vires æſtimanti, naturæq; potentiam penitius cōtemplanti. Itaq; quid metus, timor, iráque ſimul prorumpentia efficere valeant, quid natiuus calor intrò reuocatus, móxque ſubſiliens, quid vis animæ corpori imperātis, & ad illius nutum corpus agitantis, prius intelligendum: quibus rite perpenſis, manifeſtū fiet quibuſnā ex cauſis curatio hæc proficiſcatur, quibúſq; ſit meritò adſcribenda. Ergo animi pathemata, quæ Græci πάθη nuncupant, perturbationes quædā ſunt, & auerſæ à recta ratione contra naturā animi motiones, variè corpus animúmq; afficientes: vt Cicero lib. quarto Tuſculanarū quæſtionū doctiſsimè affirmauit. Sunt autem in pathematū animi albo præcipua timor, metus, mœſtitia, iracundia, gaudiū, lætitia, verecundia, quæ pro vario natiui caloris vel intrò reuocatione, vel foras expanſione, vel tandem miſcellaneo motu, varia certè & admirāda in corpore ſymptomata pariāt: vt nonnunquā ad hæc mors cōſequatur inopinata, vt Galenus, Plinius, Valerius Maximus & Aulus Gellius ampliſsimis exemplorū teſtimoniis clarū fecerunt: ac proinde ab huiuſmodi eſſe animi perturbationibus maximè cauendū, vt quæ nimirū corpus euertāt, & à naturali ſtatu quàm longiſsimè noxiéq; abſtrahant, idem Galenus ſcitiſsimè in arte medicinali vnumquēque monuiſſe eſt viſus. Timor itaque, definiente in Tuſculanis Cicerone, eſt metus appropinquātis mali, vti terror concutiens quidā metus: pauor verò metus inſignis ac vehemens, qui mentem de loco moueat. Ex quo eſt illud Ennij, *Tum pauor mihi ſapientiam omnem ex animo expectorat.* Iram aliter Medici, aliter Philoſophi definiūt. Ariſtoteles atque Galenus iram feruorem quendā caloris, qui circa cor eſt, eſſe volunt. Seneca & Cicero cupiditatē reponendi doloris, vel libidinē puniendi eius qui videtur læſiſſe iniuria, concitationémve animi ad vindictā voluntatis imperio procedētis. Porrò in timore ſpiritus & ſanguis intrò & ad ſcatebram ſuā reducuntur contrahuntúrque, vt Gal. lib. 2. cap. 5. de ſympt. cauſis belliſsimè docet: eóque fieri cernimus, vt timentibus & algeant partes in ſuperficie poſitæ, & pallor ora occupet, & arteriarum pulſationes minimæ imbecillæque fiant, contracto nimirum in intima natiuo calore. Contrà verò in iratis foras diſtendi & effundi calorem, indéque caleſcere magis iratorum corpora, partéſque extremas cernimus, pulſuum maximos & validiſsimos motus: quæ omnia caloris fo

Lib. 5. de ſympt. cauſis cap. 5.
Plinius lib. 7. nat. hiſt. cap. 32. & 53.
Valerius Max. lib. 9. titu. 12. de mortenon vulgari.
Aul. Gell. lib. 3. cap. 15. noct. Att.
Cic. 4. Tuſcul. queſt.
Ariſtot. 2. probl. 26.
Gal. 2. de ſani. tuēda, & 1. de diff. feb. & 2. de morb.
Seneca lib. de ira ad Nouatum.
Cicero 4. Tuſcul.

Observationum medicinalium libri sex - page 101 sur 308

ras expanſionem conſequi certiſsimum eſt. Certamen verò ex vtriſque hiſce pathematis conflatum, ira nempe atque timore, inæquales habet natiui caloris & pulſuum motiones. contrahente ſe namque per timorem natiuo calore, animalis quidem facultas ad interiora mouetur, ſed rurſus affatim per iram ad exteriora remeat. Ita fit vt variè mixtímque natiuus calor exagitetur, magis quàm ſi alterutro horum tantùm afficeretur. Tantum verò natiuus ipſe calor vegetior redditus, & hiſce pathematis exſuſcitatus valet, vt & vitioſos in corpore conſiſtentes humores domare, diſcutere, prorſúſque diſsipare in totum valeat, ſícque curationis morborum ſit auctor. Naturæ namque (vt rectè Hippocrates dixit) morborum medici ſunt, νούσων φύσιες ἰητροί. Neque enim aliud quicquam natura noſtra eſt quàm natiuus hic calor omnium auctor atque effector, auctoribus Hippocrate atque Galeno. Eſſe verò hunc natiuum calorem noſtrum curationis auctorem, locupletiſsimus teſtis Hippocrates eſt, qui tetani curationem calori huic natiuo in totum tribuit. Eſt, inquit, vbi in diſtentione ſine vlceratione, iuuene bene carnoſo, æſtate media frigidæ aquæ multa perfuſio, calorem reuocat. Calor autem hæc ſoluit, lib. 5. aphoriſmorum aphoriſmo viceſimoprimo. Quo loco Galenus calorem natiuum vegetiorem reuocatione ad interna effectum, non ſolùm diſtentionem, ſed & conuulſionem omnem curare conceptis verbis affirmat. Illud vt intelligamus, morborum curationes in primis natiuo calori noſtro eſſe meritò adſcribendas. vnde eſt illud in arte medicinali eiuſdem auctoris, naturam in nobis eſſe functionum omnium opificem, medicum verò miniſtrum: & lib. 1. aphoriſ. com. 15. natiuum noſtrum calorem operum naturaliũ omnium cauſam eſſe iure ſtatuit. Cur igitur miremur abſque medicorum ductu, ſponte naturæ ſæuiſsimos ſæpe curari morbos, ídque felicius quàm medicamentorum anxio apparatu? Siquidem, auctore Hippocrate, natura ſua ſponte inuenit motiones quibus corpus ipſum regatur. Vndenam igitur huius viri à tanto morbo alleuationem profectam eſſe dicemus? Non alunde certè, quàm à naturæ vi caloríſque natiui exſuſcitati atque accenſi ira atque timore concertantibus, ipſiúſque animæ in corpus imperio ſolutum eſſe voluntarij motus impedimẽtum iure ſtatuemus. Nam quum reſolutio, quam παράλυσιν Græci vocant, vitium ſit quo partes voluntario motu præditæ ſenſum & motum amittunt, vt lib. 3. de locis affectis, & lib. 4. de ſympt. cauſis voluit Galenus: ídque vtplurimum à craſsis, viſcidis, lentíſque humoribus, capita neruorum quibus volũtarij motus perficiuntur implentibus, fiat: ad tanti pathematis curationem & vehementi calore opus eſt, & craſſorum humorum attenuatione, inciſione, atque tandem digeſtione in halitum. Hæc autem omnia per ſe facere natiuus calor accenſus & commotus ſanè poteſt, vt in cõuulſione adſtruxit Hippocrates. Itaquè quum in hoc viro animus timore & ira vehementibus agitatus, ac veluti à ſomno excitatus, quò corpori in diſcrimen incendij acto conſuleret, imperio in corpus proprium emiſſo, & corporis ſeruitio vtens, vires omnes ſuas exereret: factum eſt, vt vehementi impetu actus in vniuerſum corpus calor, ſubindéque in partes affectas, quicquid in illis

motum

Lib. 6. Epi.
Hipp. lib. de carnib⁹ & lib. 1. apho. 14. & 15.
Gal. 5. aph. com. 22. & li. de tabe, & lib. 8. de placitis Hip. & Pla. & li. de tremore; & li. 4 aphoriſ. com. 37.
Cap. 87.
Lib. 6. Epid. part. 5. aphor. 2.
Vnde admiranda huius viri curatio.
Cap. 10.
Cap. 5.
Lib. 5. aphor. 21.

Observationum medicinalium libri sex - page 102 sur 308

motum voluntarium impediebat diſiecerit conſumpſeritque, calore natiuo partes abundè calfaciente, humoremque attenuante, & in halitum digerente, morbificam cauſam detruſerit, vnde ſanitas derepente ſubſecuta ſit. Siquidem axioma eſt, ſublata cauſa auferri quoque & effectum: vt à Galeno tum in arte medicinali, tum quarto methodi medendi proditum Cap. 89.
eſt. Poſſe autem animam corpori imperare, ipſumque corpus imperanti animæ parere, non ſolùm ex animæ ipſius præſtantia ac dignitate, ſed ex iis quæ experientiæ fide apparent, conſtat. Videmus altùm dormientes vigilantium interdum opera exercere, progredi, arma ſumere, loqui, veſtes induere: quod & à me ſæpe in pleriſque animaduerſum eſt, & id ſibi olim contigiſſe teſtatur lib. 2. de motu muſculorum Galenus: cui quum per totam noctem longum eſſet emetiendum iter, ſomno tandem oppreſſus, ſtadium fermè integrum ſe dormiendo confeciſſe agnouit, experientiæ fide id credere coactus, quod ipſe fieri non poſſe antea exiſtimauerat. Ludouicum Serranum Medicum conſobrinum meum, vidi ipſe prope me eodem cubili iacentem, altóque ſomno oppreſſum, derepente ſeſe attollentem, arma capientem, fores aperientem, multa obmurmurantem, proſilire quaſi furioſum: & eo die forte fortuna conflictus ingens Monſpeſſuli inter Hiſpanos & Gallos ſcholares inciderat, cui ipſe non ſolùm interfuerat, ſed præfuerat etiam. Vnde factum eſt, vt ſeruatis in animo pugnæ illius imaginibus, facultas illa cerebri interior, quam imaginatricem vocamus, quæ ne per ſomnos quidem quieſcit, imò tum maximè ſeſe exerit, ſeruatis intrò rerum ſenſatarum ac perceptarum ſpeciebus: factum, inquam, eſt vt imperio quodam corpus vniuerſum quatere, & ad voluntarios motus impellere potuerit. Eodem animæ imperio, mutum Crœſi filium, & natiuo linguæ ac vocis proferendæ impedimento affectum, vocalem euaſiſſe, integréque ſanatum, Herodoti teſtimonio accepimus. Quum enim Perſes quidam in Crœſum ſibi ignotum occiſurus irrueret, id filius eius mutus aſpexit, timens patri, erumpénſque in vocem ira & metu percitus, dixit, Homo ne perimas Crœſum. Atque hoc ille primùm effatus, poſtmodum per omne vitæ tempus vocalis extitit. Vnde id: quòd facultas corporis retrix, animáque ira & metu agitata, a cęſo inde natiuo calore, impedimenta linguæ ſuſtulerit: eam quidem actionem moliente anima, obſequente corpore. Tantum eſt animæ imperium, tanta vis atque poteſtas, vt non ſolùm in proprium cui præeſt corpus, ſed & in alienum vires exercere ſuas valeat. Videmus namque oſcitante vno, ad oſcitationem adſtantes quoque impelli, communicato vtique in alienum corpus affectu: ſic & faſcinatrices mulieres ſolo obtutu in quempiã vehementius intento, emiſsitiis oculis plures faſcinare (pueros prę ſertim, quibus mollior caro eſt, & ad mala excipiendũ pronior) conſpicimus. Quid quòd ad aliorũ animi affectus ipſi cõpatimur? Lugẽtibus aliis nos ipſi lugemus, & ad cõmiſerationẽ impellimur, exultãtibus exhilaramur, cũ ridẽtibus ridemus. Id verò inde promanare cẽſendũ meritò eſt, quòd anima arcano quodam, ac nobis non ſatis perſpecto motu, affectus nobis ſuos pathemataque impertiat, quibus obluctari nequeat corpus, ſed obſequi potius. Vnde appoſitè id dictũ à Salluſtio

Hiſtoria.

Crœſi filius mutus, vocalis vt euaſerit. In Clio.

Vide Plinium lib. natur. hiſt. 7. cap. 2.

luſtio videri poteſt, Animi imperio, corporis obſequio vtimur. Quin & morbos quoſdã ſeuiſsimos animi ſolo impetu curatos eſſe leginus, ſingultũ & quartanam, pluréſq; alios. quod & à me ſemel atque iterum peractũ eſt: nempe ſingultum grauiſsimum atque cõtumacem, qui nullis remediis cedebat, terrore ſubitario incuſſo curaſſe me in ſtrenuo diui Ioannis Hieroſolimitani milite, qui diui Vincentij toparchus erat, memini, & fide ſancta aſſerere poſſum. Quartana affectum Iacobum Bannum, virum probitate inſignem & mihi amiciſsimum, in vehementem iram meo conſilio à ſuis accenſum, curatum extemplò vidimus, quum nullis antea medicamentis ceſsiſſet morbus. Ex hiſtoria promi etiam multa queunt, quibus inenarrabilis, nec ſine ſtupore recenſeri animæ vis in corpora imperiúmque poſsit. Scribit Auicenna fuiſſe quendam, qui quum vellet corpus ſuum paralyſi oblædebat, nec à noxiis virúſque eiaculantibus animalibus impeti ſe patiebatur, niſi quum ea ipſe cogeret: quę tamen mox vbi hominem inuaſiſſent, vt ſic demum admiratio impleatur, cõtinuò moriebantur. Diui Auguſtini teſtimonio conſtat quoſdam fuiſſe qui aures pro arbitrio mouerent, vel ſingulas vel ambas ſimul: item qui totam cæſariem capite immoto deponerent ad frontem, reuocaréntque quum vellent. Idem auctor vidiſſe ſe quẽdam refert, ſudare ſolitum vbi vellet. Hæc autem tam mira, tam etiam creditu difficilia, vndenam aliunde quàm animæ imperantis ductu fieri quis arbitretur? Magna ſanè eius facultatis quæ totum corpus regit potẽtia eſt, quam naturæ vocabulo inſigniendam Galenus edixit. Hæc validos in corpore motus ciet, hæc in morbis decretoria facit, noxia pellit, vtilia ſeruat, vias aperit, ſibíque per omnia aditum parat, à morbis etiam exitialibus ſeſe vindicat, vt quem notis etiam certiſsimæ mortis moriturum ſperes, ipſa ductu ſuo ſæpe contra artis præſagia liberet. Quid miri igitur ſi naturam ſuo more operãtem, & arcanis motibus quibuſdam intima corporum peruadentem, vincere morbificas cauſas inſignes cernamus? Magna præſtare tanta naturæ vis in nobis poteſt, eáque non rarò perficit, quæ nulla arte fieri poſſe videantur, præſertim ſuis ipſa pathematis exagitata: iram dico, metum, terrorem. hæc enim iure animi pathemata appellantur, vt Galenus, Philoſophíque omnes cenſuere. quæ & ipſa, vel corpus perdere, ſi immodica & repentina fuerint, & in animulam imbecillã (vt ait Galenus) inciderint: vel ſeruare, ſi moderata ſint, & robuſtam animã afficiant, poſſunt. Vnde quoſdam nimio gaudio, nonnullos timore valido mortem oppetiſſe Plinij, Valerij Maximi, Auli Gellij ac Galeni noſtri eſt aſſertionibus comprobatũ. Ego mirum quid vidiſſe me in conſobrino meo Ioanne Sobiratio teſtari plena fide poſſum, qui quum Auenione conuulſus annos plurimos conſtitiſſet, ita vt contractis poplitibus ingredi non valeret: repentina ira eáque vehementi percitus, in famulum quem plagis cædere nitebatur, ita corpus exagitaſſe, vt confeſtim diſtẽtis crurum neruis, poplitibúſque emollitis, & ſine vllo doloris ſenſu incedere, & erectus ſtare, quũ incuruo corpore annos totos plus minus ſex cõſtitiſſet, poſſet: deincépſque per omnẽ vitam ſanus euaſit. Vt quem non operoſa medentium manus, nõ accurata medicorũ diligentia, non vlla medicamentorum genera curare potuerant,

Lib. de animalib.

Lib. 14. de ciuitate Dei ca. 24.

Lib. 5. de ſymp. cauſ. cap. 1.

In arte medicinali.

Mira hiſtoria.

©BIUM

potuerant, ſola ira naturam exagitãs perſanauit: vt in hoc noſtro ciue Arelatenſi (cuius gratia tam multa prolibauimus) eueniſſe ſcimus, qui à reſolutione alterius partis immedicabili, terroris ac iræ potentia animam vehementer mouentibus, curatus miraculo fuit. Quæ ſanè admiranda curatio, vti & fidem fere omnem ſuperat, ni ſe res ipſa in ſui teſtimonium proferret: ſic ſanè tota in Dei optimi maximi immenſam potentiam eſt iure merito referenda, qui quæ nobis difficilia, quæve nullo aut artis aut inferioris naturæ vi fieri poſſe videantur, ipſe ſolo nutu præſtet atque efficiat. vnde eſt illud Regij Prophetæ, Ipſe dixit & facta ſunt: &, Ipſe mortificat & viuificat: deducit ad inferos & reducit: redimens de interitu vitam noſtram, & omnes infirmitates ſanans verbo virtutis ſuæ. Non enim herba aut malagma ſanat, ſed ſermo Dei qui eſt in illis, hoc eſt inſignis potentia Dei: cui ſit laus, honor & benedictio in omne æuum.

Pſal. 148. 1. Reg. 2. a. Pſal. 102. Sap. 16. b.

OBSERVATIO QVINTA.

ANTONIVS Martinus aſcite laborans, ingenti ventris tumore adeo grauis vt progredi non poſſet, inſtitiſque ventrẽ præ grauitate attollere cogeretur, exanguis, attenuatus, vt planè moribundus in horas ſperaretur: vſu ligni ſancti & braſſicæ marinæ, præter omniũ ſpem integrè ſanatur, viuitque nunc incolumis ac probè valens.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

AQVAE intercutis tres eſſe ſummas præcipuáſque differẽtias, medicis omnibus in confeſſo eſt. Alteram Græci ἀσκίτην, alteram τυμπανίαν καὶ τυμπανίτην, tertiã ἀνασάρκα, καὶ ἐπισάρκα, καὶ λευκοφλεγματίαν nuncupant. Fit porrò aſcites quum inter peritonæum & inteſtina plurimus aquoſus humor coaceruatur: ſic ſanè Græcis nũcupata, quòd ἀσκὸς, hoc eſt vtris, impleti inſtar locus inter peritonæum membranã inteſtináque interiacẽs tumere videatur: ſonúmque quendã impleto vtri perſimilẽ venter ſi pulſetur edere videatur. Tympanites porrò fit vbi venter copioſo flatu atque ſpiritu diſtenditur, à tympano notiſsimo omnibus inſtrumento nomenclatura deducta, quòd pulſato imo ventre ſonitum inſtar tympani reddat. Anaſarca, porrò fieri medici volunt quum pituitoſus humor in vniuerſum corpus apponitur quidem, ſed non vnitur partibus, vnde in vaſtum tumorem tactui cedentem attolli membra conſequẽs certè eſt. Súntque qui ad hunc modum laborant exangues ac colore mortuis ferè ſimiles, graues, ſegnes, & ad omnes ſeu naturæ, ſeu animæ actiones prorſus inualidi. Omnium autem ſpecierum ſeu differentiarum huiuſmodi deterior eſſe putatur aſcites, quòd & maiorem in iocinore noxam indicet, & grauiora inferat ſymptomata, ſítque ad curandum omnium maximè contumax. Omnem autem hydropis ſpeciem nonniſi malè affecto iocinore

Aſcitis cauſa.

Tympanitis cauſa.

Anaſarcæ cauſa.

©BIUM

Lib. 5. de loc.aff. ca. 6.& lib. 6. ca. 1.& có. 1.ad lib.2. prognoſticum Hippoc.

cinore gigni poſſe Galenus multis in locis demõſtraſſe eſt viſus. Eſt enim hydrops hepatis vitium,quum ſuo ſatis munere fungi non poteſt. Quum enim ſanguinis generatio aut non fit,aut malè fit (inquit lib.de ſymp.diff. cap.4.Galenus)aqua intercus gignitur : atque eadem & Pauli & Auicennæ ſententia eſt.Laborare autem virum hunc ea hydropis ſpecie quam aſciten vocant,omnia ea indicabant ſymptomata quæ comitari aſciten ſolent.Siquidem tumor & grauitas in ventre ingens ſeſe & viſui & tactui offerebat,& quum ſe æger in alterutrum latus conuerteret,fluctuatio & aquæ motus notabilis percipiebatur,non ab ipſo ægro ſolùm,ſed & ab aſſidentibus etiam:& quum percuteretur venter,vel tangeretur à medico,fluctuans quidam partium ventris motus,inſtar vtris aqua pleni,conſpiciebatur.Membrorum reliquorum corporis arefactio ac tabitudo quaſi quędã, quòd in hac hydropis ſpecie corpus pluſquàm in aliis alimonia priuetur, ob aquoſum & nutritioni ineptum ſanguinem. Vnde cõſequi illud neceſſariò videtur, vt areſcat & tabefiat corpus alimonia conueniente magna ex parte deſtitutum.Vrinæ paucitas idipſum apertè etiam commõſtrabat.Nam obſtructis & compreſsis vrinæ viis ab incumbente aquoſo humore,paucã omnino prodire vrinam conſequens eſt : tum etiã quòd quũ in eo vitio exiguum &dilutum ſanguinem vitiatum hepar gignat,exiguum itidem ſerum inde manare neceſſariò oportet.eſt autem vrina ſerum humorum in venis contentorum,vt Gal.Com.1.in librum tertium de popularibus morbis Hippocratis,aphoriſmo quinto,conceptis verbis affirmauit, atque etiam deffinitionum medicinalium auctor. Hæc itaque cauſa eſt,cur in hydropicis exigua reddatur vrina. Pulſus porrò aſcite laborantium paruus,imbecillus,frequens eſſe vtplurimum ſolet, qualis in hoc ægro conſpiciebatur.Pedes illi tumebant, quod in omnibus qui hydrope tenentur,teſte Auicenna, accidere conſueuit,ob natiui caloris illis in partibus imbecillitatem,à fonte nimirum caloris remotiſsimis, & ob humiditatem vaporémque aquoſum ad eas partes delatum. Sitis inextinguibilis clamoſáque perpetuò aderat,quo ſymptomate præcipuè premi ſolent qui aqua intercute,aſcite præſertim,laborant : quod tamen mirum videri poteſt,vniuerſo ferè corpore humore nimio madente,frigidáque intempe rie vincente.Sed huius tamen ſymptomatis ſæui non vnica ſolùm cauſa, ſed multiplex reddi ſolet.Nam etſi corpus,& ad ventrem attinentes partes,humore nimio imbutæ ſunt,vnde minus ſitire ægri deberent:quum tamen aquea illa humiditas ſalſa, acris,nidoroſáque ſit,& mora coarctatione tum calidior, tum vitioſior reddita:efficitur, vt magis ab ea ſitis inducatur,quàm vt ſiſtatur.Ab ea namque aquoſi humoris congerie, fumi nidoroſi,calidi,multi ſurſum attolluntur, qui os ventriculi gulámque afficientes,atque exſiccantes,ſitim pariant.Ad quod facit humoris natiui & ſuauis,quo rigari partes ſolent,inopia.Nam quum aſcite laborãtes,exangues,attenuati,penéque tabidi ſint,ob eam quam antea attulimus rationem:fiat autem ſitis,vel caloris copia, vel humoris inopia, ita atteſtante Galeno:conſequens certè eſt,vt in aſcite laborantibus ſitis humoris ſalubris & natiui inopia producatur:vt etiam quòd in huiuſmodi affectu cor

Vrina ęd.

Fen 14. 3. li. tract. 4. cap.8.

Cur ſiti inextinguibili premantur qui hydrope laborant.

Lib. 1. de ſimp. facu. cap.30.

non

non ſatis perfrigeretur, compreſsis vtique partibus ſpiritalibus, à nimio humore in ventre contento. Vnde diſtentis partibus his, & ſeptum tranſuerſum reſpirationis organum opprimentibus, fit, vt non ſatis reſpiratu refrigerari cor poſsit, incaleſcénſque ſitim inferat: tum quòd plerunque febres tepidæ comitari huiuſmodi affectus ſolent, vt auctor eſt Auicẽna, ad quas item ſitis ſequitur: vt haud immeritò clamaſſe illud Auicenna dici poſsit, non euacuari aſciticos & hydropicos omnes à ſiti clamoſa. Sitim autẽ iure clamoſam vocauit, hoc eſt inextinguibilem, vt cui quò plus ſuccurrere ægri ingenti potu in animum inducant, eò plus ſitiant. Iuxta illud lepidi poëtæ Ouidij, ad cupidos auri ſitim hydropicorum comparantis: Vbi ſuprà immediatè. Lib. 1. Faſt.

Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant,
Atque ipſæ vitiis ſunt alimenta vices:
Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda,
Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Sitis cauſas in hydropicis abundè reddidiſſe mihi iam videor. Cur autem coloris vitio laborẽt, in promptu cauſa eſt, quòd vitiati intus lateãt humores, nec ſanguis in vaſis ſaturato rubore niteat, ſed aquoſus, dilutus, inſtar aquæ in qua recẽs caro mactata eſt, appareat. Vnde fit vt ad normã intus latentiũ ſuccorũ talis foras appareat color, qui (vt Galenus ait) ſimilis effloreſcit humoribus. Et eſt eorũ certiſsima nota. Quamobrẽ quum à bene tẽperato ſanguine optimus effloreſcat color, à vitiato & improbo, corruptũ apparere colorẽ conſequẽs quidẽ eſt. Difficultate ſpiritus inſuper vir hic maximè premebatur, quòd à diſtẽto vẽtre ſeptum trãſuerſum cõtingeretur, cuius cõpreſſu difficilem reddi ſpirationẽ neceſſariũ haberi debet, quòd ſit mẽbrũ hoc reſpirationis (vt vult Galenus) inſtrumẽtũ. itaq; mirũ nõ eſt cõpreſſo ſepto trãſuerſo reſpirãdi munus malè fieri. Vti verò & ſpirãdi difficultate, ſic ſanè inappetẽtia multa æger hic vexabatur: quòd inanitio & ſuctio, qualis fieri debet in ventriculo bene habito, minimè fieret, ob nimiã intrò cõditã in viſceribus aqueã humiditatẽ. Vnde quũ nec inanitio exacta, nec inanitarũ partiũ naturalis appetẽtia (quę inanitionẽ proximè ſequitur) fieret: nec quæ hãc cõſequitur vẽtriculi ſuctio, aut ſuctionis ſenſus, qui fames eſt, auctore Galeno, neceſſariũ quidẽ eſt, vt iis motib⁹ ordine inuicẽ ſuccedẽtibus ad appetẽtiã excitãdã pereũtibus, aboleatur, aut ſãltẽ bona ex parte minuatur appetẽtia: vt doctè Gal. lib. 4. de ſympt. cauſis, cap. 7. expreſsiſſe eſt viſus. Signa atq; ſymptomata expreſsimus omnia quibus morbi in hoc viro natura deprehẽdi potuerit (quod curationis eſſe caput voluit ſecũdo methodi medẽdi, & pluries alibi Galen⁹) nũc verò quoniã Methodici medici, morborũ cauſas aſsignãt inueſtigãtq;, inde præſidiorũ copiã cõiectãtes, vt memorato loco prodidit Galenus: æquũ viſum eſt, huius morbi propius cauſas enarrare. Itaq; ex præincipientibus atq; externis, intẽperãtiã victus plurimis ac vitioſis cibis cõſtantẽ præcipuã fuiſſe iure ſtatuẽdũ eſt: quòd vir hic rei ruſticę addictus, minimè ſui obſeruãs, quibuſuis ſine delectu ordinéve vteretur. Vnde factũ eſt vt neq; vẽtriculus ingeſta probè cõficere, neq; item probum gignere ſanguinem hepar poſſet, quum quæ parum rectè à vẽtriculo elaborata ſunt, crudáque manſerunt, ea emendare hepar minimè poſsit: vnde obſtructiones multæ tum in iocinore, tum liene, atque etiamnum in meſareis venis genitæ ſunt, à quibus

Lib. 1. aph. com. 2. & lib. 4. de ſanit. tu.

Lib. 4. de vſu part. c. 14. & lib. de cauſ. reſpir.

mali huius initium exortum est. Inde factū videri potest, cur in hydropem hic vir inciderit. nam quum ex incauta victus ratione, multóq; & inordinato potu hepar perfrigeratum sit, crudis vtiq; multis ad ipsum è ventriculo delatis: consequens certè fuit, vt gignendo sanguini minus valere potuerit, quod sanè peculiare est ipsius munus, auctoribus Galeno & Auicenna: vnde aquosus, frigidus, & alendo corpori minimè idoneus deinceps sanguis genitus sit: aqueáque humiditas multo plurima, quæ in interstitio membranæ intestina obuoluentis (quam περιτόναιον vocant) intestináque ipsa consistens, tumorem vastum in ventre effecerit, vtri aqua pleno persimilē, quæ ascites vocatur. Intemperies itaque iocinoris frigida, multis obstructionibus comitata, interna atq; præcipua morbi causa fuit, à qua sanè mali tam sæui origo deducta est. Causas enarrauimus præcipuas: nunc tandem curationis modum, quo in hoc liberando ægro vsi sumus, subiiciamus.

Gal. 5. de loc. aff. ca. 6.

Auic. fen 14 3.

CVRATIO.

Quoniam inter instrumenta ea quibus curatio perficitur, primas congrua victus ratio iure tenere creditur, quum vel auctore Galeno neque secunda valetudo seruari, nec aduersa cōmodè curari sine exacta & salubri dieta possit, vt quæ non minimum momenti vel in illa seruanda, vel in hac propulsanda habeat: ab illa auspicabimur, inde ad reliquos curationis scopos qui asciti debētur, sermonem dirigentes. Sunt autē præcipui hi, totius corporis nimio humore madentis exsiccatio, vētris per vices solutio aquā educens, medicamētis ad id appositis, vrinæ & sudoris prouocatio, obstructionum per ea quæ infarctu liberāt curatio: hepatis per ea quæ viscus roborare solent, & intemperiē amouere, in suā temperiem deductio. His scopis curationē perfici & Galenus & Auicēna & Paulus exactè docuerunt. Ergo ab victus ratione initium ducentes, parcam omnino & tenuem, quantum vires ferre poterāt, eam in hoc viro præscripsimus, vt parcitate redūdans absumeretur humor. inedia namq; humorum redundantiā exhaurit, vti plenior victus adauget. Itaq; ne consuetudinē derepente in diuersum mutaremus (cui plurimum tribuendū esse Hippocrates docuit, nec temerè esse mutandam) bis die cibum quidē sumere permittebamus: sed detractio nitamen studebamus. Ab iurulētis, humidis, obstruentibus, implentibus, præsertim à potu, suasionibus multis ægrū continuimus, vt quā minimum potionis sumeret, eiúsq; meraciss imę. neq; enim aqua dilui vinum patiebamur, quòd in hoc morbi genere, Auicenna auctore, nedum ab aquę potu, sed & ab aspectu etiā contineri ægri debeāt: neque cū cibo potum sumere, sed post cibum modico interuallo sinebā. sic enim idē auctor loco præcitato iubet. Nautico pane (quē vulgus Biscoctū vocat) meo præscripto vtebatur: in quo inter pinsendū semina marathri & anisi iniecta, panē ad flatus discutiēdos aptissimū reddebāt: quod in hac hydropis specie, perinde atq; in tympania, necessariū videtur. vix enim ascites sine cōplexu flatuū multorū, sicuti neque tympanites absq; aquoso humore reperiatur. Auiculis paruis & in dumetis degentibus, asis vti iubebā, turdis, turturibus, columborū pullis, merulis, perdicibus, & caponū pullorúmque extremis partibus, alis scilicet. Interdum verò proritandæ vrinæ causa iusculum ex capo parabam, in quo radicum apij, fœniculi, & graminis cortices cum seminibus melonum incocta essent. Sum nonnunquam etiam iure cicerū rubeorum

Lib. 1. de alim. fac.

Lib. 2. de rat. vict. acut. à textu 18. ad 38.

Fen 14. 3. li. tract. 4. cap. 13.

cum

cum præfatis radicibus, & ſio ſeu lauere herba (quam Gallorum vulgus *Berlas* vocat) vſus: quod ſum, vel Dioſcoridis & Galeni teſtimonio, vrinæ mouendæ plurimum valeat. Vigiliæ magis quàm ſomno vt indulgeret cõſului, quòd vigilia, auctore Galeno, totum corpus potẽter exſiccet, vti lib. 7. meth. med. conceptis verbis aſtruxit. Matutino tempore à ſomno expergefacto fricationes pannis aſperioribus adhiberi iubebam, præſertim ſecundum ventrem: & quum per aëris temperiem liceret, in ſole exercere ſe capite bene cõtecto ſuadebam. Vino vtebatur pauco quidem illo, ſed planè generoſo & potenti, eóque meraco: ſed quum intendi calorem ab eo interdum perſentiret, dilui modica aqua decoctionis cinnamomi & aniſi conſulebam. Vt quoti die aluus flueret procurabam, vel iniecto clyſteri, vel datis catapotiis, vel confectione, de qua paulò poſt dicam. Aëre calido & ſicco illi vtendum cenſebam. Hac victus ratione hominem toto curationis decurſu continui: qua ſic methodo inſtituta, ad ea medicamenta me contuli, in quibus curationis ſpes aliqua affulgebat: eos ſcopos ſequẽs de quibus paulò antea dictum eſt. Itaque ventrem exonerare clyſteribus variis, tum humorem aquoſum educentibus, tum flatus diſcutientibus, ſum annixus: quòd vir hic aſtrictiore eſſet aluo, & his vtendũ eſſe in hoc morbo tum Paulus tum Auicẽna conſuluerint. Clyſter porrò huiuſmodi fuit: ℞. Foliorum hyſſopi, origani, pulegij, calamenti, maluarum, mercurialis, & caulium rubeorum, ana M. j. ſoldanellæ ſiccæ (virentis enim copia careba mus) M. j. florũ chamæmeli, meliloti, ſtœchados, & geniſtæ, (pituitã enim detrahit) cuiuſque P. j. ſeminum aniſi, anethi, marathri, carui, ana ʒ iij. ſeminum melonum cum cortice contuſorum ʒ ß. polypodij querni conquaſſati ʒ j. furfurum macri P. j. Fiat omnium decoctio colata ad ℔ j. in ea diſſolue catholici ʒ j. hieræ Galeni compoſitæ ʒ vj. olei anethi & liliorum, mellis communis deſpumati, ana ʒ ij. Miſce: fiat clyſter, quem bis in hebdomada iniici iubebam. Sum & hoc quoque altero vſus: In aquæ ſufficienti quantitate fermenti acris ʒ j. ß. incoquebam, addito ſalis communis pugillo: facta colatura, vrinæ pueri impubis ʒ quatuor iniiciebam, olei rutacei vncias tres, mellis communis deſpumati vnciam. Mirum profectò quantum ab hoc clyſmate æger alleuaretur, vt à quo ingens aquei humoris & flatuum copia effundebatur. Nec mirum: nam vrinam hominis acritudine ſua hydropicis conferre ſcripſit Auicenna, quòd potẽter aquas detrahat. Ad deobſtruendum hepar, & humorem ſeroſum ſoluendum, hoc ſumus apozemate vſi: ℞. Corticum radicum fœniculi, petroſelini, apij, graminis, ruſci & aſparagi, radicis rubię tinctorum, in vino albo & potenti per noctem temperatarum, ana ʒ ij. radicum iridis recentium ʒ ij. radicum aſari, corticum radicum tamarici & capparorum, ana ʒ j. agrimonij, cichorij, vtriuſque ceterac, capillorum veneris, ana M. j. ſoldanellæ M. j. ß. ſeminum aniſi, marathri & ammeos, ana ʒ iij. ſeminum melonum contuſorum ʒ j. paſſularum enucleatarum paria x. cinnamomi electi conquaſſati ʒ iij. cicerum rubeorum P. ij. trium florum communium cuiuſque P. j. Fiat omnium decoctio: coletur ad ℔ ij. In colatura adde ſyrupi de radicibus & de byzantiis, ſyrupi de eupatorio, ana ʒ iij. clarificetur, & aromatiſetur cum ſantali citrini,

Dioſc. lib. 2. cap. 120. Gal. lib. 8. ſimpl.

Paul. lib. 3. cap. 48. Auic. fen 14. lib. 3. tract. 4. ca. 13.

Optimus ad aſcitem clyſter.

2. Can. ca. 727. de vrina.

Optimum apozema.

Observationum medicinalium libri sex - page 109 sur 308

©BIUM

citrini,cinnamomi electi,& radicis iridis,ana ʒ j. Hoc apozemate diebus tos octo vti ægrum iubebam,& tertio quoto die clysterem qualem suprà descripsimus iniici iubebam. Vbi verò abundè iam meatus infarctu liberatos,tum ex vrina,quæ concoctior apparebat,tum ex tactus indicio percepissem(nam & tangenti viscus haud ita durum tensúmque erat, & tactui cedebat)purgans vt sequitur medicamentum dedi: ℞. Decocti præcedentis vncias quinque,addendo radicum iridis recentium & bene purgatarum & contusarum ʒ j. foliorum soldanellæ(quæ brassica marina est) ʒ ij. cinnamomi electi ʒ j. ß. seminis anisi ʒ j. rhabarbari electi ʒ j. ß. Infundantur omnia simul in dicto decocto & modico vini albi per noctem, & bulliant vnica ebullitione, postea fortiter exprimantur: cui expressioni adde syrupi de cichorio cum rhabarbaro, syrupi rosati ex infusione rosarum sine scammonio, cuiusque ʒ ij. Miscebatur potio, quæ profectò assumpta plurimum profuisse est visa. aquam enim copiosè absque molestia detraxit,vnde mirè se adiutum æger testabatur. Hoc purgationis genere repetitis vicibus sum ter vsus. Medio verò tempore his vtebar confectionibus,quæ & hepar roborandi & deobstruendi etiam vires haberent, hac præsertim: ℞. Conseruæ florum cichorij ʒ ij. conseruæ capillorum,scolopendriæ & buglossi,ana ʒ j. trochiscorum de rhabarbaro ʒ ß. pulueris electuarij triũ santalorũ duplicato rhabarbaro ʒ ij. cinnamomi electi ʒ iij. carnis passularum pinguium sine arillis ʒ j. ß. pulueris dialaccæ maioris ʒ iij. ex syrupo byzantino & de radicibus fiat in modum opiatæ, cuius sumebat in aurora ʒ iij. desuper hauriẽdo vini albi generosi cyathos duos. Pilulis interdum sum etiam vsus,ad rem probè facientibus. ℞. Massæ pilularũ aggregatiuarum maiorum descriptionis Mesuei ʒ ij. pilularum de rhabarbaro ʒ j. ß. pulueris soldanellæ ℈ iiij. absinthij sicci, trochiscorum de rhabarbaro,ana ℈ ij. cinnamomi,anisi,schœnanthi,marathri,ana ℈ j. Misce, & cum succo ireos recenter extracto confingatur massa,ex qua dabam interdum drachmam integram,interdum dimidiam. Ad tumorem ventris discutiendum his sum remediis vsus:

Fotus ad ascitem.

℞. Foliorum absinthij,maioranæ,eupatorij veri,origani,pulegij,calamenti,rutæ,ana M. ß. foliorum ebuli,sambuci, & caulium rubeorum,ana M. j. foliorum quercus, lentisci, rubi & cupressi, ana M. ß. thymelææ & soldanellæ,ana M. j. florum chamæmeli & meliloti, ana P. j. seminum anisi,anethi,marathri,cumini conquassatorum,ana ʒ j. nucum cupressi,gallarum omnium contritarum,ana paria iiij. aluminis ℔ ß. salis cõmunis tãtundem. Fiat omniũ decoctio in lixiuio facto ex cineribus quercus,aut stipitũ caulium,& cũ spongiis infusis & expressis fouere ventrem tumidũ ante cibũ iubebam: peractóque fotu emplastrũ sequens admouebam: ℞. Stercoris vaccini ℔ j. stercoris caprini ℔ ß. bulliant simul in acceto fortissimo,& in mortario terantur,addẽdo sulfuris ignẽ non experti ʒ iij. aluminis ʒ j. succorũ thymelææ & ebuli recẽter extractorũ, ana ʒ iij. farinæ lupinorũ & orobi,ana ʒ ij. pulueris soldanellæ quartariũ j. anisi,marathri,cumini,ana ʒ ij. salis cõmunis torrefacti ʒ iij. terebinthinæ ʒ iiij. picis naualis ʒ vj. Misce: fiat emplastrũ ventri apponẽdum, quo mirificè iuuabatur. partim enim solutione aquã hydropicorũ soluit, partim in halitũ

digerit

digerit atque ſiccat,& flatuum copiam exhaurit. A præfato namque fotu atque emplaſtro detumeſcere ſenſim cœpit venter,& æger liberius ſpirare, vnde de ægri ſalute melius tum ſperare cœpi. Sum quoque ad hepar hoc cerato vſus: ℞. Vnguenti roſacei Meſuei,cerati ſantalini,cuiuſque ʒ iij. roſarum,ſeminis endiuiæ & oxalidis,ana ʒ j. ſpicæ nardi,ſchœnanthi, abſinthij ſicci,ſtyracis calamitidis,ana ʒ j. Miſce cum pauco oleo maſticis & de abſinthio:fiat linimentum pro hepate. Sed inter cætera præſidia primum in curatione locum decocto ligni ſancti iure tribuendũ cenſeo, quo dies totos quadraginta vir hic vſus meo conſilio eſt. Parabam autem decoctum ex ligni ſancti in ramenta puluerati ℔ j. in aquæ libris nouem decocti(erat autem aqua pluuia)ad dimidias,& ſub finem decoctionis adiiciebam ſoldanellæ ſiccæ manipulum, interioris cinnamomi vncias duas, paſſularum cum acinis ʒ ij. Vbi perfecta decoctio eſſet,illam calentem in alterum vitreum vas infundi iubebam, in quo vini generoſi libras tres iniecceram,& ex hoc ſyrupo calido vncias nouem mane ſumere,veſperi verò vncias ſex conſulebam:eúmque probè ſtragulis opertum elicere ſudorem,qui ſat multus fluebat,coegi. Victum exſiccantem tum maximè inſtitui ex nautico pane aniſi ſeminibus infarcto,& auiculis paruis aſsis, & paſſulis exacinatis. Purgabam octauo quoque die vel catapotiis præſcriptis, vel rhacomatis diluto,vel ſucco ireos. Tantum verò hac methodo profectum eſt,vt ita annuente Deo integræ ſanitati ſit omnino æger reſtitutus: viuítque nunc, exacto iam quinquennio à morbi curatione,incolumis,vegetus & viribus valens,ad laudem Dei optimi maximi.

Decoctum ligni ſancti.

OBSERVATIO SEXTA.

CATHERINA Renoarda, Antonij Renoardi Iuriſconſulti ac Arelatenſis iudicis, viri ſanè præſtantiſſimi & optimi filia, annorum octo in lethalem febrem continentem, grauiſſimis & lethalibus ſymptomatis comitatam, incidit, cum ingenti delirio, vigiliis, crebris animi deliquiis, ſine cibo ferè dies octo manens, omnia quæ illi darentur reiiciens, abſque medicamentis vllis, & peſſima item victus ratione vtens: quum morti iam proxima eſſet, & prorſus deplorata valetudinis, fluxu alui cum ſumma virium debilitate ſuborto, liberatur Dei voluntate, non artis præſidiis.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

NATVRAM, morborum eſſe medicatricem, ſcitiſsimè ab Hippocrate in Epidemiis dictum eſt:ipſámque earum quæ in corpore fiunt actionum opificẽ eſſe, bona certè ratione Galenus affirmauit. Quę certè non aliud eſt,quàm calor natiuus noſter,temperiéſve corporis,qua rectè munia omnia obeuntur: ac propterea

Lib.6.Epi. In arte medicinalica. 87.

Observationum medicinalium libri sex - page 111 sur 308

©BIUM

pterea facultatem noſtri corporis rectricem, iure optimo naturæ nomine
Lib. 5. de ſymp. cauſ. cap. 1. inſigniendam Galenus idem aſtruxit. Hæc ea eſt quæ & ſanitatem in nobis tuetur, & morbos pellit, ipſa ſibi vias inueniens, quibus id citra medi-
Lib. de arte. ci operam ſæpenumero perficere queat. Ob id Hippocrates multos quidem ſine medicis, verùm non ſine medicina tamen, curatos eſſe ingenuè confitetur. quod & experientia ipſa nos quotidie docet, & Romanam gentem complures annos ſine medicis conſtitiſſe, nempe vltra ſexcentos,
Lib. 29. natur. hiſt. capit. 1. Plinius grauiſsimus auctor ſcripſit. Quorſum hæc? vt indicem naturã quidem ſæpe ſine medici officio: medicum verò nunquam ſine naturæ ope morbos curare vnquam poſſe. quod in hac noſtra puella cuius ſermonem inſtituimus, clarum faciemus. Hæc namque puellula rari habitus & mollis carnis teneręque ætatis, quum inordinatis motibus incaluiſſet (qui mos puerorum eſt cum ſuis æqualibus colludentium) móxque refrixiſſet, ſtipatis vtique externis cutis meatibus, difflatione prohibita, ſuccenſus eſt in trò natiuus calor ex humorum intus concluſorum concepta putredine. erat autem putredo intra vaſa, vnde neceſſariò continẽs febris genita eſt.
Lib. 9. metho. med. Continentium namque febrium materia intra vaſa eſt, vt docta Galeni & omnium medicorum ſententia eſt. Continentes autem eæ febres meritò dicuntur, quæ ad infebricitationem non deſinunt: in quibus vna acceſsio ab initio ad finem perpetuò manens, in multos dies porrigitur: vt bellè lib. nono meth. medendi Galenus. Febres has Græci συνόχους vocant, id eſt continuas: quarum tres facit Galenus memorato proximè loco differentias. aut enim ab initio ad finem vſque æquali magnitudine perdurant, & has Græci ὁμοίους καὶ ἀκμαστικὰς, hoc eſt in eodem vigore perſiſtentes vocant: aut ſemper augentur, & exiguum aliquid in dies adiiciunt, & ἀναβατικοὺς καὶ ἐπακμαστικοὺς, id eſt incrementum ſuſcipientes ſeu inualeſcentes vocãtur: vel tandem paulatim diminuuntur atque decreſcũt, & has παρακμαστικοὺς nuncupari volunt. Itaque quum quod accenditur ei quod tranſpirat par fuerit, nec augeri nec minui febris videbitur: ſed pari tenore perſtare, ſibíque ſimilis permanere, ac ſi nihil illi vel demeretur, vel adiiceretur. Vbi verò quod accenditur, eo quod tranſpirat amplius fuerit, intendi febrem, & ſeipſa in dies auctiorem fieri neceſſarium quidem eſt, quum multũ ſit quod putret, exiguum verò quod foras effluit: perinde atq; quum maius eſt quod effluit & tranſpirat, quàm quod accenditur, tum certè minui febrem apertè cernemus. Has verò differentias eò deinduſtria attulimus, vt ad quam earum ea febris eſſet referenda quæ iuuenculam hanc inuaſit, ſcire certò poſsimus. Dicimus itaque ex increſcentium genere hanc fuiſſe febrem, vt quæ in dies auctior fieret, & caloris vehementia, & ſymptomatum magnitudine: exiguo exiſtente eo quod difflabatur, multo verò quod incaleſcebat. quæ cauſa fuit cur in diſcrimen mortis ægra hæc vocata fuerit. Nam agitatio corporis vehemens & anxietas, vigilia, delirium, ſyncopa, frequẽs ſpiritus, ſitis vehemens & inexpugnabilis, tum alius ex alio color, modò ſaturato rubore in genis florens, modò ingenti pallore ſuffuſus, & quaſi animam agentis apparebat. quæ omnia à morbi magnitudine, & naturæ propè deuictæ cum morbo pugna, prouenire pro explorato habendum eſt, ſiquid

eſt,ſiquid tum Hippocrati,tum Galeno creditur. Erat autem febris hæc ex putredine humorum intra vaſa,cuius putredinis notæ tum in pulſibus, tum in vrinis conſpicuæ erant. Multa namque in pulſibus inæqualitas & inordinatus motus,frequentiáque ſuberat:in lotiis verò magna in ſubſtantia,colore,& contentis mutatio.rubræ namque vehementer,ſubſtantia inæquales,modò craſſæ, modò tenues, interdum verò ſine vllo ſedimine: nonnunquam verò cum tenui nebula pendula apparebant vrinæ, putredinis in vaſis conſiſtentis indicium:prorſúſque,dempta ætate, ſimilis illi febris videbatur,quam in ſeruo palæſtrita vidiſſe ſe Galenus nono metho- Hippo.lib. præſag. & Gal. in cō. & lib.3.de criſib.

di affirmat.

AD hanc porrò vocatus,quum omni ope mederi iuuenculæ amabili, tum ob eam quæ mihi cum patre eius,viro ſanè præſtantiſsimo & optimo, eſt neceſsitudinem,tum ob muneris mei rationem, & puellæ bonæ indolis,& à patre ſummè dilectæ meritum,ſtuderem:in id totus eram,vt ſcopos omnes tanti curandi morbi ſedula manu exequerer:quòd morbus magnitudine ſua inducias non daret, & pro Hippocratis ſenſis, medicari in valde acutis eadem die expediat,ne dilatio noxam immedicabilē adferat.Itaque protinus clyſteri molli leniendam aluum conſulo,quòd à medicamentis ita puella abhorreret,vt ne quidem proferri quicquam de ea re ſuſtineret,tantum abeſt vt propinari illi quicquam per os poſſet. Dato clyſteri, quum bilioſa multa eáque cruda deieciſſet,nec de mittendo ſanguine, obtenellam nimium ætatem,& difflabilem corporis ſubſtantiam, & parentum atque ægræ repugnantiā,ſermo eſſet habendus, ad vacuanda per aluū quæ putruerant animum conuerti.Vbi enim mitti ægro ſanguis vel ob ætatem,corporis raritatem, vel quamcunque tandem aliam occaſionem minimè poteſt,largius ducenda aluus eſt,ſi quid Galeno fides habenda,aut alia ratione educendum ſuperuacuum.Itaque quum deiectorium pharmacum ex rhacomatis diluto,ſyrupo roſaceo,& melle aëreo(mannam noſtri vocant)præſcripſiſſem,accipere ægra renuit. confeſtim namque & per initia medicamentis purgantibus in acutis vtendum, in quibus materia turget,ſæpe ab Hippocrate dictum eſt atque Galeno.Sed quæ præſcripta à me ſunt,nihil quicquam profuerunt,quòd ea vel prorſus ægra non ſumeret:& ſi vi coacta quicquam aſſumpſiſſet,mox reiiciebat. Vnde nec ſyrupos ad febrilem calorem reſtinguendum, nec quæ ad eximendas obſtructiones parata medicamenta erant, ſumere vnquam voluit:vt quæ ſiquando ad hæc ſumenda parentum iuſſu atque hortatu cogeretur, tota in fletus,clamores,& lacrymas ſoluebatur. Vnde & acrior ſuccendebatur febris,& peius inde multò puella habebat,fletu nimirum & clamoribus magis exagitatis intrò feruentibus ſuccis.Quamobrem naturæ ſecundū Deū omnem curationis ordinem relinquere coacti ſumus, quòd pro Hippocratis ſententia oporteat non ſolùm medicum opportuna facientem ſeſe morbo accōmodare,ſed & ægrum & aſsidentes.Neque enim ſat eſt medicum curationi intentum habere,nihil quod ægro poſsit conducere prætermittentem(qui verus medici ſcopus eſſe debet)ſed & ægrum dicto audientem, & per omnia ſuadenti medico obedientem nanciſci oportet, ſi

CVRATIO.

Lib.4.aph. 10.

Lib. 4. de ſanit.tuen.

Lib.1.aph. 24. & lib. 2.aph. 29. & lib.4. aph. 10. & Gal. in cō. illorum aphoriſmorum.

Lib.1.aph 1.

Observationum medicinalium libri sex - page 113 sur 308

rectè curatio proceſſura ſit. Itaque in hac puella etſi medicus aderat & ſedulitate, & amore, & officio aſsiduus, & aſsidentes adeſſent, & prudentia, & charitate & amabili beneuolentia coniunctiſsimi, omníque ſtudio, officio, ac diligentia in muniis ad puellæ ſalutem neceſſariis exequendis intentiſsimi: (erat enim puellæ pater, erat & mater, & affines multi, quorum neſcias vter eorum plus officio functus eſſe videri poſſet) vnum tamen certè deerat, in quo curationis caput poſitum eſſe videbatur, ægræ infantulæ inobedientia, quæ vel mollitie & teneritudine ætatis, vel naturæ repugnantia (vt plerunque in pueris repugnans & refractaria ob iudicij & prudentiæ defectum eſſe ſolet) omnia reſpuebat quæ in illius ſalutem methodo eſſent præſcripta. Vnde factum eſt vt in præſens periculum adducta tum vi morbi, tum ſua ipſius inobedientia ægra hæc fuerit. Nam neque decretoria ſalutaria in diebus decretoriis vlla facta ſunt, neque concoctiones rectè proceſſerunt, neque naturæ rectrix facultas quicquam cõmodè operari videbatur, malo vtique oppreſſa. Vnde circa decimumquartum diem omnia in peius labi viſa ſunt, prorſúſque lethum minari, oculi caui, aures contractæ, facies demortuæ ſimilis, liuentes buccæ & vngues, virium deiectio, ídque expulſuum defectione deprehendebatur, deliriũ, vigilia, marcore flacceſcentia membra, totáque terroſo puluere ac ſorde ſquallentia, inedia, ſopor vigilans, linguæ ſumma nigrities & aſperitas, vox faucibus hærens & interrupta, clamor, conuulſiui motus, toruus aſpectus, &, vt in ſumma dicatur, plurima vndique mortis imago. Tum verò inter hæc tam lethalia ſigna ad decimumſeptimum vſque diem perſeuerantia, quæ deploratæ valetudinis ægram eſſe teſtari poterant, en tibi derepente in ſumma virium deiectione aluus fluere cœpit, magis profectò morbi vi atque impetu, quàm naturæ ductu: cruda, bilioſa, feruida, porracea & peſſimè olentia deiecta ſunt, magis tum collapſis viribus, vt ſine pulſu ægra relicta fuerit. Perſtat alui fluor dies totos plus minus quatuordecim: tandem verò remediorum forinſecus adhibitorum, fotuum atque vnctionum impetum humorum cohibentium vi ſedato fluxu ventris, perſtitit febris ad ſexageſimum vſque diem, tabefacta prorſus puella. Sed tamen ſenſim vi naturæ aut Dei potius auxilio, patris indulgentiſsimi luctum miſerantis, refici cœpit, & nos vt potuimus pro ægræ repugnantis natura ea præſcripſimus quę vires reparare & integrę ſanitati puellam reſtituere poſſent, ad laudem Dei opt. maximi.

OBSERVATIO SEPTIMA.

VIR quidam Mercator (cuius nomini, ob eam quæ in medico eſſe debet modeſtiam atque prudentiam, parco) ex amore in inſaniam deductus, melancholicus effectus eſt, miriſque viſis etiam interdiu nedum noctu agitabatur, modò in iram ac furorem concitus, mox placabilis in riſum effuſus, amatæ ſpeciem ſe in momenta ſingula in conſpectum

ctum habere affirmabat, illi blandiebatur, ac si præsens fuisset: mox quòd se amantem redamare nollet, miris increpabat modis, omnis de amata sermo, omnis inter luctus ibat dies, noctem sine somno tristitia mœrórque consumebant: & sibi ipsi intecisset manus, ni suorum vi prohibitus fuisset. Quum sic insaniens totos sex constitisset menses, egóque eò profectus essem vbi æger laborabat, ad curam accersitus, hominem magno sanè labore, multísque in eà rem paratus auxilius, ab insania, Dei gratia adiutus, reuoco, & integræ menti ac sanitati restituo.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

DE admirando amoris affectu, quo sæpenumero in furorem atque insaniam deducuntur incauti & insana mente homines, tractaturi, accurata sanè & philosophica enarratione erit latissimus de amore campus nobis ad metam tendentibus percurrendus. Ingens hîc inuitat locus: libeat modò vagari, & à leuioribus reuulsi meditationibus, in hæc sancta Philosophiæ adyta penitius mentem inuoluentis, illius sacraria aperiemus: & in ea diuertemus amœnissima Musarum vireta, vbi inenarrabili varietate, floribus passim nitescentibus, coronamenta nobis compingamus, quæ non ornent modò, sed halitu iucundiore, sua & fragrantia & succulentia plenius alant, impleántque auidum sciendi animum ratione mira: & sentiatur tamen in iis austerior quædam suauitas & alimonia, si non omnino dulcis atque percocta, grata tamẽ certè atque fœcunda. Sed nos in his de amore proferendis, cum delectu rerum modum seruabimus, ne inopia ieiuni aridíque videri possimus, aut vbertate nimia luxuriantes, onerosi legẽtibus euadamus. Itaque quum nobis de insano ex amore effecto sermo sit futurus, déque eius morbi medica curatione, indaganda nobis prius multa erũt ex scientissimorũ hominum penu exprompta, sine quorũ cognitione manca sit futura nostra omnis de re proposita tractatio. Illud in primis inquiremus, quidnã amor sit: quàm multiplex: (in cœlestẽ namque & vulgarem atque ferinũ Plato atque Plotinus dissecant) quid vterque in nobis amor pariat: quantum virium in hominum animis corporibúsque amor sibi vendicet, vt ex amore vulgari in insaniam ducantur homines: amorem hunc, fascinationem quandam esse, & quis fascinationis eius modus: facilè homines amore irretiri, & quæ sit illaqueationis eius ratio, quibúsque irretiamur: amorem hunc vulgarem, sanguinis esse perturbationem quandam: quænam sit tandem insanientium ex amore curandi ratio, quam nos potissimum in hoc ægro curando obseruauimus. Quibus absolutis, finem huic nostræ explanationi faciemus, auspice & ductore Deo, qui amor est verè amantium, amore suo collustrans, fouens, ac viuificans omnia.

Plato in cõuiuio. Plotinus lib. de amore, Ennead. 3.

In conuiuio de amore. Plot. Ennead. 3. l. 5. cap. 4. de amore.

Amor qd. Marsil. Ficin. in com. ad conu. Plat. cap. 4.

Ergo vt à primo exordiamur, Amorem Plato definit, appetitionem esse, qua bonum sibi adesse semper quisque desiderat. Plotinus verò, amorẽ, actum esse animæ bonum desiderantis astruxit. Marsilius Ficinus, desiderium

rium pulchritudinis amorem esse dixit. quæ sanè concors est Philosophorum omnium de amore assertio. Equidem quum ad bonum omnia ferantur, idque omnia appetant, vel Aristotelis lib. 1. Ethicorum sententia, efficitur, vt in id quod bonum, quod pulchrum est, ingenito quodam ac naturali appetitu feramur. Nec iniuria, quoniam insitum nobis à natura est, vt quod imperfecto deest, id ad perfectum duci cupiamus. cupiditatem hanc amorem iure dicimus, id est boni, pulchríque fruendi desiderium: vt quod in nobis deficit, id congressu & mutuo complexu adipiscamur. Verùm quum incognita nemo desideret, necessarium planè est, vt aliquo modo cognitum nobis antè fuerit quod amemus: neque cognitum solùm, (multa namque nobis probè cognita odisse solemus) sed vt tanquam bonum nobis atque iocundum pulchrúmque fuerit iudicatũ. Neque id quidem ad flagrantẽ beneuolentiam, quæ insignis erga rem amatam affectus est, satis esse videtur, nisi facilè consequi nos posse quod pulchrum bonúmque fore censuimus, iudicemus. Quisquis igitur quippiam amat, illud quidem re ipsa nondum integerrimè possidet: animi tamen cogitatione idipsum cognoscit, pulchrum ac bonum iudicat, consequi posse confidit. Hæc ipsa cogitatio, iudicium, spes, quasi præsens aliqua absentis boni anticipatio est. Non enim arderet, nisi idipsum summè placeret: neque placeret, nisi esset quodam modo mentis cogitatione prægustatum, cognitione præuia & antecedente. Ergo quum amantes partim quod optant habeant quidem (nempe boni ad quod feruntur cognitionem) partim verò non habeant, quatenus optato bono non fruuntur: haud ab re ex indigentia quadam & affluentia mixtum esse amorem atque generatum diuinus Plato atque Plotinus pronuntiarunt. Qui sanè affectus ob id ἔρως eidem auctori dictus est, quod ἀπὸ τῆς ὁράσεως, id est à visione initia ducat, & ab ea suã amor essentiam possideat. à visione namque, vt idem Plotinus tradit, amor qui passio est, instinctum habet. Atque ob id Græci amorem ἵμερα nuncupauerunt, quia (vt Plato inquit) ἀπορρεῖ, hoc est, influit extrinsecus per oculos. rei namque amatæ inspectio ardorem in animo amantis ingenerat. Vnde est illud diuini vatis Vergilij,

Plato in cõuiuio. Plo. Enneadis 3. lib. 5. cap. 6. Vbi suprà cap. 3.

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.

Verg. eloq. 8.

Et illud item Ouidij,

Tunc ego te vidi, tunc cœpi scire quid esses:
Illa fuit mentis prima ruina meæ.

Oui. Epist. 12. Heroidum, Medeæ Iasoni.

Et vidi & perij, nec notus ignibus arsi,
Ardet vt admagnos pinea teda deos.

Vnde & Plautus in Gurgulione: *Sustlite obsecro, & mittite istanc foras: Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem.* Et in Mercatore,

Ego illic aspicio formam eximiam mulierem,
Quam ego postquam aspexi, non ita amo vt sani solent
Homines, sed eodem pacto vt insani solent.

Quin & hoc ipsum sacra etiam eloquia testantur. Quid namque illud est quod à Hieremiæ prolatum est, Mors ascendit per fenestras: quàm concupiscentiam visione & aspectu ingenerari? Vnde est illud Matthæi in Euangelio, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est

Hiere. 9. f. Matth. 5. d.

in cor

in corde ſuo. Oculorum namque miram in amatoriis affectibus potentiam intuens diuino ſpiritu actus Regius Propheta Dauid, ita Dominum deprecabatur: Auerte (inquit) oculos meos, ne videant vanitatem. Hi profectò ſunt quorum miniſterio in hominum animos amor influit, ſenſímque illabitur: quòd quum multo igneo radioſóque ſpiritu oculi niteant, (quæ ipſorum natura eſt) efficitur, vt patefactus oculus, & in pulchritudinis amatæ ſpeciem vehementer intentus, radiorũ ſuorum aculeos in adſtantis oculos eiaculetur, atque etiam cum aculeis iſtis, qui ſpirituum vehicula ſunt, ſanguineum vaporem illum, quẽ ſpiritum nuncupamus, intendit: hic incenſus, & iam amatæ rei ſpecie agitatus, cor exagitat, inflammat, vrítque nimio motu atque caloris æſtu, dum vehementer potiri re amata amans deſiderat, dum viciſsim aculeos ab re amata ſuis ipſe oculis ſuſcipiẽs, quodam modo inficitur amoris veneno. Ac proinde rectiſsimè amorem ἔρωτα dici Græci voluerunt, quòd illis ceu perſpicaciſsimis ſenſibus amoris vis ſe in ima cordis inſinuet. quod animaduertens Plato, amorem ἔρωτα, ἀπὸ τῆς ῥώμης, id eſt à robore ac vehementia, dici exiſtimat. Quid amor ſit, ex Platonicorum ſchola deprompſimus: quàm multiplex, ex eorundem penu eſt iam nobis explicandum, & quid in nobis amoris hæ differentiæ pariant, quod ſecundo loco dicendum propoſuimus. Ergo duo amorum genera Plato facit: ſiquidem cupidinem veneris comitem eſſe Pauſanias, amorem laudans apud Platonem, aſſerit, totidémque eſſe cupidines ſeu amores quot ſint & veneres, neceſſarium omnino exiſtimat. Platonis porrò hæc verba ſunt (Græca non apponam, ne redundante copia opus extuberet, Latina tantùm appingam) Neminem, inquit, profectò latet, abſque amore venerem nunquã eſſe. Quare ſi vna eſſet venus, vnus & amor. Quoniam verò duæ ſunt veneres, geminum quoque amorem eſſe neceſſe eſt. Geminam autem deam hanc eſſe quis neget? Nónne vna quædam antiquior eſt, & ſine matre venus, cœlo nata, quam cœleſtem venerem nuncupamus? Altera verò iunior, è Ioue & Dione progenita, quam vulgarem communémque vocamus? Neceſſarium itaque amorem veneris illius comitem cœleſtem vocari, huius verò vulgarem. Hactenus Plato, qui diuino numine plenus, amoris duo præcipua genera conſtituit: cœleſtem alterum, cœlo patre & ſine matre natum: iuniorem alterum, ex Ioue patre, & Dione matre genitum: ob idque vulgarem. Cœlo natus, diuinus amor dicitur, & ſine matre, quoniam mens illa angelica à materiæ corporeæ conſortio eſt omnino aliena: ac proinde ſine matre natus amor ille cœleſtis intelligitur. matris namque nomine Phyſici omnes materiam intelligunt. Quum itaque venus illa cœleſtis, tota pura mens, purum bonum ſpectãs, & illi prorſus iugitérque inhærens, non tanquam accidens in ſubiecto, ſed tanquam eſſentia quædam perẽnis, veluti lux ſoli adeſſe dicitur, tota actus purus ſit, nihil materiæ poſsidens, firma, conſtans, perfecta, prorſúſque ſeipſa contenta manet. nam amore ingenito ad intelligendam Dei pulchritudinem rapitur. Altera autem venus ex Ioue nata ob id eſt, quòd ex ea virtute ipſius animæ quæ cœleſtia mouet, elici intelligatur: ea ſiquidem hanc creauit potentiam quæ inferiora hæc generat. Matrem namque illi

Pſal. 118.

In Phædro.

In Conuiuio.

Plato in conuiuio.

ideo

ideo Platonici tribuunt, quia materiæ mundi infusa, cum materia commercium habere ad generationis vim creditur. Est enim venus hæc secunda Ioue & Dione nata, vis generandi animæ mundi tributa, vnde generationis cupiditas omnis in omnibus generandi potentiam habentibus innascatur. Vtraque porrò venus consimilem sibi comitem habet amorem. Prior illa cœlestis, tota in Deum intenta, illius summam pulchritudinem admiratur, in eáque sibi nimium placet ac conquiescit: altera verò ad eandem pulchritudinem in corporibus procreandam, prout materiæ ratio patitur, toto nixu contendit. Illa diuinitatis fulgorẽ in se primùm complectitur, deinde exceptum fulgorem hunc, in venerem secũdam iam in materia operantem traducit. Hæc fulgoris illius scintillas ac seminaria quædam in materiam mundi transfundit, vnde singula mundi corpora pro captu naturæ suæ pulchra speciosáque videntur. Horum speciem corporũ humanus animus per oculos percipit, & ad amandũ quæ speciosa videantur allicitur. Atque hic animus noster rursus vires geminas possidet, nempe intelligendi, & generandi potentiam: quæ geminæ in nobis vires, duæ in nobis veneres sunt, quas & gemini comitentur amores. Quum primum enim humani corporis species pulchra sese obtutubus nostris offert, mens nostra, quæ prima in nobis venus est cœlo delapsa, & (vt Aristoteles sensit) foris adueniens, speciem pulchram, tanquam diuini decoris atque fulgoris imaginem, veneratur ac diligit, pérque hanc ad illum sæpenumero attollitur ac excitatur. Vnde est illud Regij Prophetæ: Cœli enarrant gloriam Dei. Ob enim immensam tanti operis pulchritudinem, rapitur mens nostra in Deum, laudibus exultans & dans gloriam Deo. At generãdi vis, quæ altera in nobis venus est, formam generare summæ pulchritudini affinem, quantum materiæ ratio patitur, concupiscit. In vtraque igitur venere amor elucet, ibi contemplandæ, hîc generandæ pulchritudinis desiderium. Amor vterque honestus atque probandus. vterque enim diuinam pulchritudinem, quæ imago quædam Dei est, sequitur: atque ob id mirificè à Platone vterque commendatus. Illud tamen in amore improbare Plato sub Pausaniæ persona videtur, siquis generationis auidior contemplationem deserat, séque totum secundæ veneri, relicta priore dedat: aut si generationem præter modum cum fœminis exercere contendat, formámve corporis pulchritudini animi præferat, eum vtique dignitate amoris abuti Plato rectissimè censet. Quo qui rectè vtetur, corporis quidem formã laudabit, sed per illam, excellentiorem pulchriorémque mentis & Dei speciem cogitabit, háncque illi præferet, eam vehementius & admirabitur & amabit. Generationis autem & congressus officio eatenus verè amãs vtetur, quatenus naturæ ordo ad prolem legitimè suscipiendam, & ad mortalitatem hanc ab interitu vindicãdam, postulare videbitur. Quotuplex esset amor, & quid in nobis cœlestis atque vulgaris efficiant, diximus: quantum virium amor hic vulgaris in hominum animis corporibúsque sibi vendicet, & vt ex eo in insaniam non rarò homines deducantur, nobis nunc est tertio loco dicendum. Amorem magnum deum esse, cúmque ex antiquissimorum deorum numero Phædrus apud Platonem cõceptis verbis affirmat:

Lib. 2. de gener. animalium, c. 3.

Psal. 18.

In conuiuio.

mat: cui imperiũ tantũ esse Orpheus in hymnis cecinit, vt fato ac necessitati imperare amorẽ, cũctáq; gignere quę in cœlo sint, quęq; in terra mariq; asserere non dubitarit. Amoris nãq; regnũ in veneris hymno ita expressit:

Καὶ κρατέεις βιοσῶν μοιρῶν, γενέας τ' ἐτὰ πάντα
Οσσά τ' ἐν οὐρανῷ ἐσὶ καὶ ἐν γαίῃ πολυκάρπῳ,
Ἐμπόντῳ τε, βυθῷ τε.

Id est, tribus fatis imperas, & generas omnia quæ in cœlo sunt, & quæ in terra, & quæ in mari & abyssis. Quũ itaq; tantus sit amor, vt ab eo cũcta emanẽt, originisq; suæ initia illi accepta ferãt: quid mirũ si in animis nostris corporibúsq; suũ & ipse imperiũ viresq; admirãdas exerceat? Hæc autem est illius in nobis potẽtia, vt & animũ temperare, & illũ rursus in furorem agere possit: prout vel moderatè vel intẽperãter animũ diuexarit. Si enim intẽperatus accedat, tetris horrẽdisq; imaginibus interdiu noctúq; animũ implet, animalẽ spiritũ obscura caligine inficit, mentẽ turbat, ac hominem sui impotẽ facit. Quod Lucretio Philosopho Epicureo accidisse legimus. Lucretius. is enim amore flagrãs, mẽtéq; emotus, in insaniã lapsus, manus sibi iniecit. Alceste Peliæ filia, pro viro suo perire nimio amoris ardore in animũ induxit, idq; viriliter præstitit: vt Plato conceptis verbis affirmat. Nec solùm Alceste. In Conuiuio. in animũ impetũ facit amor, verùm & in corpus sæpenumero tyrannidem exercet: vigiliis, curis, macie, dolore, tabitudine, & mille aliis affectibus lethalẽ noxã inferentibus, corpus vexãs. Testimonio esse potest Antiochus Vide Valerium lib. 5. cap. 7. Seleuci Regis filius, qui quũ Stratonices nouercæ vesano amore corriperetur, illã miserè deperibat: impiũ tamẽ pectoris vulnus pia dissimulatione cõtegebat, pugnabántq; diuersi animo & medullis inclusi affectus, summa cupiditas, & maxima verecũdia: vt quũ potiri amata nouerca maximè vellet, verecũdia à tãto facinore deterreretur. Vnde effectũ est, vt anxitudine hac pessimè diuexatus, in vltimã tabẽ æger amãs deductus sit. Quam tamẽ in tãto discrimine positum, Herasistrati medici solertia, artisq; præstantia alleuauit. Iuxta enim Antiochũ sedens, vt eũ ad introitũ Stratonices nouercæ rubore perfundi, & spiritu increbrescere, eáque egrediẽte pallere, & excitatiorẽ subinde reciprocare anhelitũ animaduertit: curiosiore obseruatione ad ipsam veritatẽ penetrauit. Ingrediente nãque Stratonice, & rursus abeũte, brachiũ adolescẽtis dissimulãter apprehẽdẽdo, modò vegetiore, modò lãguidiore pulsu venarũ affici ægrũ agnouit, ipsúmque amore Stratonices immodico teneri deprehẽdit: réque tota Seleuco patri exposita, charissimã coniugẽ filio cedere nõ dubitauit, quòd in amorẽ incidisset, fortunæ acceptũ referẽs: quòd dissimulare eũ vsque ad mortẽ voluisset, filij pudori imputãs. Hæc mala inferre sua castra sequẽtibus amor cõsueuit. Nã qui perditè amãt, nec re amata potiri queũt, hi macilẽti & pallidi fiũt. quippe ad duo simul perficienda opera vis naturæ fermè deficit. Animi amãtis intentio in assidua amati cogitatione tota se versat, illic tota ferme vis corporis intẽta est: quò fit vt neq; cõcoctio rectè procedat, neq; reliqua naturæ munia quæ circa alimoniã facultatũ naturaliũ ope fiũt, rectè perficiãtur. Vnde efficitur, vt & superflua multa coctionis defectu redundẽt, & cruda in iecur trahãtur: quamobrẽ & sanguinẽ paucũ crudúmq; inde gigni cõsequens est, qui per venas diffusus, nec alẽdo corpori aptus, pallorẽ maciémq; creat. Quod animaduertẽs lepidissimus Poëta, sic de ea re cecinit: Ouidius lib. 1. de arte amandi.

Palleat omnis amans, color hic est aptus amanti:
Hoc decet, hoc multi non valuisse putant.

Et paulo post,

Arguat & macies vultum. - - Et rursum,
Attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes,
Curáque, & immenso qui fit amore dolor.

Vt ex amore in insaniã homines deducantur.

Ex his constat vel indubia fide, magnã habere in hominũ corporibus vim amorẽ, vt qui & in tabẽ & in insaniã atq; mortem deducere homines queat. Ac verò vt ex amore insanire homines cõtingat, quod explicare propositi nostri fuerit, iã promendũ. Amorẽ porrò insaniæ speciẽ esse quãdam, & Plato in cõuiuio asseruit, & res ipsa per se euẽtus eiusmodi fidẽ facit. Furorẽ Plato in Phædro mentis alienationẽ esse definit. Alienationis autem duo genera tradit, alterã ab humanis morbis, alterã à Deo prouenire affirmat. Insaniã illã, hãc, diuinũ furorẽ nũcupat. Insaniæ morbo qui tenẽtur, infra hominis speciẽ naturámq; detrudũtur: mẽtis impotes, vnde & demẽtati & amentes iure dicũtur. Insanię porrò quæ morbus est, rerũ sciẽtissimi duo præcipua genera statuũt, vnum cerebri, cordis vitio aliud nascitur. Quũ enim assata bilis plurima, sanguis ve assatꝰ multus, aut atra bilis in venoso genere redũdãs, in caput effertur, vapor inde teter cerebrũ implet atq; occupat, spiritũ animalẽ mirè exagitat, turbat mentẽ, visisq; plurimis, pro redũdãtis humoris natura, animũ inficit atq; terret. Quienim adusta bili vexãtur, vel etiã à nemine lacessiti vehementissimè efferatur, & in irã præcipites toti agũtur, altè vociferãtur, in obuios irruũt, seipsos & alios cędũt & sibi mortẽ nõnunquã inferũt: quod Lucretius Philosophus & poëta fecisse dicitur. Qui sanguinis assati vitio insaniũt, effusos nimiũ in risus prorũpũt, in cachinnos soluũtur, cantilenis & tripudio exultãt, hilares, minimè malefici sunt: sed assiduè sese iactant, nec vno consistere loco queũt: illis oculi genæq; & facies tota plerunq; rubẽt. At qui atra laborãt bili, perpetuò mœrẽt, ipsi sibi somnia fingũt & visa, quæ vel præsentia expauescãt, vel futura formidẽt. Atq; eas omnes insanię species, cerebri & interiorũ eius facultatum defectu prouenire, & Philosophi & medici adstruũt. Quãdo verò humores illi vel in venoso genere, vel in corde ipso sistũtur, nec in cerebrũ sese efferunt, tũ angustiã & solicitudinẽ, nõ dementiã pariũt: tum verò amẽtiã, quũ animæ sedẽ, cerebrũ, inquã, petũt. Hoc est quod li. 6. Epidemiorũ dixit Hippocrates, si atra bilis in corpꝰ inclinarit, comitiales fiũt: si verò ad animũ, atrabilarij melãcholici fiũt. Quã partẽ Gal. lib. 3. locorũ affectorũ interpretãs, ait, humores huiusmodi si cerebro veluti parti instrumẽtali noceãt, ad cerebri corpus cõuerti morbũ dixisse Hippocratẽ: si verò cerebri tẽperamẽtũ mutãdo, ei tũc: vt similári parti nocere, & noxã eã ad mentẽ atq; animũ pertinere, vnde melãcholici & insaniẽtes reddãtur: quòd, eodẽ Galeno auctore, anima ipsa ab partiũ tẽperamẽto mutetur. Qui verò ex amore insaniũt, nõ solùm repẽte in cerebrũ atrabilario succo, & spiritũ animalẽ, cerebríq; facultates plurimũ euertẽte, fieri amẽtes dicũtur: sed etiã cordis morbo, ab his humoribus diuexato. nã cupiditate nimia & æstu amoris cor illis impẽsè amãtibus feruet, exẽstuat, premitur: vnde inquieti, anxij, mœroris & solicitudinis pleni viuunt. Vt res est soliciti plena timoris amor. Et quidni insaniãt sæpenumero ex amore homines? quũ vulgaris hic & ferinus amor, fascinatio quædã sit (vt tandẽ ad id quod quarto loco dicturos nos promisimus, accedamus) cuius fascinationis modus hic est, quòd quũ in iuuenibus, vt potè ætate, & calore multo, ac sanguine viuido, tenui, ac claro florẽtibꝰ, vegeta sint omnia, tenues quidẽ illos, claros ac bene mobiles spiritus ea in ætate habere, necessarium relinquitur: hi namque perpetuò à cordis calore ac potestate, ex

In oratione Pausaniæ de amore.

Cap. 6.

Lib. 3. de loc. aff. ca. 6.

Amorem fascinationem esse quandam.

puriore magíſq; elaborata ſanguinis arterialis parte gignũtur: vt cõcors eſt & Galeni & Auicẽnę ſentẽtia. Tales porrò in nobis gignũtur ſpiritus, qualis in nobis ſanguis fuerit, qualíſq; admiſſus in prę cordia aër: vt qui ſi purus fuerit, puros quoq; in nobis ſpiritus creat: perinde atque nebuloſus ſi fuerit, nubiloſos & craſſos, vt Galeni mens eſt. Itaq; ſpirituũ in nobis generatio ſanguinis naturã à quo emanãt, omnino ſequitur, q tales gignuntur qualis fuerit conditus in arteriis atq; corde ſanguis. Spiritus verò ipſi è corde in cerebrũ ſublati, atq; animales iam effecti, perfectiúſq; elaborati, tenuiores & ad motũ proniores redduntur, facilẽq; per patentes cerebri meatus permeãt: prę ſertim qui ad oculos perferũtur, qui omniũ lucidiſſimi, & ſummo ſplẽdore nitẽtes, ad viſionẽ perficiendã & ſunt & habẽtur. inde ſimiles ſibi radios per oculos quaſi per vitreas feneſtras emittũt. Ad altiſſimas namq; corporis partes ſpiritus maximè, tenuiſſimus quũ ſit, euolat, eiúſq; lumen per oculos, quũ ipſi perſpicui ſint, atq; omniũ noſtri corporis partiũ nitidiſſimi & ætherei, vberius emicat ac ſeſe foras exerit. Quẽadmodũ enim ſol, mũdi cor, ſuo perẽni motu lumẽ, pérq; lumen ac calorẽ vires admirandas ſuas ad hæc inferiora demittit, vt Ariſtotelis ſentẽtia eſt: ſic corporis noſtri princeps pars cor, motu ſuo quodã irrequieto & perenni dum vita ſtat, proximũ ſibi ſanguinẽ agitãs ac calfaciens, ex eo ſpiritus in totũ corpus, pérq; illos luminũ ſcintillas per mẽbra diffundit ſingula: per oculos autẽ maximè, quòd in alto tãquã in ſpecula poſiti ſint, & luminoſa maximè ſubſtãtia cõſtẽt. Oculis porrò natiuũ eſſe & genuinũ lumẽ, animalia multa teſtãtur, quorũ ſunt oculi nitidiſſimi & ſummo fulgore coruſcantes, vt noctu abſq; externo lumine cernere queãt, quorũ in tenebris coruſcant oculi: vt leonibus, pardis, & felibus accidit. Quod & experimẽto diſcere quoq; poſſumus. ſi quis enim paulò preſsius oculi angulũ digito compreſſerit, cõtorſeritq;, circulũ quendã videbitur intra ſe lucidũ cõtueri, ex interno quidẽ oculi lumine manãtẽ. Emiſſum autẽ ab oculis radiũ, vaporẽ ſecũ ſpiritalẽ trahere, & ſanguinis vaporẽ, ex eo perſpicimus, quòd lippi & rubẽtes oculi, ſpectantis proximè oculos, radij ſui emiſsione cogunt morbo ſimili laborare: affrictu atq; cõtactu ſpirituoſo ſimilẽ pariẽtes in beneualẽtibus oculis morbũ, quo ipſi affecti ſunt. vbi apparet & radiũ ad propè adſtãtẽ oculũ protẽdi, & cũ radio vnâ vaporẽ corrupti in parte ſanguinis emanare: cuius cõtagione oculus ſpectãtis inficitur ac coinquinatur. Quin & Ariſtotelis lib. de ſomno & vigilia, teſtimonio cõſtat, mulieres mẽſtruo pollutas, intuitu ſuo ſpeculũ nitidũ, ſanguineis quaſi guttis & fœdo vapore inficere: vt & experiẽtia docet. Quod ex eo fieri arbitrãdũ, quia ſpiritus, qui vapor ſanguinis eſt, ſanguis quidã tenuiſsimus & ſummè elaboratus videtur eſſe, adeo vt aſpectũ fugiat oculorũ: ſed in ſpeculi ſuperficie perpolita craſsior effectus, clarè perſpiciatur. Quid mirũ igitur ſi toto affectu intẽtus amãs in amatã mulierẽ, illã fixo intuitu cõſpicatus, radiis emiſsitiis amore inficiat? viciſsímq; illa, ſi nitẽtes in illũ oculos cõuertat, mutuóq; aſpectu viſorios vtrinq; manãtes radios, cõplicent ac cõmiſceant? annon aſpectu amatorio præcordia ſpiritali telo figent, & vnà cũ aſpectu mutuo alter alterius amorẽ cõbibet? Hoc lepido carmine ſummus poëtarã Virgilius ad hũc modum expreſsit:

At regina graui iamdudum ſaucia cura,
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

Lib. 4. Aeneidos.

Et paulò poſt, faſcinationis ab amore modum explicans, ſubiunxit:

Gal. 5. de ſimp. facu. & lib. 7. de plac. Hip. & Plat. Auicenna lib. de viribus cor. diſt. 1. c. 2. Com. 1. in primum de pop. morb. ſuper textu, Quum eſſet.

Simile pulchrum.

Lib. 2. de cœlo & mũdo, cap. 7. num. 12. vet. verſ.

Observationum medicinalium libri sex - page 121 sur 308

Vritur infœlix Dido, totáque vagatur
Vrbe furens: qualis conjecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis, liquítque volatile ferrum
Nescius. illa fuga syluas saltúsque peragrat
Dictæos: hæret lateri lethalis arundo.
Nunc media Aeneam secum per mœnia ducit:
Sidoniásque ostentat opes, vrbémque paratam.
Incipit effari, mediáque in voce resistit.
Nunc eadem labente die conuiuia quærit,
Iliacósque iterum demens audire labores
Expossit: pendétque iterum narrantis ab ore.

Fascinationis in amore modum lepidissimè diuinus Vates expressisse videtur, dum vulnus ali venis, & cæco igne, hoc est ardenti rei amatæ desiderio vrgeri amantis animum censet, dum furentem tota vrbe vagari fingit. quid enim aliud id est, quàm mentem amore insano illaqueatam in furorem agi? vt ferè qui perditè amant, insanire dicantur? Vnde est illud Terentij in Eunucho, *Dij boni quid hoc morbi est? Adeon' homines immutari ex amore, vt non cognoscas eundem esse?* Nec profectò mirum, tenuem radium oculis emissum, leuissimúmque spiritum tam citò, tam vehementer, tam etiã pernitiosè totum animum inquinare, siquis morbos eos qui contagione inficiunt animaduerterit, pruritum, scabiem, psoram, elephantiasim, dysenteriam, lippitudinem, pestem, qui vapore noxio emisso, eóque spiritali & inuisibili, inquinant. Quippe spiritalis ille vapor quem oculus amantis, vehementi motu in amatæ speciem eiaculatur, quũ clarus sit, tenuis, atque calidus quâ clarus est, oculorum & spirituum claritati rei amatæ maximè cõgruit ob germanitatem quandam & naturarum sympathiam: atque ob id blanditur & allicit, vnde sequitur vt auidè hauriatur. Quia subtilis, celerrimè in præcordia meat: inde facillimè per venas & arterias in corpus permanat vniuersum. Quia calidus, vehementer agit & mouet (est enim caliditas omnium actuosissima, auctoribus Aristotele atque Galeno) quamobrem vehementer agens, sanguinem inficit simili tabe qua ipse infectus est, hoc est insano quodam fruendi ardore ac desiderio. Quod Lucretius scitè admodum lib. de rerum natura quarto explicasse est visus, inquiens:

Aristo. lib. de cœlo. Gal. lib. 7. meth. & li. 5. aph. cõ. 5.

Hinc illæ primum veneris dulcedinis in cor
Stillauit gutta, & successit feruida cura.
Nam si abest quod ames, presto simulacra tamen sunt
Illius, & nomen dulce obuersatur ad aureis.

Quâ vero spiritalis ille vapor à sanguine elaboratissimo genitus, & dulcis quoque ipse est, sanguinis vnde manauit naturam referẽs: ea sanè ratione fit vt viscera quodẽmodo pascat, foueat, atque oblectet. quo fit, vt amantium desiderium atq; cupiditas inde mira excitetur, quum amãs amatæ appetat corpus, vt commixtione illabi in venas alterutrius in alterũ spiritus ille dulcis queat. Vnde cõsequitur vt & voluptate & dolore simul amãtes tangantur: voluptate quidẽ, sympathia quadã qua sibimetipsi cõsentiunt dũ amãt, & propterea etiã, quòd vapor ille spiritalis clarus atq; dulcis, q per oculos in præcordia manauit, claritate sua alliciat, dulcedine oblectet. Dolore autẽ afficiuntur,

ob id

ob id potiſsimũ, quòd ſympathiæ antipathia admixta ſit, qua concupita re frui amantes nequeunt: & quòd ſpiritus ille ſubtilis & calidus radiis oculorum emiſſus, ſubtilitate quidem ſua præcordia diuidat quodam modo & diſcerpat: calor verò eadem exagitet, & quod ſuum eſt auferat, & in alterius mutet naturam: per quam ſanè mutationem eum in ſe quieſcere non ſinit, ſed ad eum ſemper à quo infectus eſt trahit. Quod à Lucretio lepidiſſimè his verſibus explicatum eſt:

Idque petit corpus mens, vnde eſt ſaucia amore.
Namque omnes plerumque cadunt in vulnus, & illam
Emicat in partem ſanguis, vnde icimur ictu:
Et ſi comminus eſt, hoſtem ruber occupat humor.

Lucretius lib. 4. de natur. rerum.

Hoc carmine Lucretius non aliter vult ſanguinem hominis oculorum radio affecti & vulnerati, in vulnerantem prolabi, quàm hominis gladio cæſi ſanguis prolabitur in cædentem. quod & experientia ſæpe docet, & idipſum quoque me vidiſſe teſtari plena fide poſſum. Nam quum Iacobus ab Aqueria Patritius Arelatẽſis vulnere mortuus eſſet, & qui vulnerarat, à magiſtratu comprehenſus, in conſpectum cadaueris delatus fuiſſet, vt occiſum recognoſceret, & ſcelus fateretur: mox ebulliens ſanguis multo cum feruore & bullis prodire è vulnere & è naribus cœpit, ſpectantibus cunctis. Cuius miraculi hæc adferri ratio poteſt, quòd quum nondũ calor omnis in recẽs occiſo corpore extinctus ſit, nec agitatio omnis víſque interior nobis occulta quieuerit: vltionem quidẽ tacita illa vis clamat, móxque ad vindictam bilis accenditur: ab ea ſanguis inflammatur, & ad vulnus confeſtim prorumpit, patefacto ad exitum per vulnus meatu: eodem concurrunt & ſpiritus, qui quoniam leues ſunt, ad occidentem hominem, ſi coram ſteterit, volantes, in eum migrant: ſeruantúrque natiuo calore aliquandiu, nempe ad horas plus minus ſex aut ſeptem: quo quidem in tempore ſi qui, interemit in conſpectum interempti veniat, & interemptum intentè inſpiciat, vulnus cruorem verſus interimentem eiicit: quòd (quemadmodum diximus) nõdum in cadauere recẽs iugulato ad horas aliquot vis omnis interior calórque extinctus ſit: qua quidem latente & interiore vi efficitur, vt ſanguis ſpiritus repetat ſuos, atque etiam ſpiritus ipſi ſuum attrahant ſanguinem, vnde ipſius manatio & effluxus conſequitur. Sed magis (vt rectè arbitrandum eſt) Dei iudicio arcano, maleficum hominem tali ſigno notáque peculiari ac propria deſignare ac prodere volentis, id fieri cenſendum eſt. Sanguis namque interfectorum ad ſui vindictam clamat ad Dominum, vt Geneſis 4. ſcriptum eſt de Abel à fratre Cain interfecto, Vox ſanguinis fratris tui, inquit Dominus, clamat ad me de terra. Nec diſsimili modo (vt tandem ad amoris mirabiles effectus redeamus) hominis amore vulnerati ſanguinem feſtinare in ferientem, & parem in eo generare affectum, credi iure poteſt: quod & Lucretius ſuperioribus verſibus indicauit, & res ipſa demonſtrat, & comprobãt claſsici auctores. Nec mirum profectò ad hunc modum faſcinari amore homines, præſertim quando frequentiſsimo intuitu aciem viſus ad aciem dirigentes, lumina luminibus iungunt, & longum miſeri combibunt amorem. Huius profectò

Vide Marſilium Ficinum in cõ. ad conuiuium Plat. de amore cap. 5. orationis ſeptimæ.

Observationum medicinalium libri sex - page 123 sur 308

©BIUM

fectò contagij, vt Musæo placet, causa omnis & origo est oculus. Quamobrem siquis nitore oculorum polleat, etsi minus in reliquis membris cõ positus sit, sæpius intuentes illaqueat, & amore insanire compellit. Atque hic est illaqueationis amantium modus, quo per oculos spiritalem quandam noxam spirantes, communio vtrinque fit amoris. At verò si quis id scire velit à quibus potissimum irretiamur, quonam pacto illaqueentur amantes (quod deinceps à nobis explicandum est) compendiò dicam. Fœminæ profectò viros facile capiunt & illaqueant venustate sua, formæ specie, gratia, concinnitate membrorum & ornatu, in quibus positam esse pulchritudinem Philosophi omnes censent: facilius autem illæ quę egregiam quandam indolem præ se ferunt. Facillimè autem viri capiuntur, quòd & calore multo abundent, & sanguinem spiritúmque habeant lucidissimum, calidissimum atque subtilissimum: qua in re, tanquã ad amatorios affectus prompta aptáque materia, amatoria cõsistit illaqueatio. In sanguine enim & spiritibus bona huius inferendi mali pars sita est. siquidem qui temperamento sunt calido & humido, multóque sanguine tenui calidóque abundant, ij sanè mulieres celeriter fascinare amatorio affectu possunt, præsertim si bilis sanguini commisceatur: quòd qui tali temperamento sunt, vtplurimum & magno benéque composito corpore sint præditi, specioſa facie, viuidóque colore ornati, placidi, mites, & oratores ad suadendum opti mi. Præterea amplos, glaucos atque nitentes habeant oculos, ob sanguinis & spirituum copiam: vnde fit, vt radiis visoriis ab oculis emissis, & intẽtius in amatam directis, cor ipsius vulnerent: præsertim si amata mulier temperamento pari amanti respondeat: quòd in habentibus symbolum facilis, vt vult Aristoteles, transitus fiat. Hæc sanè ad ipsas sagittas toxico amatorio infectas emittendas, hoc est radios in cor permeantes, necessaria esse Platonicæ scholæ sectatores scientissimi arbitrantur. Et si ex astris petendum iudicium sit (quamquam parum ego astrorum in his influxui ac viribus tribuo, quum magis hoc quicquid est mali, affectui corporeo amantium, & deprauato eorum iudicio, quàm astris meritò tribuendũ sit) aiunt astrorum periti, irretiri citò amantes, si in eorum genesi Venus in Leone fuerit, vel Luna vehementer Venerem aspexerit. Qui porrò frigido sunt & humido temperamento, multáque pituita abundant, aut nunquam aut rarissimè amore tentantur: vtpotè segnes, timidi, pauco calore natiuo præditi, exiguo sanguine eóque frigido secundum venas referti: vnde crassi, tenebricosi, non lucidi nec tenues gignuntur spiritus, quales ad irretiendum aptissima esse instrumenta diximus. ac propterea tales aut non amant, aut remissè ac frigidè amant, citóque desistunt. Melancholici vix amore capiuntur, ob melancholicum suecum, quo plurimo abundant: qui ad excipiẽdum amoris venenum, ob crassitiem, frigiditatem, & renixum ineptissimus est. At verò si semel amore irretiantur, vix aut nunquam solui possunt, ob immodicam tenacémque humoris naturam in affectibus continẽdis atque seruãdis. quòd elephantiasis, cancer, quartana febris, & consimiles testantur morbi. Si sanguineus amans pari temperamento adamatam deuinciat, vel contrà, leue iugum est, suaue vinculum. similitudo namque

humo

A quibus irretiantur amantes.

Lib. 2. de gener. & cor.

humorum atque temperamenti mutuum creat amorem. Sanguinis item benignitas ſpem & fiduciam amãtibus præſtat. Vbi verò bilioſus bilioſam amore deuincit, grauior morbus, fortius vinculum, viciſsitudinem quandã beneuolentiæ in huiuſmodi facit temperamenti ſimilitudo: ſed igneus ille humor accendi paratus, crebra illos iracundia turbat. Si ſanguineus amans bilioſam amet, viciſsímque ametur, aut econtrà, ob ſanguinis ſimul atque bilis miſcellam, ſuauis nempe & acris humoris, alternatio quædam fiet iracundiæ & gratiæ, voluptatis atque doloris. Quum ſanguineus melãcholicum deuincit, nodus perpetuus, non miſerrimus. ſanguinis namque dulcedo atque ſuauitas melancholiæ horrorem amaritudinémque temperat. Quum verò bilioſus melancholicum illaqueat, grauiſsimus & peſtilẽtiſsimus in talibus affectus naſcitur. bilis namque ad furorem, rixam, iracundiámque prouocat: melancholia ad mœrorem, metum, triſtitiã, & perpetuam querimoniam. vnde amantibus huiuſmodi infortunium plerumque accidit, infœlíxque exitus: qualẽ Didoni, Phyllidi, Lucretio eueniſſe, Vergilij & Ouidij carmine teſtatum habemus. Amorem verò quo inſanire homines contingit, ſanguinis eſſe perturbationem quandam (quod vltimo loco dicendum nobis eſt) illud indicat, quòd æſtus huiuſmodi continuus eſt, & alterna requie caret, nec intermiſsionem omnino habet vllam: quòd affectibus in ſanguine poſitis peculiare eſſe ſolet, vt Galenus lib. nono methodi medẽdi exactiſsimè demonſtrauit. Eſt autem perturbatio hæc in ſanguine melancholico vtplurimum. Expleuimus bona fide quæ huic tractationi de amore neceſſaria eſſe duximus, vt recta inſanientium ex amore curatio ſubiici poſſet. Eam nunc compendio ſubiiciemus, qua ſimus in hoc nobili mercatore curando methodo vſi enarrantes: quo abſoluto, finem faciemus.

Amorem, ſanguinis eſſe perturbationem.

Ergo quum illaqueationem quandam amorem eſſe demonſtrauimus, qua irretiri amans ſolet cupiditate fruẽdæ amatæ, quonã pacto curari poſſit affectus huiuſmodi explicandum. Quum autem curatio omnis contrario perfici habeat, illaqueationis autem contrarium ſolutio ſit, reſtat vt quomodo ab inſano amore ſolui amans poſsit, dicamus. Solutionis verò duplex eſt differentia: altera quidem naturæ, diligentiæ & artis altera eſt. Naturalis porrò, ab interno principio prouenit, quum ſeria & intenta in ſeipſum reuocatione, redit ad ſe malè compoſitus animus, mala quæ in amore ſunt cogitans, illáque peroſus ab ſeſe abdicans. Infandum namque amorem, hæc, Plauto atque Terentio auctoribus, mala conſequi ſolent, cura, ægritudo, inſomnia, ærumna, error, & terror, & fuga, ineptia, ſtultitiáque adeo & temeritas, incogitantia, excors immodeſtia, petulantia, cupiditas & maleuolentia. Inhæret etiam auiditas, deſidia, injuria, inopia, contumelia, & diſpendium, & quem attingit amor, magno atque ſolido mulctat infortunio: vt rectè in Mercatore Plautus dixit, & Terentius in Eunucho confirmauit. Ac proinde præcipua medendi pars fuerit, redire in ſe animum, cogitantem ſe amore inſano in ea incurrere mala à quibus expli cari, ſi ſemel altas radices egerit morbus, vix quidẽ poſsit. Id ſanè optimis amicorum conſiliis, ſuaſionibus, hortationibus perfici ſolet, quum ea effi-

CVRATIO. Amor qd.

Mala ab amore quæ.

Observationum medicinalium libri sex - page 125 sur 308

cacissimis & grauibus verbis misero amanti suggeruntur: quibus sanè cõ siliis, si dicto audiens æger fuerit, protinus in sanam mentem intra septa ra tionis coercens, ad meliora reuocabit, erroriſque pertæsus, se in rectam viam consiliis rectis dabit: tumque bona de ægro spes habenda. Quòd si monitis amicorum restiterit, & induruerit morbus, quin & amori semper indulgeat, iis difficulter abigi morbus potest: ac propterea, vt Paulus ait, obiurgandi tum & increpandi maiore sæueritate sunt, vt vel sic tandem coerceantur. amori namque protinus obsistendum, illicóque est resecandus, vt doctè Ouidius cecinit iis versibus:

Lib. 3. cap. 17.

Lib. 1. de remed. amoris.

Dum licet, & modici tangunt præcordia motus,
Si piget, in primo limine siste pedem.
Opprime, dum noua sunt, subiti mala semina morbi,
Et tuus incipiens ire resistat equus.
Nam mora dat vires. - - Et rursus Epistola 16 Heroidum:
Dum nouus est, cæpto potius pugnemus amori:
Flamma recens parua sparsa resedit aqua.

Itaque adhortationibus & blanda correctione deducendi sunt à proposito, qui perditè amant, vt & Auicenna consuluit, & docuit Paulus. Quod & ipse in hoc meo laborante, summo profectò conatu, & multis ad id suasionibus effeci: difficulter namque ab concepto amore dimoueri poterat. Fit item amoris solutio, si quis amanti ea de re amata renũciet, quæ odium pariant, vtpote turpem esse atque deformem quam ille falsò pulchram existimat: quam ille opinionem si semel imbiberit, confestim deponit amorem. Item ad ludos, conuiuia, hilares compotationes, ad ioços & amæna virentibus in locis cum nouis mulieribus & amicis colloquia traducendus æger, vt ab amatorio cogitatu reuocetur animus: quod Paulus scienter monuit, & nos in hoc ægro curando seruauimus. In amœnissimũ enim prædium suburbanum deduci hominem iussi, in quo virentia prata, horti elegantissimi atque cultissimi, fontes irrigui, adstantes mira voluptate implebant: erat aër saluberrimus, & suauissimo florum citri, myrti, rosarum odore fragrans: magna puellarum, matronarúmque caterua, tum & amicorum in id deinduſtria comparatorum copia: aderant & varij generis musica instrumenta ad exhilarandum hominem, & à summo quem conceperat amore mœroréque reuocandum, vt iis intentus, amorum obliuiscereturLudi, ioci, cantus apparati (ditissimus namque æger quum esset, & vnica lux parentum suorum, nempe vnicus, & pro indolis suæ merito valde à parentibus dilectus) nihil non in illius gratiam quod fieri humana cura & arte posset, reliqui faciebant, modò sanaretur filius. Hoc lenocinio deliniri sæuitia morbi paululum cœpit: sed tamen rei amatæ recordatio per vices insiliens adhuc mentem turbabat, quamquam solito remissius: tum verò in remotiora loca ablegandum censui hominem, vt saltem locorum distantia obliuionem induceret. Itaque in pagum amœnissimũ ad fex octóve inde miliaria distantem deduci hominem iussi vnà cum affinibus, gratis amicis atque iuuenculis consanguineis: in quo moram trahens in dies obliuiſci magis amorum videbatur. Atque hæc est solutio ea, quam fieri ab inter

Fen 1. 3. tract. 4. ca. 25.

Lib. 3. cap. 17.

Vbi suprà.

ab interno diximus, si se reuocarit à concepta insania animus, quam & naturæ esse Philosophis melioris notæ visum est. Solutionem alteram artis & diligentiæ esse affirmauimus. Sed quæ ars tanto abigendo malo inseruiat? Ars certè medica id præstare, aut nulla alia potest: atque in hoc profligando malo, perinde atque in pruritu scabiéque curandis, incedendum est. Siquidem in cute eatenus affectus ij permanent, quatenus vitiosi & marcessentis sanguinis fæx in venis, aut salsedo humorum viget in membris. Defæcato sanguine, & salsugine emollita congruis medicamentis, pruritus desinit, & fœdæ cutis maculæ vlcusculáque abolentur. Euacuationũ itaque matura diligentia, & in tempore adhibitæ medelæ, non præcipites, non incautæ, huic morbo plurimum conferunt. Repentina euacuatio & vnctio vt in scabie periculosissima habenda sunt, sic & in hoc affectu repentina omnia maximè noxia. Atque prout in scabie atque pruritu præsens in venis & membris vitium noxam parit, & exagitationem infert corpori molestam: sic & amantium quoque inquietudo tamdiu necessariò perstat, quandiu infectio illa sanguinis per fascinationem iniecta visceribus permanẽs, graui cor premit cura, vulnus alit venis, cæcis membra flammis adurit. à corde siquidem in venas, à venis in membra transitus fit. hac denique expurgata, amantium, aut verius amentium, cessat inquietudo. Id longum in omnibus requirit temporis spatium: in melancholicis verò longissimum. Itaque cauendum in primis ne immatura euellere tentemus, neque summo cũ periculo discindere, quæ tutius dissuere possumus, adnitamur. Hæc amantes curandi vniuersalis ratio: quam ego in hoc laborante magna cura, nec minore affectu multis ad eam rem excogitatis præsidiis adhibui. Quæ omnia vt ordine à me & præscripta, & ægro propinata sunt, dicam, ab vniuersalibus auxiliis ad particularia progressus. sic enim decet arte incedentem progredi. Ergo ad detrudenda quæ in stomacho & intestinis suberant, quum clysteres admittere nollet, neque vllum medicamenti genus, vt dementati solent, bolum paraui vt sequitur: ℞. Medullæ casiæ pinguis, à canna recenter cũ aqua violarum extractæ ʒ x. interioris cinnamomi electi ʒ j. ex saccharo fiat bolus. addendo pulueris senæ preparatę ℈ iiij. capiat. Hunc porrò etsi grauatè acciperet, persuasus tamen à nobis, precibus, hortationibus, tum & minis, accepit tandem: ex quo cruda multa & bili atra infecta vacuata sunt. In crastinum etiam nolenti ac reluctanti sanguinem detrahi iubeo ex media dextri brachij, detrahóque ad vncias duodecim, quòd & viribus & ætate floreret æger: prodiit autem sanguis teterrimus, & atra bili multa perfusus, crassus, fæculentus, niger. Detracto sanguine, apozema paro atrabilario succo & sanguini expurgando aptissimum, & solerti cura confectum: ℞. Borraginis, buglossæ, cichorij, scariolæ, acetosæ, scabiosæ, omnium cum radicibus, ana M. j. summitatum lupuli, melissæ, fumariæ, betonicæ, lapathi acuti, cum toto cuiusque M. ß. polypodij querni recentis non corrosi ʒ j. capillorum veneris, ceterac, polytrichi, ana M. ß. vuarum passarum exacinatarum ʒ j. prunorum dulcium paria tria. seminum melonum, cucurbitę & citrulli mundatorum, cuiusque ʒ ij. seminum lactucæ, acetosæ & papaueris albi, ana ʒ j. florum violarum,

Collatio pulchra.

borragi

©BIUM

borraginis,& bugloſsi ana P.j.florum thymi,epithymi,ana P.j.ß. Fiat omnium decoctio in aqua fontis ad ℔ ij.& coletur.Colaturæ adde ſuccorum borraginis,lupuli,& pomorum redolentium,omnium depuratorum, ana ʒ iij.iterum leuiter bulliant addendo ſacchari electiſsimi ℔ ß. Fiat apozema clarificatum,& aromatiſatum cum pulueris lætificantis Almanſoris,& pulueris diamargariti frigidi,ana ʒ j.Sumat quatuor diebus continuis,reiterando aliis item quatuor:quoniam atrabilarius ſuccus qui hominem infeſtabat,& multus erat,& ad concoctionem rebellis, craſsitie ſua & frigiditate naturæ actioni repugnans,ob id plurimo egere tempore, vt aptus ad euacuationem reddatur,perſuaſum omnibus eſt. Vbi verò in lotio coctionis ſigna apparuerunt,purgans medicamentum dedi: ℞.Prunorum dulcium paria quatuor,paſſularum exacinatarum numero xij.tamarindorum recentium & ſelectorum ʒ iij.foliculorum ſenæ Orientalis mundatorum ʒ ij.aniſi, cinnamomi electi conquaſſatorum, cuiuſque ϑ ij. epithymi ʒ j.trium florum communium ana P.j.Fiat omnium decoctio ad ʒ v.& coletur.In colatura adde catholici ʒ vj.rhabarbari electi in ſero lactis caprini per noctem infuſi cũ pauco cinnamomi electi,& mane fortiter expreſsi, ʒ j.ß.confectionis hamec primæ deſcriptionis ʒ iij.ſyrupi violacei ʒ i;. Potio paretur.Multa & varia ab epoto medicamento tum bilioſa flaua, tum atrabilaria nigra deiecta ſunt:quum poſt ſex à potione horis iuſculum de more deterſorium ex ſaccharo ſumpſiſſet, multam bilim pituitæ aquoſæ mixtam euomuit.In craſtinum bolum paraui ex ſaccharo roſaceo & bugloſſato ad ʒ iij.quem in aurora ſumere iuſsi.Nec vna tantum fui vacuatione contentus,id exploratum habens in longis morbis variis ac repetitis eſſe vtendum purgationibus,ne & virtus ab immodica ſemel atque confertim facta vacuatione diſſoluatur, & humor noxius & rebellis minimè cedat.Natura namque,auctore Galeno,non ſuſtinet repentinas mutationes:& multum aut repẽte euacuare,iuxta Hippocratis ſenſa, incertum & omnino naturæ inimicum habendum ſit. Itaque ſingulo quoto menſe vno aut altero vacuationis genere vti ægrum iubebam : dabámque interdum confectionem diaſenæ lenitiuam,quæ optimè & magna cum facilitate vacuabat.Confectione item corroborãte hac ſum vſus,qua iubebam bis in die ægrum vti,ex aqua bugloſsi & pauco vino albo, ſed generoſo. Erat autem huiuſmodi: ℞. Conſeruæ roſarum ʒ j.conſeruæ nenufaris & bugloſsi,ana ʒ vj.cucurbitæ & lactucę cõditarum cum ſaccharo,cuiuſque ʒ j.myrobalanorum emblicorum ex ſaccharo conditorum numero duo, confectionis alchermes Meſuei ʒ ij.confectionis lętificantis Almanſoris ʒ j.margaritarum ſelectarum ʒ j.ß. raſuræ eboris ʒ j. ex ſyrupo conſeruationis myrobalanorum & ſucco pomorum redolentiũ parari iuſsi confectionem mollem,quam opiatam noſtri vocant,cuius modus erat caſtaneæ magnæ quantitas.Sed inter cætera præſidia quæ illi opem tulerunt, fuit mariſcarum artificioſa adapertio. Nam memor illius Hippocratis ſententiæ, Melancholicis hæmorrhoides innatæ bonum, inanitionẽ ſanguinis è mariſcis prouocaui,ex foliis ficus fricato ano,& vnguento ex aloë,pulpa colocynthidis,& ſuillo felle parato,& liciniis immiſsis ſanguinem euocaui,

In arte medicinali c. 86. Lib.2.aph. aph.51.

magno

Observationum medicinalium libri sex - page 128 sur 308

magno ægri commodo. Ad conciliandum ſomnum ſyrupo de papauere ex aqua decoctionis lactucæ & hordei ſum ſæpenumero vſus, quem hora decubitus ſumere iubebam. Item crurum lotionibus, ex decocto foliorum nymphææ, lactucæ, ſalicis, maluarum, myrti foliis, adiectis floribus violarum, nympheæ, roſarum, & papauerum capitibus, foliiſque arundinum & pampinorum vitis: & his lotionibus maximè iuuabatur, quietior enim tum videbatur nox, nec tantum inſomnia premebant. Caput quoque hac lotione fouebam, raſo prius capillitio: ℞. Foliorum lactucæ, nymphææ, pampinorum vitis & foliorum cucurbitæ, ana M. j. ſampſuchi, betonicæ, ana M. ß: roſarum rubrarum, florum violarum, nymphææ, & ſtœchados, ana P. j. foliorum ſenæ Orientalis mundatorum ʒ j. hordei cum cortice P. j. furfurum P. ß. Fiat omnium decoctio in lixinio leni, & adiecto pauco vino albo fiat colatura, ex qua caput lauetur, ídque leniter, & abſque magna frictione, ſed ex alto delapſa aqua huiuſmodi tepida, inſtar embrocæ, vt ſic magis in interiora capitis perſuturas ſeſe demitteret, perfundi caput iubebam. Agitatio namque & frictio capitis in hoc affectu valde noxia eſt, vt cuique patet. Sum & interdum catapotiis ex fumaria cum aureis vſus: verùm quum grauatè illa ſumeret, ad alia euacuantium præſidiorum genera me conuerti, nempe ad ſyrupum magiſtralem huiuſmodi, quo ſemel bisve in menſe vtebatur. Cuius hæc eſt deſcriptio: ℞. Vtriuſque cichorij, vtriuſque bugloſsi, acetoſæ, lactucæ, endiuiæ, ſummitatum fraxini, tamarici, lupulorum, fumariæ, & ſcolopendrij, ana M. j. ellebori nigri detracta medulla, ʒ j. ſeminum aniſi, cinnamomi electi conquaſſatorum, ana ʒ j. ſeminum melonum mundatorum ʒ iij. ſeminum papaueris albi & lactucæ, ana ʒ j. ß. polypodij querni recentis ʒ j. vuarum pinguium exacinatarum ʒ j. ß. prunorum dulcium numero x. tamarindorum electorum ʒ j. glycyrrhizæ raſæ & conquaſſatæ ʒ vj. foliorum ſenæ Orientalis mũdatorum ʒ j. epithymi ʒ iij. florum, violarum, borraginis, bugloſsi, nymphææ, roriſmarini, & ſtœchados, florum thymi, ana P. j. Fiat omnium decoctio in aqua hordei recenter facta ad ℔ j. ß. & coletur. In colatura diſſolue ſyrupi de cichorio cum rhabarbaro ʒ iij. ſyrupi roſati ex infuſione roſarum ʒ iiij. ſyrupi de epithymo & de pomis Sapor Regis, ana ʒ ij. Fiat ſyrupus longus perfectæ decoctionis, aromatiſatus cum rhabarbari electi in panno raro cum pauco cinnamomi ligati, & inter bulliendum ſæpe expreſsi ʒ ß. modus huius erant ʒ iij. cum aqua hordei: & mirificè huius ſyrupi vſu alleuatus æger eſt, & in ſe reuerſus, iam inſaniam deponere, & prudenter ſe gerere incepit. Balneo quoque totius corporis ſum fœliciter vſus, ex Pauli præcepto, qui amantes à ſapientioribus deprehenſos, in balneum, compotationem, geſtationem & ludos, fabuláſque eſſe traducendos ſaluberrimè monet: quos nonnulli, eorum affectum ignorantes, balnei abſtinentia, ſolitudine, ac tenui victu conſumpſerunt, contra quàm fieri decebat. ſunt enim eiuſmodi dira labe tanquam fulmine icti, in omni tum animi, tum corporis tranquillitate tenendi. Balneum huiuſmodi fuit: ℞. Maluarum, althææ, foliorum lactucæ, nymphææ, cucurbitæ, fumariæ, lupuli & lapathi acuti, ana M. iij. ſaluiæ M. j. roſarum rubearum P. iij. florum nymphææ, violarũ, borraginis

Lib. 3. cap. 17.

Balneum.

©BIUM

raginis & bugloſsi, ana P. ij. florum ſtœchados P. j. capitum veruecis numero ij. fiat omnium decoctio in ſufficienti quantitate aquæ fontanæ pro balneo, in quod deſcendere ægrum iubebam vna poſt ſolis ortum hora, multo tepore attemperato balneo, in quo moram agebat ſeſquihoram. quo in tempore muſicis inſtrumentis & ſuorum præſentia amicorum, ægri animum delinire fomento ſalutari iuſſeram, cantilenis, fabulis ridiculis, & id genus blanditiis, quæ à tetrico mœrore reuocare miſerè amantis animum poſſent. Balneo hoc, totos dies octo vſus eſt: alternis tamen diebus, quòd ſingulis ingredi reluctaretur æger. Exeunti à balneo, & in mollibus ſtragulis collocato, ſudare non ſinebam: ſed conquieſcere, donec conceptus à balneo calor reſediſſet: túmque optimum & valentis alimoniæ cibum ſumere iubebam. Iuſsi etiam vt quandoque balneum duabus ante cœnam horis ingrederetur: id enim ad humectandum corpus, & ad alimentum in membra deducendum, in huiuſmodi affectibus congruẽtius eſt. Victus ratio. Porrò quod ad victus rationem attinet, humidam, probi ſucci, & quæ alendo eſſet, præſcripſimus, altilium gallinarum iuſculis, caponum atque perdicum carnibus, vituli, hœdi, atque iuuenum columborum, ægrũ vti conſuluimus, ídque elixis potius quàm aſsis. Ferculis parem tum alendi tum humectandi facultatem habentibus, pane loto, cremore hordei, amygdalino lacte, oryza in tenuiſsimum pollinem redacta, ex caprino lacte cum ſaccharo multo incocta, quo ferculo maximè iuuabatur. Ad vltimum verò & lactipotatione caprini lactis ægrum mirificè leuaui atque refeci: extenuatus namque valde erat, tum à vigiliis & cura, qua amantes torqueri ſolent: tum verò ab inſania & inedia, qua multa menſes totos ſex ſui oblitus miſerè affectus fuerat. Iuſsi autem menſem totum integrum lacte vti, cuius aſſumendi modus ac ratio hæc fuit: Exonerata aluo veſicáque, animante ad laborantis cubile delato, emũgi animal iubebam in vitreo vaſe intra teſtaceum aqua calente plenum poſito: ád cuius vitrei vaſis os panniculum lineum appoſitum erat tenue & rarum, quo ceu colo lac in ſubditum vas transfundebatur, in cuius fundo ſacchari electiſsimi in tenuiſsimum pollinem redacti vncia inerat. Emuncto lacte, vt erat ab vbere extractum, deuorari ab ægro ſuaſeram ad vncias octo, ab initio mox quantitate aucta, vt ſic ſine noxa aſſueſceret lacti. Aſſumpto lacte, ſomnum conſulebã, quo concoctio aſſumpti lactis contractione natiui caloris melior fieret, & in habitum corporis alimonia maiore tranſiret. factum inde eſt, vt poſt viginti dies habilior, coloratior, ſibi conſtans, & mente & corpore ſanus, annuente Deo, conſtiterit. Cui ob præcautionem ne in morbum relaberetur, conſului vt quàm poſſet longiſsimè à loco amatæ ſeſe abduceret, negotiationi operam impẽdere vellet, ſéque curis ſeuerioribus daret. Nam, vt rectè lepidiſsimus Poëta conſuluit:

Lib. 2. de rem. amoris.
Manat amor tectus, ſi non ab amante recedas:
Vtile finitimis abſtinuiſſe locis.

Et alio loco:

Lib. 10. metamorph.
Ire libet procul hinc, patríæque relinquere fines,
Dum ſcelus effugiam: retinet malus ardor amantem.

Namque,

Ocia ſi tollas, periere cupidinis artes: vt ille dixit lib. de remedio amoris. Hac

victus

victus ratione,& dextero medicamentorum vsu,miser hic amans ab insania plenè liberatus est,& de cætero rei augendæ intentus,cupidinis & insani amoris castra fugit, prudenter & circumspectè omnia agens. Cuius exemplo discere omnes rectè amantes possunt,in quas tenebras cæcus amor incautos homines cõiiciat:vt inde,ceu à Circes & Calypsûs diro veneno tinctis poculis, cauere sciamus, & Vlysis exemplo, virtutis & pulchri summíque boni studiosi,ipsum vnum colere,reuereri,totísque animi viribus & integra mente amare Deum optimum maximum,per omne vitæ spatium consuescamus,illíque firmiter adhęreamus: vt hoc terreno carcere liberati,frui nectare & ambrosia deorum in cœlis, ductore ipsomet Deo fonte amoris,valeamus.

OBSERVATIO OCTAVA.

ANTONIVS Boche Patritius Arelatensis,filius Domini à Vers,adolescens decem & octo annorum,vulnere in ventre accepto sub sinistro hypochondrio,penetrante vsque ad renũ substantiam, rene sinistro intestinisque tum tenuibus,tum crassis vulneratis, magnis subsecutis torminibus,singultu,animi defectionibus,tandem vndecimo die moritur.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

NOBILIS hic iuuenis accepto in sinistro hypochondrio vulnere punctim facto,in grauissima paulò post incidit symptomata,ad quæ mors haud ita multò post insecuta est, nempe die vndecimo. Quænam autem fuerit vulneris magnitudo, qualiáve symptomata,iam promendum. Vulnus quidem ingens fuit, valida robusti iuuenis manu in viscera adactum, mucrone in altũ descendente.Pars vulnerata,erat ventris media pars:nam paulò sub hypochondrio sinistro sese mucro insinuarat,& intrò sibi viam per intestina faciens adusque renes penetrarat, magna introrsum subsequuta hæmorrhagia. Hæc vulneris magnitudo fuit.Quàm verò periculosa sint quæ intra perito
» næum cõduntur vulnera,expressit in hæc verba Galenus:Et sanè, inquit, Lib. 4. me-
» vulnus quod intra thoracem intráve etiam peritonæum penetrauit, non th. med.&
» paruum periculum affert, potissimum si quid interiorum vnà sit vulnera- lib. 5. etiã.
» tum.Et rectè quidem id:nam peritonæum quum membranosa substantia
constet,eáque prædura ac neruea,coalescere dissectionem passum nequit, grauémque infert doloris sensum, & conuulsionem accersere paratum, ob nerueam illius naturam.Quum enim discissum fuerit os,aut cartilago, aut neruus,inquit Hippocrates, neque augetur neque coalescit. ea causa Lib. 6. a-
est cur talia vulnera curari minimè queant, quòd committi inuicem vul- phor. aph.
neris labra non facilè possint,quod ad coalitionem necessarium quidem 19.

Observationum medicinalium libri sex - page 131 sur 308

eſt. Doloris verò, vigiliarum & conuulſionis periculum afferre vulnera huiuſmodi, vel experiẽtiæ fide certiſsimum haberi debet: quod & in hoc iuuene, & in pleriſque ſic vulneratis perſpeximus, & teſtatus eſt conceptis verbis Galenus, inquiens: Vbi tendones, & nerui, & carne vacua atque oſſea loca vulnerata ſunt: hîc doloris, vigiliarum, conuulſionis & delirij pe-
Lib. 4. meth. med. riculum inſtat. Quæ omnia iuuenis hic ferè paſſus eſt. Nam mox ab acce-
pto vulnere dolores graues oriri cœperunt in toto epigaſtrio, multi rugi
tus & murmurilla ſentiri, venter intumeſcere, ac phlegmone tentari cœ-
pit. Nam quum multus ſanguis intrò fluxiſſet, diſciſsis internis viſcerum
Lib. 6. aphor. aph. 20. venis: neceſſe autem ſit pro Hippocratis ſententia ſanguinem in ventrem effuſum ſuppurari: conſequens certè fuit, vt in ventris cauitatem magna ſanguinis copia ſe effundente, putredo magna ſanguinis extra naturalem locum deducti ſubſecuta ſit, vnde & febris, & dolor, & phlegmone genita immedicabilem ægro noxam attulerint. Doloris itaque ingentis, quo ſupra modum premebatur, cauſa erat, tum partis magna intemperies, tum & magna quoque vnitatis ſolutio vulnere facta: adhæc ingens partis ac phlegmonoſus cum tenſione, duritie ac renixu tumor, ob copioſum ſanguinem effuſum ac putreſcẽtem. Eæ enim certiſsimæ doloris cauſæ à Galeno & Medicis omnibus ſtatuuntur. Murmurilla verò & flatus qui percipiebantur, à debili calore natiuo partis gigni prorſus videbantur.
Cap. 2. Ea enim eſt vaporantis ſpiritus quem flatum nominãt generatio, vt ab imbecillo partis calore generetur, vt Galeni lib. 6. de ſympt. cauſis ſententia eſt. Eſt enim flatus, vaporoſa quædam, auctore Galeno, aëreáque ſubſtantia, in eam naturam à debili calore degenerãs, atque hic ſpiritus ſi ſupernè per os emiſſus fuerit, ructus dicitur: murmurillum verò, ſpiritus eſt ſeu flatus intrò fluctuans nec emiſſus. Ac proinde cur in hoc vulnerato & flatus multo plurimi & murmurilla in ventre audirentur explicare facillimum eſt. Nam imbecilliore reddito partis vulneratæ calore, & febrili atque extraneo partem occupante, cum ichorum multorum affluxu & ſanguine ibi putreſcente copioſo, flatus inde gigni conſequens omnino ac neceſſarium fuit. quibus quum via ad exitũ nec ſupernè nec infernè pateret, intrò fluctuantibus, murmurilla excitari prorſus oportuit. Obſtruebatur enim infernè ad ſedem via, inteſtinis multa obſtructione & grumis ſanguinis obductis, atque etiamnum phlegmone obſeſsis: ſurſum verò ad ventriculum, qua ructu emitti flatus poſſent, nec itidem patebat via, vulneratis vtique tenuioribus inteſtinis, & multo ſanguine effuſo atque grumoſo differtis. Vnde ſingultus creber in hoc iuuene per cõſenſum ad vulneratas partes oriri videbatur. Qualis namque affectio muſculis conuulſio eſt, talis eſt ſingultus ſtomacho, nempe illius conuulſio quædam, ſi
Lib. 7. aph. com. 3. & lib. 6. aphor. com. 39. quid Galeno creditur. Equidem quum teter vapor à febrili calore ſublatus, & multa in viſceribus putredine ventriculum tentaret, affectis recurrentibus qui in eo ſunt neruis, ſingultum creari fuit neceſſe, eo conuulſiuo motu quod noxium erat ſatagente expultrice ventriculi facultate depellere. Quin & cerebrũ in participatum tanti mali venire (quum neruea partes atque membranoſæ vulneratæ eſſent) ſingultus ille indicabat, vt bel

lè Gale

lè Galenus lib.7.aphoriſ.com.3,dixit. Animi porrò defectiones, quæ ægrum hunc infeſtabant,& virium defectum,& teterrimos ad cor peruenire vapores planè monſtrabant: virium porrò defectum, tum magnitudo morbi,tum quæ morbum comitabantur vehementia ſymptomata, pariebant.In magnis namque morbis,ſuperata corporis rectrice facultate, magnam fieri & natiui caloris & ſpirituum diſſolutionem omnino oportet, vnde virium defectio conſequatur. Siquidem corporis vires in natiuo calore plurimo & bene temperato & ſpirituũ copia conſiſtere planè videntur.Siquidem eſt natiuus calor natura noſtra,quæ ſolida corpora regit, vt Galenus lib.de tremore,& primo aphoriſ.com.15,& quarto aphoriſ.com. 37. conceptis verbis affirmauit. Hæc morbi in hoc iuuene atque ſymptomatum ratio.

Gal. com. 7.ad 3.progn.Hippo. & lib. de totius morbi temporibus.

Gal.lib. 2. aph.cõ. 1.

CVRATIO.

Nunc quid opis atque præſidij attulerimus(etſi parum cuncta profuerunt,quòd lethale omnino vulnus eſſet)dicemus. Nam etſi minimè contulerint,non tamen ob id infamanda remedia, quæ plurimis fuere ſaluti, vt docta Galeni lib.xj.Methodi medendi ſententia eſt. Itaque quum ad hunc grauiter vulneratum vocati eſſemus, quum iam chirurgus abſque medico manum ægro admouiſſet,ea quæ primo apparatu fieri ſolent admouens vulneri, viderémque nihil ægrum aluo deiicere, metuens ne ab grumis ſanguinis intrò concreti mala deinde accidentia (quod & factum eſt) ſequerentur:mox clyſterem iniiciendum ſum iure optimo arbitratus. Illi igitur clyſterem huiuſmodi paro: ℞. Maluæ, althææ, mercurialis, bliti, caulium rubeorum,ana M.j. thymi M. ß. ſatureiæ tantundem (grumos enim & ſanguinem concretum vtraque diſſoluit,vel Dioſcoridis teſtimonio) florum chamæmeli & meliloti,ana P.j.ſeminum lini,fœnogræci,aniſi & anethi,ana ʒ iij.furfurum P. j. fiat omnium decoctio ad ℔ j. In colatura diſſolue catholici ʒ j. hieræ picræ Gal.ʒ iij.olei violacei ʒ iij.ſacchari rubei ʒ j.Miſce:fiat clyſter.eo iniecto grumi ſanguinis concreti multi cum excrementis magno cum fœtore prodierunt.Quum verò & febris & dolor ingens ſecundum renes & ventrem valde premerent, & paucus omnino è vulnere ſanguis fluxiſſet(moderatè enim è vulnere manare ſanguinem vtile eſt,vel Hippocratis & Galeni teſtimonio) cõmodum viſum eſt ſanguinem mittere,quòd & iuuenis florenti ætate eſſet, & viribus valens,morbíque magnitudo id ſuaderet.In morbis acutis,inquit Hippocrates,ſanguinem detrahe, ſi & æger ætate floreat, & viribus abundet: tum quòd magnarum febrium & exacerbatorum dolorum præſentaneum remedium ſanguinis miſsio eſt,ſi quid Galeno creditur. Detraho itaque ſanguinem,pro virium tenore,ad vncias octo:interea febri proſpicio tũ congrua victus ratione,tum medicamentis refrigerantibus & humectantibus. Quoniam verò ingens dolor hominem torquebat, ſedandus ille protinus fuit,ídque cataplaſmate ad ventrem admoto,ex farinis vocato, cuius hæc eſt deſcriptio: ℞. Farinæ fabarum,hordei,lentium & lupinorum, ana ʒ iij.farinæ ſeminis lini & fœnogræci,ana ʒ ij.farinæ orobi ʒ j.croci ʒ ij.bulliant farinæ cum pauco aceto & melle ad conuenientem glutinoſitatem.Fiat cataplaſma ſecundum artem.Quin & hoc altero vſus ſum,quum

Hippocr. lib.de vul. Gal.lib.4. meth.med. Lib. 4. de rat. vict.acut. textu 16. Lib.1.aph. com.23.

Cataplaſma è farinis.

Observationum medicinalium libri sex - page 133 sur 308

hoc parum prodeſſet: ℞. Micæ panis albi in lacte caprino infuſæ ℔ j.ß. olei violacei & roſati, ana ʒ iij. vitellorum ouorum numero quatuor, roſarum rubentium, florum chamæmeli & meliloti pulueriſatorum, ana ʒ j. farinæ fabarum ʒ j.ß. croci ʒ j. Miſce: fiat cataplaſma, quod admotum dolorem planè leniuit, & vētris tumor atque durities tantiſper remitti viſa ſunt. Sed poſtea recruduit malum, nimirum lethali vulnere affecto ægro. Hunc etiam medicamento dato tertia die purgauimus, ex infuſo rhacomatis, ſyrupo roſaceo, & aërio melle, quod Mannam vocant. Scammoniata dare veritus ſum, tum ob febris magnitudinem, tum ne infra ad loca vulnerata maior detruderetur excrementorum copia. Siquidem, etſi in ventris vulneribus purgationem conſulat, lib. de morbis, & lib. de vulneribus Hippocrates, atque poſt eum Galenus: nihilo ſecius tamen, quum à parte fluxione tentata reuellere potius, quàm ad eam trahere magis expediat, vel eorundem auctorū teſtimonio, præſtat clementia potius & lenia, quàm delecta ſoluentia medicamenta dare. Prodierunt excrementa bilioſa, aquoſa, diluta, malè olentia, & multis ichoribus ac thrūbis ſanguinis referta, & à quibus nihil æger leuabatur, quòd nimirū lethale malum eſſet. Vbi verò ad ſextū diem æger proceſsit, validiora omnia fieri, grauia vrgere ſymptomata, vires deficere, animo angi æger, & inquietudine magna premi cœpit: tum vigilare, nec vno conſiſtere loco, ob doloris vehementiam. intumuerant namque quæ circa vulnus erant partes, nempe phlegmone tentatæ. Porrò vlcus ſiccū erat, nec quicquam ab eo turundis emiſsis niſi valde exiguum, ídque fœtidum & liuens emittebatur: dirum in vulneribus malum. Itaque ad hunc modum miſerè conflictatus iuuenis, ad vndecimum vſque diem proceſsit: ſub cuius noctem mors tandem inſecuta eſt, victa vtique à vulneris tum magnitudine tum malignitate natura. Cui leuando iuueni non operoſa medicorum manus, & ſedula cura, non chirurgorum induſtria, non aſsidentiū plena amoris & officij charitas, paria eſſe nō potuerūt. Quis enim lethalia toto genere vulnera ſanabilia faciat? Hoc Dei tantùm munus eſt: hæc vis atque poteſtas ſolius eius eſſe agnoſcitur, qui mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Mortuo iuuene, quū ab vrbis præfecto iuſsi eſſemus de vulneris illati ratione pro ſententia dicere, ac teſtimonium ferre: de parentum conſenſu ac iuſſu, diſſecari cadauer fecimus, quò quàm altè deſcendiſſet telum, quæ intus partes vulneratæ eſſent, oculari inſpectione deprehendere ipſi poſſemus. quod ad ſententiam pro teſtimonio dicendam neceſſarium omnino eſt. Neque enim medicus lethaléne ſit vulnus nécne aſſerere vſquam poteſt, non prius vulneratis partibus inſpectis: vt ex rei natura qua de agitur exploratiſsimum haberi debet. Itaque quum inteſtina craſſa & tenuia ſimul magna diſciſsione pertuſa eſſent (colon namque & ileon vulnere transfixa erant) tum & ren ſiniſter itidem vulneratus, lethale omnino vulnus fuiſſe, ex eorum numero quæ ſemper mortem adferre ſoleant, pro Hippocratis, Galeni & Celſi ſententia adſtruximus: ſícque magiſtratui pro veritate teſtimonium ferre in animum induximus. Vt verò ſit pro teſtimonio dicendum medico, Enarratione octaua lib. iij. noſtrarum Enarrationū, exactè docuimus.

Lib. 4. metho. med.

Hipp. lib. 6. aph. 18, & Gal. in com. Celſus lib. 5. cap. 26.

OBSER

OBSERVATIO NONA.

IACOBVS ab Aqueria Patritius Arelatensis, secundum ventrem vulneratus, vulnere ad intestina penetrante, quinto die moritur. In cuius demortui conspectum quum qui vulnus intulerat, à magistratu deductus fuisset: vbi coram stetit, mox è vulnere atque è naribus demortui, sanguis cum sonitu & spuma sanguini intermista fluere cœpit: spectante multa hominum turba quæ eò cõfluxerat, quos inter ipse spectator testisque oculatus fui: & vnde id proueniat, Obseruatione hac fiet à nobis manifestum.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

VT superiore Obseruatione dictum à nobis est, quæ vulnera intra corpus penetrant, & membranam peritonæum discindunt, vnáque intestina vulnerant, ea profectò lethalia plerunque sunt, vt de Galeni sententia tum lib. 4. tum 5. methodi medẽdi probauimus: præsertim vbi cum peritonæo vulnerato aliquid intra ventris cauitatem vulneratum est. Vti in hoc nobili viro accidit, cui quum acutissimo ense venter esset perforatus, transmisso peritonęo, ingẽs in intestinis tum crassis tum tenuibus vulnus accepit, exeunte vtique per vulnus stercore. Ad quem vocati, magna angustia hominem conflictatum inuenimus, sese præ dolore iactantẽ, nec vno consistentem loco. Cui quum omnia essent à nobis auxilia præscripta, quæ vulneris ratio exigebat, missus etiã mox ab accepto vulnere sanguis, & quæ chirurgi operam requirebant, pro dignitate & rei magnitudine omnia expleta: nihilo secius tamen in deterius labi in momenta singula videbantur cuncta, quòd natura repugnante (vt Hippocrates & Celsus dixerunt) sint omnia vana. Et in lethalibus morbis, etsi secundum rationem omnia facias, minimè tamen secundum rationem succedit: quòd videlicet natura, morborum verè medicatrix sit, medicus tantùm minister, vti ab Hippocrate & Galeno scitissimè dictũ est. Itaque in hoc ægro mox tertio die vulnus liuidum fieri, pus manans fæculentum, sordidum, nigrum, fœtens apparere, stercus per vulnus continuò prodire, crassorum intestinorum vulneratorum indicium: tum verò extrema frigescere, præcordia verò immensè calere (intrò cõceptæ phlegmones testimonium) cœpere: sitis ingens, æstus maximus, sudor frigidus secundum frontem & faciem totam atque ceruicem apparere, lethalis prorsus morbi indicium. Vnde est illud Hippocratis: Frigidi sudores cum acuta quidem febre facti, mortẽ significant. Et rursus: In febribus non intermittentibus, si partes exteriores frigidæ, interiores vruntur, & sitim habent, lethale est. quòd, vt in commentario eius aphorismi scitissimè dixit Galenus, Quum aliqua fortis inflammatio in corporis parte profundiori, vel erysipelas euenerit: totus ex toto corpore sanguis ad

Hipp. lib. de lege. Celsus lib. 3. cap. 1. In Epid. & 1 arte med.

Lib. 4. aph. aph. 37. & 48.

Observationum medicinalium libri sex - page 135 sur 308

locum trahitur patientem. Atque ideo vruntur profunda, ſed cutis refri-
geratur, vt fit in principiis acceſsionum. Hæc Galeni eius ſymptomatis
explicatio. Quamobrem quum in hoc vulnerato ingẽs phlegmone ſecun-
dum vẽtrem ſubeſſet, inflammata vtique vulnerata parte, quid mirum ex-
trema perfrigerata fuiſſe, internis ardorem ſentientibus? Quarto die pul-
ſus deficere, vt planè ἄσφυκτος eſſet, mox delirium, conſentiente vtique ner
uorum principio, multis ſurſum latis vaporibus tetris, dein vox deficere
cœpit, luminá que tenebris offundi, inde die quinto mors. Hæc vulnerati
huius hiſtoria, hæc vulneris & ſymptomatum ratio. Diſſecto cadauere, in-
teſtina tum craſſa tum tenuia multis vulneribus confoſſa reperta ſunt, in-
génſque circa vmbilicum tumor phlegmonoſus, thrumbi ingentes ſangui
nis cõgeſti multo plurimi, lacerata interanea omnia, vulnúſque è lethaliũ
numero fuiſſe magiſtratui pro teſtimonio retulimus: mortémque illato
vulneri eſſe meritò adſcribendam, ex artis dignitate, auctorúmque teſti-
Lib. 6. aph. monio iure affirmauimus: dicente vtique Hippocrate, veſica diſciſſa, aut
aph. 18. cerebro, aut corde, aut ſepto, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, lethale
eſſe. Quod & in commẽtario aphoriſmi illius Hippocratici, qui decimus-
octauus ſextæ ſectionis eſt, confirmauit Galenus: & ante eum libro quin-
to Latinus Hippocratis interpres Celſus, eius libri capite viceſimoſexto.
Cur præſente interfectore ſanguis manarit, ingens profectò & obſcura
quæſtio eſt. Permirum enim profectò haberi debet à corpore mortuo, cu
ius vis omnis iam diſſoluta eſt, ſanguinem quaſi naturę ductu fluere, ídque
aſsidente eo qui vulnus intulit. Sed tamen etſi in abditiſsimis interioris
philoſophiæ penetralibus res hæc tota recondita ſit, non eſt quòd deſpe-
randum ſit non inde poſſe veritatem elici. Inquiſitionis namque & inue-
ſtigationis omnis principium, admiratio quæ in res difficillimas cadit, iu-
re eſſe cenſetur: propter admirationem enim (quod primo Metaphyſi-
ces ab Ariſtotele ſcitiſsimè dictum eſt) homines nunc & primò philoſo-
phari cœperunt. Huius euentus admirandi cauſam ſupra Obſeruatione
ſeptima huius libri adduximus, nec eam repetere hîc pigebit, quòd pul-
chrà quæ ſunt, etiam repetita decies placere ſoleant. Vt igitur tantæ rei ra
tionem reddamus, illud in confeſſo haberi debet, in recẽns extincto homi
ne non protinus calorem omnem euaneſcere, etſi vita eum deficiat: quod
& experientiæ fide deprehendimus. Videmus enim quorundam recẽns
mortuorum corpora ad aliquot horas poſteaquam è vita exceſſerunt cali
da remanere, veſtigio nimirum quodam vitalis caloris remanente: prout
item in hypocauſtis & æſtuariis & furno, amoto igne, experimur. Nam &
calor ibi reconditus nullo exiſtente igne cernitur, ibíque ad diem vnum
aut alterum perdurat, vt cuiuis experiri promptiſsimum eſt. Itaque quum
non prorſus calor omnis à corpore recẽns interempto euanuerit, nec agi
tatio omnis perierit, víſque omnis interior (quod & in iugulatis animali-
bus experiri licet, quæ ad tẽmpus aliquod, poſteaquam iugulata fuêre, ca-
lere perſpicimus, & carnes itidem motu palpitationis quodam agitari) ef-
ficitur, vt ab occulta illa & latẽte in corpore mortuo vi, humores, præſer-
tim ſanguis & bilis, exagitentur ac commoueantur: quòd naturæ arcano

Cur præſente interfectore ſpfluat è vulnere ſanguis ab interfecto.

quodam

quodam nec nobis ſatis perſpecto motu vis illa interior vltionem quaſi exigere videatur: móxque à tacita illa vi bilis concitata accendatur, ob leuitatem & pronum ſui motum: ab ea accenſa ſanguis quoque excitetur, & in vulnus prorumpat, patefacto ad exitum per vulnus meatu. Eôdem concurrit vaporoſus qui cum ſanguine eſt ſpiritus, qui protinus ſpiritali quadam motione in eum qui occiderit, ſi præſens ſtet, directus & quaſi auolans, in eum migrat, præſertim ſi interemptũ intentè qui interemit aſpiciat. Vnde fit vt vulnus cruorem admirabili & arcano hoc motu effundat, & verſus interimentem eiiciat, quòd ad horas octo aut decem nondum omnis in recêns iugulato euanuerit calor: quo agitante ſanguis ſpiritus repetit ſuos, viciſsímque & ſpiritus etiam ipſi ſuum attrahunt ſanguinem, vnde ipſius manatio & effluxus per vulneratam partem conſequitur. Hæc probabilis ratio, quæ in re tam difficili atque perplexa excogitari ab homine philoſophiæ haud imperito poteſt. Sed magis certè credendum, arcano Dei iudicio, interfectorem tali nota prodere volentis, id fieri. Sanguis namque interfectorum ad ſui vindictam clamat ad Dominũ, vt Geneſis quarto de Abel ſcriptum eſt à fratre Caim interfecto: Vox ſanguinis fratris tui, dixit Deus, clamat ad me de terra. Ne ergo indagationibus quæ ſupra hominis captum ſunt innitamur, ſed ſapiamus ad ſobrietatem.

OBSERVATIO DECIMA.

IOANNES Coblet Piſcator, angina graui laborans, & in præfocationis periculum adductus, craßiore reddita lingua, vt præ tumore contineri intra os minimè poſſet, exertáque lingua, rubentibus & prominentibus oculis, in horas præfocari videbatur, conuerſo extrorſum tumore & ſuppurato, liberatur integrè.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

ANGINAM periculoſiſsimum eſſe affectum, citóque interimentem, rectiſsimè ab Hippocrate dictũ eſt: Angina, inquit, periculoſiſsima eſt, celeritérque enecat, ſi neque in faucibus neque in ceruice quicquam apparet, ſi dolor vehemens eſt, ſi vix ſpiritus trahitur. etenim eodem die iugulat. Itaque quũ interni faucium muſculi inflammantur (Paulo auctore) angina accidit, quam συνάγχην Græci nominant: externis verò inflammatis, παρασυνάγχη vocata gignitur, quaſi iuxtanginam dicas. Si in ſuperiore gutturis parte, quam λάρυγγα Græci nominãt, inflammatio ſubſederit, ídque in internis muſculis, λυνάγχλω, hoc eſt, cynanchen vocitant: vti externi ſi inflammatione tententur muſculi, παρασυνάγχλω eſſe dicunt. Hic itaque vir quo de ſermo nobis in præſens eſt, quum bono corporis habitu eſſet, plethorico ac ſucci pleno corpore, ſeſéque media hyeme, aquilonibus vehementer flantibus, ob eam

Lib. 3. præfagiorum tex. 18.

Lib. 3. cap. 27.

Observationum medicinalium libri sex - page 137 sur 308

quam exercet piſcatoriam artem, expoſuiſſet, diu multúmque in aëre frigido profundíſque paludibus cõſtitiſſet, defluxio à cerebro in fauces derepente procubuit. Angina namque, vel Hippocratis teſtimonio (ſi modò Hippocratis eſt liber quartus de ratione victus in morbis acutis) fit, inquam, angina quum hyeme aut vere multa eadémque fluxio viſcoſa ad iugulares venas deſcenderit, quæ quidem, vtpote amplæ exiſtentes, plurimum ad ſeſe & humorem & ſpiritum contrahunt. Quæ ſanè fluxio faucium implens partes, meatus ſpiritus & gulæ obſtruit, fixo in partibus illis humore craſſo vtplurimum, viſcido ac lento: vnde & ægri ferè ſuffocantur, & eorum lingua intumeſcẽs oris cauitatem implet. Vnde nec loqui niſi ſumma cum difficultate, nec maxillas diducere, nec aperire os, nec deglutire niſi maximo labore poſſunt. Hæc omnia grauiſsimè ægrum hunc conflictarunt. ingens namque tumor internus in faucium radicibus ſubſederat, ſumma ac difficillima ſpirandi ratio, vt nonniſi recta ceruice ducere ſpiritum poſſet, dolor pulſatorius, & inflammationis ſumma cum grauitate ſenſum inferens, ab ægro in faucium radicibus percipiebatur, ingens & æſtuoſa febris, linguæ in vaſtam molem tumefactio, loquela difficillima, vt è naribus magis quàm è lingua profluere ſermo videretur, quòd iis qui angina corripiuntur familiare ac proprium eſſe ſolet, ob vocis & ſermonis impeditas partes. Vnde fit vt non bene intus refractus aër, ob linguæ tumentis immobilitatem, & vocalium partium à defluxione obſtructionem, in nares per meatum communem recurrens, inarticulatum & quaſi de naribus manantem ſermonem creet. Febris ingens ſuberat, ſummus in genis totáq; facie, ſed præſertim in oculis, rubor, ob vaporum à ſanguine manantium ſurſum in caput elationem. Capitis & totius corporis grauitas ac confractio quaſi quædam, ſpiratio crebra, difficilis, & cum ſtertore apparebat, vigilia omnimoda, etiam leui delirio coniuncta. His ſymptomatis noſter ægrotus vehementiſsimè premebatur: vnde angina eum eáque grauiſsima laborare perſpectiſsimum nobis fuit. Quid enim perſpicuum magis dici cenſeríque poteſt, quàm quod ſenſibus expoſitum, ipſum de ſe fidem facit, tum quoad ea quæ morbi eſſentiam explicant, & ſedem affectam demonſtrant, tum etiam quoad ea quæ ad accidentium rationem pertinent? Accidẽtia namque, auctore Ariſtotele, magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt. Itaque coniectura artificioſa deprehẽdimus, angina premi ægrotum hunc, quod & ſedes affecta, fauces, inquam, & quæ diximus ſymptomata abundè monſtrabant. Dignoſcuntur nempe affectus ipſi, auctore Galeno, tum ab actione læſa, excrementis, poſitu, doloris proprietate, & propriis accidentibus & loci natura. Perſpecta igitur affectus huius natura ac cauſis, per ea quæ recenſuimus ſigna atque ſymptomata, ſupereſt vt curationis modum quo in hoc ægro curando vſi ſumus, ſubiiciamus.

Lib. 1. de anima c. 1.

Lib. 1. de loc. aff. ca. 5. vet. tra. & lib. item 2. ca. 3. nouæ verſ.

CVRATIO. Ad hunc igitur vocatus, quum in præcipiti rem ægrotantis eſſe præ affectus magnitudine deprehendiſſem, aſsidentibus id prænuntiandum optimum factu iudicaui: ſiquidem (quod Celſus monet) prudentis hominis fuerit, eum qui ſeruari non poteſt, non attingere: nec ſubire ſpeciem eius vt occiſi,

Lib. 5. cap. 26.

vt occiſi, quem ſors ipſius peremit. Sed vbi grauis metus, ſine certa tamen deſperatione eſt, indicare neceſſariis periclitantis in difficili rem eſſe: ne ſi victa ars malo fuerit, vel ignoraſſe, vel fefelliſſe ſe videri poſsit. Quod & ipſe in hoc caſu fide bona præſtiti: móxque ad curam ſumma diligẽtia intentus (neque enim morbus inducias dabat, procraſtinatorémque medicum poſcebat, morbo vtique & periculoſo & acutiſsimo exiſtente, in quo eodem die medicari iuſsit Hippocrates, quòd dilatio in huiuſmodi pernitioſa ſit) hominem curandum ſuſcipio, in hunc qui ſequitur modum. Clyſterem primùm paulò acriorem præſcribo, quòd adſtricta aluo eſſet: mox ſanguinem detraho, ídque non ſemel aut cõfertim, vt iubet Paulus, ſed repetitis vicibus, ne cumulata ſemélque facta vacuatione, anima ægro deficiente, ſuffocationis periculum ſuperueniat. Eodem itaque die bis è cubito ſanguinem detraho pro virium tenore; in craſtinum eas quæ linguæ ſubditæ ſunt venas aperio, ceruici cum ſcarificatu ſub veſperam eius diei cucurbitulas admoueo: gargariſatu crebrò ægrum vti iubeo, ex adſtringentibus, repellentibus acrefrigerantibus ab initio, mox diſcuſſoriis admixtis, in omnimoda abſtinentia ægrum contineo. Nec niſi per tres primos dies quicquam aliud præter aquam mulſam ſumere iuſsi: neque enim ſolidiora alimenta ſumere potuiſſet, vt qui etiam mulſam ore ſumptam per nares reiiceret: quod ſynanticis frequens eſſe ſolet: infernas partes vinculis deligo. Medicamentum purgans, ſed fruſtra tamen, propino: collum atque ceruicem mollibus lanis oleo imbutis contego. Hi in curando hoc ægro præcipui à me obſeruati ſcopi atque propoſiti fuêre, atque horum omnium hæc fuit particularis ratio. Clyſter. ℞. Quatuor remollitiuorum, foliorum caulium rubeorum, hyſſopi, centaurij minoris, ana M. j. polypodij querni conquaſſati ʒ j. granorũ carthami groſſo modo contuſorum ʒ x. agarici in petia lini rara ligati ʒ iij. ſeminum melonum cum cortice contuſorum ʒ j. ſeminum aniſi & anethi, ana ʒ iij. florum chamæmeli & meliloti, furfuris macri, ana P. j. Fiat omnium decoctio ad ℔ j. In colatura diſſolue catholici ʒ j. hieræ Galeni ex xvj. rebus ʒ v. olei violacei & de lilio, ana ʒ iij. mellis roſati colati ʒ ij. Fiat clyſter. ingentem excrementorum copiam deiecit æger, à qua alleuationem ſenſit. Iecto clyſteri, ſanguinem bis è media dextri brachij vena detraho: humeratiam maluiſſem, ſed ea præ carnis ſuperãte mole inueniri nuſquam potuit. Detractus fuit ſanguis ad vncias viginti, quòd & æger valentiſsimis viribus eſſet, & bene habito corpore, & morbus quoque magnus, atquè in huiuſmodi audacter mittendum ſanguinem Hippocrates & Galenus ſanxerũt. Interea hoc gargariſmate vti ægrum iubeo: ℞. Foliorum plantaginis, acetoſæ & myrti, ana M. ß. granorum ſumac rubentium, lentium, ana P. j. roſarum rubrarum P. j. mali punici cum ſuo putamine & granis internis contuſi, numero vnum, hordei cum cortice P. j. fiat omnium decoctio in aqua ad ℔ j. In colatura diſſolue diamor. ʒ iij. ſucci granatorum muſorum, mellis roſacei, ana ʒ ij. Miſce: fiat gargariſmus. Quin & penidia in ore & ſaccharum candum vocatum, & tragacanthæ confectionem continere aſsiduè iubebam. Poſtero die è venis ſub lingua ſanguinem detraho, & cucurbi

Lib. 4. aph. 10.

Lib. 3. cap. 27.

Lib. 1. aph. 23.

cucurbitulas cum ſcarificatu ſub veſperum admoueri ſcapulis iubeo, à quibus mirificè ſe leuatum ſenſit, & paulo tum facilius reſpirare cœpit. Collo & ceruici hæc impono: ℞. Olei chamæmeli, violacei, liliorum & cheirini vocati, ana ʒ ij. olei amygdalarum dulcium recenter facti ʒ iij. axungiæ gallinæ recentis ʒ j. butyri recentis ſine ſale ʒ j. croci ʒ j. Miſce: fiat linimentum, quod calidum collo & ceruici mollibus lanis pinguibus intectum admoueri iubebam. Interdum ex oleis ſolis id præſtabam. Vbi verò ad tertium diem ventum eſſet, mox propinare medicamentum ſoluens ſatago, ex hiera cum agarico ac electario Indo vocato, ex decocto pectorali exceptis: ſed fruſtra id tentatum eſt. Nam deuorare medicamentum minimè potuit, ſed vniuerſum naribus reiecit, túmque ad clyſteres recurrendum paulò acriores, vt ſuprà ſcriptum eſt, putaui: quod & optimè contulit. Dabam enim alternis diebus clyſterē, à quo alleuari ſe plurimum æger ſentiebat. Quum verò ad quartum diem rubor aliquis cum dolore ac tenſione foras ad maxillam dextram ſe proderet, bonū id eſſe ſum de Hippocratis & Galeni ſententia arbitratus. Signa ſpei in hac ægritudine, ait Auicenna, ſunt, ſi permutetur rubedo ad exteriora. multotiens enim aperiunt tunc oculos ſuos, & ſanantur. Hippocrates verò ſic de ea re: Tutius, inquit, eſt & tumorem & ruborem in externas maximè partes conuerti. Et alio loco, Tum præcipuè malum prolongatur, ait, quum non ſolùm fauces, ſed ceruicem quoque rubor occupat: maximè verò poteſt ab ea ſecunda valetudo contingere, ſi rubor ſimul & ceruicem & pectus comprehendat, neque ad interna reuertatur eryſipelas. Itaque quum videre foras propelli malum, meliorem tum de homine ſpem cōcipere cœpi, & naturæ motum ſecutus, foras humorem euocare ſategi. Cataplaſmatis admotis, ſuppurandi & euocandi vim habētibus: tum verò & gargariſmatis incidentibus & attenuantibus ſum fœliciter vſus, vt ſequitur; ℞. Foliorum plantaginis & hyſſopi (repellentia namque adhuc in augmento applicanda ſunt, diſcutientibus mixtis) foliorum caulium rubeorum, ana M. ß. caricarum pinguium numero xij. vuarū paſſarum exacinatarum numero viginti, glycyrrhizæ contuſæ ʒ j. roſarum rubentiū P. j. hordei cum cortice P. ß. fiat omnium decoctio in aqua hordei recenter facta. In colatura adde diamoron & dianucū, ana ʒ j. ß. oxymellis ſimplicis, ſyrupi violacei, ana ʒ ij. mellis roſati ʒ j. Miſce: fiat gargariſmus, quo ſæpe vti ęgrum iubebam. Foris verò ad tumorem prominentem tali ſum cataplaſmate vſus: ℞. Foliorum maluarum, althææ cum ſuis radicibus, ana M. ij. foliorum caulium rubeorum, matrum violarum, hyſſopi, ana M. j. caricarum pinguium numero xxx. florum chamæmeli & meliloti, ana P. j. ſeminum lini & fœnogræci, ana ʒ j. capitum liliorum alborum ʒ ij. furfuris P. j. fiat omniū decoctio in aqua: piſtentur & cribrentur. Cribraturæ adde nidi hirundinis in oleo liliorum præbulliti, & cum toto probè in mortario macerati, & poſtea cribrati ʒ iij. farinæ ſeminis lini & fœnogræci, farinæ frumenti, ana ʒ j. decoquantur farinæ cum oxymellite ad conuenientem glutinoſitatem: poſtea adde axungiæ gallinæ recentis, butyri recentis ſine ſale, ana ʒ j. croci ʒ j. olei liliorum ʒ iij. Miſce: fiat cataplaſma. Mirificè profectò

Lib. 3. prædictorum, textu 20. & 22, & Gal. in eō. Fen 9. 3. cap. 9.

fectò humorem foras euocauit, atque ad ſuppuratione deduxit. intra biduum namque ſuppuratus ferè qui foras ſubſederat tumor fuit: cui tamen tertio poſt die canini ſtercoris ſicci drachmas tres adiunxi, quod, ſi quid aliud, vel Pauli & Auicennæ teſtimonio, huic affectui maximè prodeſt occulta quadam vi ac proprietate. Suppurato tumore ad ſeptimum diem candenti ferro aperire iuſsi: quod id vlceribus & abſceſsibus plurimum conferat, exſiccando, & virus malum ignis potentia corrigendo. Pus fœtidiſsimum, virulentum & copioſum prodiit. Vlcus mundificare vnguento ex melle roſato, ſucco apij & abſinthij, farina hordei, myrrha & ariſtolochia curauimus: carunculæ carneæ putres multæ cum ſanie intermiſtæ auulſæ ſunt. Poſtea probè deterſo vlcere, quod intra vigeſimum diem cõtigit, ad ſarcotica, & cauum vlcus implentia nos contulimus, vnguento ex thuris polline, myrrha, iride, aloéque confecto, addito chalciteos emplaſtro: ſícque Dei nutu intra vigeſimum diem, aut paulò amplius curatus integrè fuit, magna omnium admiratione. Nec verò interea dum hæc perficio, reliquorum præſidiorum quæ iuuare poſſe ſum arbitratus, obliuiſcor. Nam & quum deuorare potuit æger purgans medicamentũ, tum & catapotia dedi quæ deducere humorem poſſent, nempe præſcriptum ſuprà medicamentũ poſt ſyrupos concoctorios dedi, tum catapotia coccia, ſine quibus, & aurea, adiectis diacridij granis duobus, & fœliciter operabãtur cuncta. Intus verò dedi etiam raſuræ dentis apri drachmam integram ex oleo amygdalarum dulcium & ſaccharo cando, quod in hoc affectú, prout & in pleuritide, præſentaneum eſt remedium atque arcanum. Hæc in hoc viro per me adminiſtrata curatio, ad laudem Dei opt. max. in cuius manu cuncta poſita ſunt, & à quo omne bonum.

Lib. 3. cap. 27. Fen 9. 3. cap. 11.

Mundificatiuũ optimum.

OBSERVATIONVM MEDICInalium libri ſecundi finis.

©BIUM

OBSERVATIONVM MEDICINALIVM, FRANCISCO VALLERIOLA MEDICO AVCTORE, LIBER TERTIVS.

OBSERVATIO PRIMA.

ARDVINVS Ferrerius adoleſcens annorum trèdecim, fuſte lignea è ſalice, leui quidem illa, ſed ex alto demiſſa: accepto contemptibili, vt videbatur, vulnere in capite, abſque cranij fractura ſciſſuráve: oborta ſexto die inflammatione in vulnere, ſequente conuulſione & paralyſi, in crure dextro & brachio ſiniſtro, cum febre & delirio, vndecimo tandem die moritur. Quæſitum à Præfecto vrbis an vulnus lethale fuerit, illique mors adſcribenda.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

Lib. de capitis vulnerib.

RECTISSIME illud ab Hippocrate dictum videri poteſt, nullum capitis vulnus leuiter contemni debere. Sæpe enim cutis ſola contuſa ferro aut alia aliqua re, ſi non diligenter & cum quadam cautione curetur, veluti ſi ſanguis concretus non expurgetur, aut aliud quiddam negligatur: vlcus incrudeſcens non parum moleſtiæ exhibet, & aliquando etiam febrem inducit: & medico quidem negotia, ægroto verò periculum non minus adfert. Id profectò cum in pleriſque aliis, tum vel maximè in hoc puero vulnerato experti ſumus, qui quum in capite vulnus accepiſſet non ferro illatum, ſed fuſte lignea eáque prælonga: leui tamen, vtpote ſalignea, ſed ſecundum alterum extremorum mucronata, & ab alto deiecta, contemptibile quidem vulnus videri poterat, vtpote quod ſine vlla caluariæ fractura ſciſſuráve conſtitiſſet, ſola tãtùm capitis cute vulnerata: neque tamen, (mihi ægrum poſt ſextum diem adeunti, quo die ad illum vocatus fui) vulnere in caluariam deſcendente, vt ab chirurgo qui per primos dies ægrum tractauit renuntiatum fuit. Itaque quum poſt ſextum ab accepto vul

pto vulnere diem ad ægrum accersitus, eum acriter febriẽtem, biliosa vomentem, & caput grauissimè dolentem inueniſſem, graue esse vulnus continuò iudicaui: quòd & superuenientia nono die symptomata, & tandem mors vndecimo insequuta monstrarunt. Sexto namque die inflammatio in vulnere cũ delirio, resolutio in crure dextro, brachióque siniſtro, tum & conuulsio in manibus ambabus apparere cœperunt. Quamobrem & pessimè de puero sperare, & moriturum breui prædicere assidentibus haud veritus sum: quòd, pro Aristotelis sententia, accidentia magnam partem conferant ad cognoscendum quod quid est. Vbi namque conuulsio in vulnere, præsertim capitis, acciderit, iuxta Hippocratis dogma, lethale esse consuevit: prout etiam bilis vomitus & desipientia malum in capitis vulneribus. cerebum namque hæc superuenientia coaffici indicant: quod quum fit, plerunque mors sequitur. Idque in hoc vulnerato animaduertendum, quòd immediatè post acceptum vulnus punctim factum, puer neque obmutuit, neque vertiginem passus est, nec visus hebetudinẽ, nec per aures naresve sanguis prodiit, nec pronus ab ictu in terram cecidit, nec vomitum illico ab accepto vulnere habuit, sed tantùm manibus ad caput admotis flere abundè cœpit. Quæ omnia quũ pro Hippocratis sententia inquirẽda duxissem, qui in capitis vulneribus primum omnium interrogandum censet, per quid vulneratus homo est, nempe quo teli genere, & quid homo quum vulneratus est, mox fecerit, hoc est, num mutus euaserit, num torpẽs sine sensu & motu, num in terrã prociderit, num vertiginem, & in oculis caliginem passus, num ex auribus sanguis manarit. de his enim omnibus interrogandum, vbi quis capite vulneratus fuerit, meritò Hippocrates iussit: quòd per hæc vulneris naturam, num lethale an secus futurum sit, an periculosum iudicare arte poterimus. Quod quũ inquã, summo studio de assidentibus quæsiuissem, renunciatúmq; esset nihil horum passum iuuenem, in summam continuò admirationem deductus sum, quînam fieri posset, vt quum vulnus simplex tantùm fuerit, cui nec fractura, scissuráve vlla in cranio appareret, tam sæua tamen & periculi plena symptomata casúsque insequuti fuissent. Neque eius euentus aliam indagando causam reperire potui, quàm humorum acrium ad locum vulneratum influxum, qui inflammationem in parte creassent. Fluxionis verò ad partem læsam multæ sanè fuere causæ, doloris vehemẽtia: ingens namque dolor in capite vniuerso, præsertim in sincipite, ad radices vsque oculorum extensus, qui iam à quarto die sese ostentarat, percipiebatur. dolor autem omnis vehemens, auctore Galeno, fluxionem mouet. atque hæc vna vel præcipua influxus humorum in vulneratam partem causa. Altera inflammationis & fluxionis causa fuit, sanguis in parte retentus, & conculcatus in parte angusta, nec debitè expurgatus: vnde mora & prohibita diffiatione calorem extraneum concipiens, partémque distendens, inflammationem creauit. sic enim inflammatio gigni solet, auctore Galeno. Tum verò & altera occurrit fluxionis humorum in hoc puero causa, quòd quum aliâs ictus multos plagásque in capite accepisset, casu & offensione multiplici, factum est, vt imbecillior pars à tot ictibus im-

Lib. 1. de anima. Lib. 5. aph. 2. & lib. 7. aph. 14.

Lib. de ca. vulner.

Gal. in arte medicin. c. 95. & lib. 3. metho. med. & lib. 5. aph. cõ. 53.

Lib. 13. meth. & 2. ad Glauc.

Observationum medicinalium libri sex - page 143 sur 308

preſsis reddita ſit: vnde meritò fluxionem à ſe pro ratione imbecillium partium regerere non potuit. ſuperuacanea namque in imbecilliores partes, auctore Galeno, procumbere ſolent, quum ab his quæ influunt repelli nequeant. Hæ præcipuæ phlegmones in parte læſa natæ in hoc iuuene cauſæ fuere, calor extraneus ob ſanguinis cõfluxum in parte ortus, dolor vehemens, & partis imbecillitas. Quũ verò vulnus propè ſuturam obelæã (quam ſagittalem Anatomici vocant) conſiſteret, effectum eſt, vt facili lapſu portio ſanioſi humoris in parte contenti, per ſuturam intrò deciderit: vnde læſa interna meninge grauia ſequuta ſint inde & lethalia ſymptomata, conuulſionis, delirij, reſolutionis, tandémque mors. Ego itaque, qui vocatus ſexto tantùm die fui, in ſummo diſcrimine verſari ægrũ quum viderem, prædicendum id aſsidentibus continuò duxi, ne vel ignoraſſe vel fefelliſſe videri poſſem, mortémque magis me quàm ſalutem ſperare. ſic enim prædicendum quæ aderant ſymptomata ſuadebant, febris ingens, conuulſio, delirium, reſolutio, quæ vulneribus capitis ſuperueniẽtia, mortem vtplurimum portendere ſolent, auctoribus Hippocrate, Galeno, & Celſo. Quúmque pro recto more periculum prædixiſſem, nihilo ſecius tamen pro ratione vulneris inſtandum curationi totis viribus duxi, nequid prætermiſſum videri poſſet. Itaque quum morbus vehemens eſſet, iuuenísque optimo corporis habitu, florentíque ætate (etſi ætate inferior parentibus videretur, quàm vt illi mitti ſanguis deberet) mittere tamen ſanguinem ad reuulſionem, doloris ſedationem, & phlegmones prohibitionem conſultius viſum eſt: quod de aſsidẽtium conſenſu feci. Præſtat enim in talibus, vbi nonniſi vnica ſubeſt curationis via, per eam ingredi, & (vt Celſus ait) anceps quàm nullum remedium experiri. Miſſo ſanguine die ſexto, ſeptimo leue deiectorium do ex rhacomate, cum melle aëreo & ſyrupo roſaceo infuſionis roſarũ. Purgatio namque in capitis vulneribus, auctoribus Hippocrate atque Galeno, plurimũ confert. Tenuem victum prę ſcribo, quòd modicus cibus, & aqua exhibita quam maximè omnibus vlceribus conducunt, vt rectè Hipp. lib. de vlceribus præcepit. Vulnus, quòd adſtrictum, tumidúmque erat ac turgens, & ſuppurato iam ſanguine plenum, ſecari, quò efflueret ſanies, iubeo: ceruicem totam, atque dorſi ſpinam oleis neruos roborantibus, & vnguinibus commodis ad conuulſionem paralyſímque tollendam imbuo, fumigatis ſuperappoſitis lanis mollioribus. Sed tamen facienti ſecundum rationem, non ſecundum rationem euenit, quum ſemper in deterius morbus laberetur, ſymptomatáque in horas grauiora, caſúſque lethales apparerent: virium imbecillitas, neruorum diſtenſio maior, reſolutio dextri cruris validior, rubor in oculis vehemens & incenſus, delirium, tandem intercepta vox, deficiens pulſus, atque mors vndecimo die ſubſequuta. Quæſitum à Præfecto vrbis, num lethale fuiſſet vulnus. Huic reſpondimus, nos ad veri normam pro teſtimonio dicturos, vbi prius demortui caput ſecuiſſemus: quod neceſſarium facto eſſe, vt ritè de vulneris natura ferre ſententiam poſſemus, pro indubitato eſſet habendum: & faciẽdum quidem tum Hippocrates tum Celſus iuſſerũt. Inquit nãque Hippocrates, Qui de vulneribus cognoſcere volet,

Lib. 13. meth.
Lib. 5. aph. textu, & com. 2. & lib. 7. 14.
Celſ. lib. 5. cap. 26.
Gal. lib. 10. meth.
Lib. 2. c. 9.
Hipp. lib. de vlcerib.
Gal. lib. 4. meth.
Hipp. lib. 2. prædic. id eſt Prorrhetici.
Celſ. lib. 5. cap. 26.

Observationum medicinalium libri sex - page 144 sur 308

,, volet,quemadmodum ſingula finient, primùm quidem eum hominum
,, ſpecies perſcrutari oportet,tum eas quæ meliores ſunt ad vulnera, tum
,, quæ deteriores:deinde ætates noſcere, in quibus ſingula vlcera curatu
,, difficilia exiſtunt:locos item in corporibus perſpectos habere, quantum
,, alij ab aliis differunt:ſed & alia,qualia in ſingulis accedunt,tum bona,tum
,, mala,noſſe oportet. Siquis enim omnia hæc nouerit, is ſanè ſciet etiam
,, quomodo ſingulorum euentus cõtinget.Itaque poſt iuuenis mortem, de
aſsidentium affinium conſenſu diſſecandi cadaueris nobis poteſtas facta
eſt. Detecta & abſciſſa primùm capitis cute, pericranióque amoto, vul-
neris ſedem penitius perſpeximus.Sedes autẽ Hippocrati vocatur,quum Lib. de ea. vulnerib.
manente oſſe in ſua ipſius natura,telum quod in os incubuit, manifeſtum
fecerit vbi incubuit.Vidimus igitur qua parte telum impactum fuerat,os
liuens, contuſo vtique à ligno pericranio, atque etiamnum cranio ipſo.
Nam quum acutum & mucronatum eſſet lignum ea parte qua in caput
delapſum ex alto eſt,perforaſsétque cutem aduſque pericranium ferè,ſan
guiſque inde manaſſet,fieri ſanè vix potuit quin pondere delabentis ligni
contuſio in oſſe & ecchymoſis aliqua ruptis venulis quæ in pericranio
ſunt non acciderit:quod planè perſpicuum nobis factum eſt oſſe detecto.
apparebat namque liuens locus quâ telũ inſederat.Diſſecto rurſus cranio,
vt ſi quid noxę in internis cerebrũ velantibus membranis cerebróve ipſo
eſſet perſpicere oculari ſenſu poſſemus, è regione partis vulneratæ inter
cranium & duram meningem pus inuentum eſt: quod mox diſſecto oſſe
effluere cœpit,non copioſum tamen,ſed liuidum & fœtens. Membrana
ipſa leuiter intenta inuenta fuit:non tamen colore demutata. In caluaria
porrò nec fractura vlla,nec fiſſura, aut rima reperta eſt. His vt præmitti-
tur ritè adminiſtratis,& vtique medico pro teſtimonio dicẽti neceſſariis,
rogati ſententiam, ita retulimus:Iuſsi de morte Arduyni Ferrerij adole- Iudicium de vulnerati pueri morte coram magiſtratu.
ſcentis vulnerati,ac vndecimo die poſt acceptum vulnus mortui,ſenten-
tiam ferre,ac pro teſtimonio dicere coram magiſtratu, Deum præ oculis
habentes,hæc dicimus vera,rata,fidelia & firma:Primùm nos ægrum dili-
genter,fide bona,& ex artis ratione inuiſiſſe atque tractaſſe,partémque læ-
ſam,& vulneris naturam attentè conſideraſſe;ſymptomatúmque ſuperue-
nientium,& quoto quæque die acciderint, ſpeciem diligenter annotaſſe.
Capitis porrò partem poſtremam occiput vocatam, vulneratam inueni-
mus:vulnere quidem punctim facto, abſque tamen vlla cranij fractura,
ſciſſura, rimáve aliqua, nec oſsis introò intruſione. Erat autem plaga ſe-
cundum dextrã capitis partem ad occiput,propè ſuturam obelæam. Tum
verò quum ad ægrum viſendum accerſiti fuimus ego, & Deſiderius alter
chirurgus(quod ſexto ab inflicta plaga die accidit) ægrum inueniſſe nos
grauiter conflictatum, febre acuta incenſum, caput ſecundum frontem
maximè grauitérque dolẽtem,dolore quidem ad oculorum radices per- Fen 1. 3. tract.2.ca. 7.
tingente:indicium ſanè cerebro & eius membranis communicati mali, ſi
quid Auicennæ creditur. Bilioſa item vomẽtem puerum inuenimus:quo Lib. 6. aphoriſ.50, & Gal. in com.
ſigno coniectauimus,ex Hippocratis atque Galeni ſentẽtia, cerebro eiúſ-
que membranis communicatam noxam. ſiquidem vbi præciditur cere-

Observationum medicinalium libri sex - page 145 sur 308

©BIUM

Vbi ſuprà. brum, iis neceſſe febrem & bilis vomitum ſuperuenire: quod Hippocrates dixit. Quo in loco Galenus id accidere teſtatus eſt, non ſolùm vulnerato cerebro, ſed & dura membrana circumſtante: quæ quum in multis partibus ſit cerebro agnata, citiſsimè ei communicat proprios ſuos affectus. Eò factum eſt, vt id quum perſpiceremus, mox cerebri integentem membranam læſam eſſe, vel cerebrum ipſum, iudicium fecerimus. Nec ægro ſolùm vomitus & febris inerant, ſed & inquietudo & anguſtia: tum dolor in crure dextro, cum motus voluntarij impotentia, & reſolutione diminuta, conuulſione in manu ſiniſtra apparente. hæc namque conſideratu haud minus digna quàm neceſſaria ſunt, de vulnerum cuentis rationem reddenti, vt Hippocrates lib. 2. Prædictionum, qui Prorrheticon inſcribitur, edixit. Quin & præter hæc phlegmonoſus tumor parti vulneratæ acceſſerat iam tum quum ad ægrum vocati fuimus: natus vtique tum ob grauem partis vulneratæ dolorem (omnis namque vehemens dolor, auctoribus Galeno atque Auicenna, fluxionem ad partem dolentem cõmouet) tum etiam ob ſanguinis influxi retentionem cõculcationémque in loco anguſto & calore extraneo ad ſuppurationem deducti. quæ phlegmone vulneribus capitis aduenies graue certè periculum portendit. illud inſuper de Hippocratis & Galeni ſententia aſſerimus, bifariam vulnera dici lethalia conſueuiſſe: aut quòd neceſſariò, ſemper ac ineuitabili ordine mortem adferunt, aut vtplurimum. Quin & id quoque affirmamus, ægro huic ea à nobis eſſe adhibita auxilia omnia, quæ ex artis ratione pro vulneris natura ſediſque affectæ neceſſaria fore duximus: tum ſanguinis miſsione purgationéque cõgruo tempore adhibitis, tum tópicis propriis admotis, ſcopos curatiuos omnes, tam qui morbo, quàm qui caſibus ſuperuenientibus debebantur ritè obeuntes: Hippocratis & Galeni præcipuè, tum & Guidonis Cauliacenſis methodum ſequentes. Amplius verò, & id cum Galeno lib. 5. aphoriſmorum com. 2. & lib. 4. meth. med. & 13. eiuſdem tractationis, tum lib. de inęquali intemperie, dicimus, vulnera atque vlcera morbóſque alios præterea multos, non ſolùm periculoſa & ſæpenumero lethalia ex ſua ipſorum natura haberi debere, ſed etiam caſuum ſuperuenientium, & humorum ad partem affectam confluentium prauitate. Quum itaque vulneri huic praui acciderint caſus, conuulſionis, febris, bilioſi vomitus, reſolutionis, doloris atque delirij, accedente etiam humorum calidorum & acrium copioſo ad partem confluxu, parte ipſa (vti antea diximus) obiectus plagáſque ſat multas debili exiſtente: cui dubium eſſe póteſt, in tanto tantarum cauſarum concurſu, quin vulnus multò grauius ac periculoſius quàm ſuapte natura eſſet, effectum fuerit? His omnibus verè ac neceſſariò præmiſsis, dicimus præfati iuuenis vulnus, etſi eſſentia ſua propriáque natura è numero neceſſariò lethalium non fuerit, quum ſimplex eſſet vulnus, abſque cranij fractura, rima, ſciſſuráve, quę vtplurimum ſalubria magis quàm lethalia eſſe ſolent: nihilo ſecius tamen ad ipſum vulnus mortem pueri eſſe referendam, accidentium quæ vulneri ſuperuenerunt merito dicimus, ſpaſmi videlicet, reſolutionis, phlegmones, delirij: quæ vulneribus capitis euenientia, illiſque copulata, vtplurimum

Gal. in arte med. & lib. 5. aph. com. 53. & lib. 3. meth. med.

Auic. fen 1. 3 tract. 2. cap. 7.

Lib. 5. aph. textu & cõ. 2. & lib. 6. aph. com. 18.

Lib. de vulne. & lib. de vuln. capitis.

Gal. lib. 3. 4. & 6. meth.

Guido tractatu de vuln. capitis.

mum lethalia eſſe ſolent, vulneráque lethalia reddere. quod & Hippocrates atque Galenus lib. 5. aphoriſ. com. 2. & rurſus lib. ſexto aphoriſ. com. 50. & lib. 7. eiuſdem tractationis com. 14. & Celſus lib. 5. capite 26 affirmarunt. Id quod huic eueniſſe adoleſcenti euentus ipſe monſtrauit, qui omnibus ritè adhibitis, vndecimo die caſuum ſæuitia, atrocitate ac magnitudine mortuus eſt: plaga alioqui per ſe minimè lethali, lethali tamen ab his reddita. Accidit autem non rarò (vt Hippocrates lib. 2. Prorrhetici ſcitiſsimè dixit) vt vulnera quædam in locis vilibus ac non malis ſint, & nulla re grauia videantur: ſic tamen dolore affligãt, vt reſpirare ægri non poſsint. Et nonnulli in vulnere, quod graue nulla re erat, delirio & febre inſequentibus, mortui ſunt: vt idem ipſe tum eo ipſo loco, tum ſeptimo Epidemiorum pluribus in teſtimonium citatis hiſtoriis affirmat. Nec id mirari oportet neque formidare, quòd corporum temperaturæ, & corpora hominum, ipſíque adeò corporum habitus plurimum inter ſe differãt: vel eiuſdem Hippocratis vbi ſuprà teſtimonio, vímque maximam vel in perdendo, vel in ſeruando ægro habeant. Quæ cauſa eſt, cur à grauibus penéque lethalibus vulneribus nonnulli euadant: à leuiſsimis & nullius momenti alij moriantur. Fortes namque, & ætate florentes & animoſi bonóque corporis habitu præditi, à grauibus vulneribus aliíſque morbis ſæpe euadunt: imbecilles, pueri, ſenes, timidi, à minimis non rarò ſuccumbunt, vt experientia docet. Vires namque vbi valentes ſunt, auctore Galeno, omnia contemnunt ac tolerant: vbi infirmæ ſunt, abs quouis offenduntur. Hæc pro veris ratíſque habenda cenſemus, ad laudem Dei. Lib. 10. meth. med.

OBSERVATIO SECVNDA.

IOANNES Baptiſta Neapolitanus acri vir ingenio, rerúmque multarum experiens, quum ventriculo ac capite, grauitatéque corporis totius laborare ſe diceret, maioris mali metuens, de induſtria helleborum ſumit: quòd in eo libro qui Hetruſca lingua conſcriptus, inſcriptionem habet, GLI CAPRICCI DI FIERAVANTI, *ſcriptum inueniſſet, hellebori vſum ad arcenda totius corporis mala peridoneum eſſe, magníſque laudibus eius medicamenti vſum efferret idem auctor. Ab accepto helleboro in vitæ diſcrimen venit: liberatur à me magna cura.*

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

NON eſſe prorſus libris fidendum, niſi quis ſummo iudicio quæ in illis leguntur ad ſeuerum vt dicitur vnguem excutiat, doctiſsimè à Damaſceno in Aphoriſmis dictũ eſt: Operari (inquit) ſecundum libros abſque perfecta ratione & ſolerti ingenio, moleſtum eſt: quòd videlicet ingenium ſolers ac perſpicax Apho. 2. & & 3.

Observationum medicinalium libri sex - page 147 sur 308

iuuet artem, vt idem ait: hebes verò ac torpidum contrarium omnino efficiat. Nisi enim quis & morbi & hominis naturam atque speciem, ætatem, priuatum etiam morem, quem ἰδιοσυγκρισίαν vocant, regionem, temporis statum, & cætera huiusmodi accuratè cõsideret, quæ ad morborũ curationem necessaria esse, tum Hippocrates, tum Galenus dixerunt, prorsus ab scopo rectóque medendi fine aberrabit: quum non omnes naturæ (vt bellè dixit Galenus) eadem medicamenta postulent, & quod vni salutare est, alteri sit noxium futurum: quòd inter corpora atque medicamenta analogiæ quædam sint ac sympathiæ, tum etiam antipathiæ atque dissensus. Vnde fit vt quod vni salutare est, alteri sit morbosum: quod & ipsa experientia docet: eóque magis si quod in auctoribus ipsis præscriptum remedium inuenias quod periculo non vacet. tum enim magna cautione res tota expendenda est: quòd subiecti nobilitas timidum in operando medicum iure optimo efficiat, vt rectè à Galeno dictum est. Hoc si æger hic intenta mente expendisset, nõ se in periculum præcipitem hausturu hellebori nigri dedisset. Nullo namque adhibito iudicio, sola lectione contentus, auctoríque fidens (qui magnis helleborum extollens laudibus, ipsum non ægris solùm exhibendum, sed & sanis, temerè profectò magis, quàm prudenter & ex arte, scripserat) helleborum sumpsit ad drachmæ pondus, vt quam percipiebat in ventriculo atque corpore toto grauitatẽ discuteret. Mox verò ab epoto helleboro grauitas in ventriculo maior oriri cœpit, angustia persentiri, turbatio, nausea ingens animi deliquiis comitata, mox vomitus creber, difficilis, æstuosus consequitur, singultus inde, corporis lassitudo, & conuulsiui quidam motus, & quod omnium pernitiosissimum erat, strangulationis metus. adeò enim difficilè trahebat spiritum, vt præfocari sibi in momenta singula videretur.

Lib. 2. de rat. vict. acut. tex. 38. & Gal. in com. & lib. de comp. med. secundũ locos, & pluries alibi.

Auic. fen. 10. 3. can. tract. 1. ca. 4.

Lib 1. aph. com. 1.

CVRATIO. Accersor ipse, ægrum inuiso, de præteritis interrogo: quæ quum ex vero nunciata mihi ab ægro fuissent, instánsque periculum viderem, bona spe esse illum iubeo, animum vt resumeret hortor, me officiosi in eo curando medici parteis acturum bona fide profiteor, & mox sedula cura ad præsto. Medicari enim in valde acutis si expedit, eadem die oportet. procraſtinatio namque in huiusmodi periculosa est, vt rectè Hippocrates dixit. Quum enim vrgeri ægrum his symptomatis viderem, maximéque ructibus, murmurillis & inteſtinorum doloribus, succurrendum clysteribus duxi, ad educendum quod erat à medicamento commotum nec euacuatum: tum & ad flatus qui plurimi suberant discutiendos. Itaque clysterem protinus indi iubeo, cuius hæc fuit compositio: ℞. Maluarum, althææ, brancæ vrsinæ, mercurialis & parietariæ, ana M.j. hyssopi, origani & calamenti, ana M.ß. (flatus enim discutiunt, pituitam attenuant & dolorem sedant) florum chamæmeli, & meliloti, ana P.j. caricarum pinguium numero x. seminum lini, althææ, & fœnogræci conquassatorum, ana ʒ ß. seminum anisi & marathri, ana ʒ iij. florum nenufaris P.ij. (sunt enim alexipharmacum hellebori, vt Conciliator & Matthiolus tradunt) furfurũ P.j. fiat omnium decoctio in iure omasorum & capitis castrati ad ℔ j. & colatur. In colatura adde catholici ʒ j. hieræ Galeni de sedecim rebus, casiæ

Lib. 4. aph. 10.

Cõcil. lib. de venenis cap. 35. Matth. cõ. in lib. 6. Dios. ad cap. 33.

cum

cum melle, ana ʒ iij. olei violati & de lilio, ana ℥ iij. mellis roſati colati ℥ ij. Miſce: fiat clyſter. Bis eodem die impoſitus fuit, excreta pituitoſa, & atrabilaria excrementa multa cum flatibus emiſſa, à quibus alleuari ſe æger ſenſit. Potionem huiuſmodi parari & exhiberi iubeo ad noxam medicamenti retundendam. ℞. Aquæ mellis recenter factæ cum melle electiſſimo ℔ j. radicis ariſtolochiæ rotundæ ℥ j. cinnamomi electi conquaſſati ʒ ij. fiat omnium leuis ebullitio, & coletur. Colaturæ adde florum nymphææ ſiccorum & tritorum ʒ ij. ex hoc decocto mane & veſperi ſumere iubebam ℥ vj. Vbi verò adhuc remitti ventriculi dolor viſus non eſt, abſinthium Romanum in tenuiſsimum puluerem redactum, & ex vino dilutum, ſumendum iuſsi triduum totum, à quo ſanè mirificam ſenſit opem. Quin & cumini & aniſi ſemina contrita ex vino generoſo cum floribus nymphææ tritis deuoranda dedi, ad flatus qui in ventriculo plurimi ſuberant diſcutiẽdos. Cuius potionis beneficio ructibus multis & ſonoris flatuum bona pars diſcuſſa fuit, ventriculúſque detumeſcere cœpit, anguſtiáque ſedari. Partem hanc linimento roborare forinſecus ſtudeo in hũc modum: ℞. Cerati Galeni ſtomachum confortantis ℥ iij. galangæ, maſtiches, aniſi, cumini, caryophyllorum, nucis myriſticæ, calami odorati, macis, ana ℈ ij. florum nymphęæ tritorum, coralli rubri, raſuræ eboris, ana ʒ ß. olei de abſinthio & de maſtiche, & anethi, ana ℥ ß. Miſce: fiat linimentum, quo inungi totam ventriculi regionem calidè iubebam, dato inſuper lineo panno duplici, fumigato thure, maſtiche, caryophyllis & anethi aniſíque ſeminibus. Quod ad victus rationẽ pertinet, pinguium carnium iure hominem cibabam, carnéque pinguiore. id enim ad retundendam medicamenti acrimoniã quam infert peridoneum eſt. Butyro recenti crudo ex panis buccella parum igni torrida excepto, ſaccharóque prima menſa vti iubebã, interdum etiam ex melle deſpumato excepto. Mel enim deterſorium eſt. Ventrem interdum linteolis igne calefactis, interdum verò ſacculis ex milio, furfuribus, aniſi ſeminibus, & chamęmeli floribus interpunctis, & ſupra calidum laterem vino meraco reſperſum calefactis fouebam: à quo præſidio mirè iuuabatur. Secunda menſa, coriandri & aniſi ſemina ſaccharo intecta ſumere ex meo præſcripto ſolebat. Vino generoſo in paſtu vtebatur, mirificéq; vires delaſſatas ab eo refici ſentiebat. Quin quum conuulſiuis quibuſdam motibus exagitari hominem deprehendiſſem, proſpiciendum ei ſymptomati operæpretium duxi, vnctionémque ceruici toti admoui ex mollibus lanis. Conſtabat vnctio oleis chamæmeli, lumbricorum, liliaceo & vulpino calidis. Hácque methodo Dei benignitate intra paucos dies ſaluti æger non ſine multo labore reſtitutus fuit. Nec mirum ſanè in tam grauia hominem incidiſſe ſymptomata, quum helleborus ſanas carnes habentibus, auctore Hippocrate, periculoſus ſit: quòd plerumque conuulſionem accerſat, propter operationis vehementiam, vt ait Gal. Inde admoneri poſſumus, quàm infidum ſit ſcriptis auctorum credere, præſertim eum qui neque iudicio nec ratione medica vires medicamentorum expendere valeat: quod hic æger malè cautus & ſibi parum proſpiciens periculo ſuo didicit. Proinde præceptum id Galeni lib.

Optima apotio ad helleborum ſumptum.

Lib. 4. aph. 16.

Lib. 4. aph. com. 16.

Observationum medicinalium libri sex - page 149 sur 308

©BIUM

4.meth.med.exaratum perpetuò medicis obſeruandum & in ore habendum eſt, Naturæ familiaria ſemper exhibenda: quæ quum prodeſſe plurimum poſsint, nocere certè nequicquam valent. Id tenendum perpetuò cenſeo.

OBSERVATIO TERTIA.

FLORVS à Porcelleto, iuuenis annorum XVI. filius Domini à Fos, à cane rabioſo demorſus, nulla adhibita per primos dies cura, poſtea in vitæ diſcrimen incidit, vulnere grauiore effecto. Curatur à me magno labore.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

QVANTA hominibus ex brutis animantibus mala accidant, rabioſi canis inter cætera exitialia venena morſus indicat. is enim (niſi rectè ab initio ſummáque cautione tractetur) tam ſæua inducere ſymptomata ſolet, vt planè res ipſa atque euentus miraculum omne ſuperent. Quid enim ſpectari admirabilius quic quam vſquam poteſt, quàm nulla percepta ex morſu, præter doloris & vulneris ſenſum, noxa, poſt aliquod tempus in rabiem agi hominem, melancholicum effici, viſis ac pauoribus nocturnis perterreri, aquam expaueſcere, inſtar canum latrare, mordere etiam domeſticos, ſuos non agnoſcere, conuelli, ſiti deficere, ac tandem miſerabiliter mori? Annon hæc admiranda maximè, & animaduerſione digna habenda ſunt? Quoniam verò mihi nunc de demorſo à rabioſo cane, déque curatione adhibita agendum eſt, prius de canum rabie quid ipſa ſit, vnde oriatur, & quid ipſa pariat, quibúſque ſignis deprehendi rabies poſsit, enarrandum mihi fuerit: poſtea de curatione adhibita in hoc ægro accuratè tractabimus, quo fine obſeruationem concludemus. Ergo canum rabies nihil prorſus aliud eſt, auctore Auicenna, quàm immutatio ſeu conuerſio temperamenti ſui in malignam quandam intemperiem venenoſam: quæ ſanè euerſio accidit cani, aut aëris, aut ciborum potuúmque quibus veſcitur vitio, & inquinamento aliquo malo. Ex aëre quidem, quum calor in eo vehemens humores in feruorem agens adurit, fítque nimio æſtu & ſqualore furens canis: vel quum etiam frigus immodicũ ſanguinem cogens, denſánſque ac congelans, diffiari prohibet, coactionéque ac dẽſitate niger efficitur ſanguis, & praua qualitate infectus, vnde rurſum in rabiem efferantur canes. Fit id vel autumno vel vere, vt Auicẽna ait: autumno quidem, ob æſtatis quæ præceſsit ardorem: vere autem, ob hyemem gelidam præcedentem. Dioſcorides plerunque flagrantiſsimis æſtibus in rabiem efferari canes interdum & per vehementiſsima frigora ſcribit: quod & Paulus confirmat. Ex cibis verò rabioſi fiunt canes, quum cadauerum vel carnes vel ſanguinem lambunt ac deuorant: præſertim ſi morticinæ carnes putridæ iam, flaccidæ,

Fen 6. 4. tract. 4. capite 5.

Vbi ſuprà. Lib. 6. cap. 36.

Lib. 5. cap. 3.

flaccidæ, vermibus ſcatentes fuerint. Quòd ſi eorum animalium ſint carnes eæ, quæ peſtilētia, fulminéve, aut venenoſorū morſibus interierint, plus in rabiem faciliúſque efferantur. Potu etiam putreſcentium aquarum gigni in canibus non rarò rabies ſolet: quòd hæc omnia atrabilarios ſuccos adaugeant, ſanguinem inficiant, & putredine mala coinquinent, aut ſaltem feminario venenoſo ſui generis imbuant, quæ rabiei cauſa ſit. Eóque magis ab his cauſis in furorem canes aguntur, quantò alter altero ſuapte natura magis atræ bili obnoxius fuerit: vnde qui eorum curſu celeriores, corpore agiliores, habitu extenuatiores, & pilo aut ruffo aut nigro colorati fuerint, ij vt in rabiem incidant natura proniores ſunt. Hęc rabiei cānum natura, eæ cauſæ. Illud verò præterea ſciendum, non canes modò efferari in rabiem, ſed & pleraque animalium, vulpes, muſtelas, ſimias, lupos, atque etiam mulos, vt Auicenna ſcribit. Camelos verò & equos in rabiem agi, Ariſtoteles lib. 8. de hiſtoria animaliū auctor eſt: vt mirari ſubeat quidnam ſibi Galenus voluerit, dicens nullum reliquorum animalium rabie capi, ſolos canes eo affectu corripi, vt lib. 6. de locis affectis cap. 5. monumentis teſtatum reliquit: quum experientia conſtet, quas diximus animantes præter canem non rarò in rabiem agi. Niſi hac tantùm ratione Galeni dictum à calumnia vindicemus, vt id voluerit, non in tantam rabiem reliqua animantia atque canem efferari, quum in huius animantis rabie tanta ſit humorum corruptela, vt ſolum eius ſputum, ſi humanum corpus contigerit, rabiem excitare poſsit, vt idem eodem loco affirmauit: reliquorum verò animantiū non tam vehemens rabies ſit. Tametſi textus ſeries planè id indicet, nullum reliquorum animalium præter canē rabie corripi, vel quòd id non animaduerterit Galenus, vel quòd indignam cenſuerit affectionem eam in reliquis animantibus, quæ rabiei nomine inſigniretur, quum paria inde naſci ſymptomata non videret, quæ in canis rabioſi morſu contingere ſolent. Hæc pro Galeno. Vnde autē digreſsi ſumus redeuntes, quid rabies canis in nobis pariat, ſi quē rabioſus canis momorderit, & quibus ſignis rabioſum fuiſſe canem deprehendatur, quod promiſimus, promendum: poſteaquam quid rabies ſit, & vnde oriatur abundè dictum à nobis eſt. Ergo vbi demorſus quis à rabioſo cane eſt, nihil moleſtiæ ſentit, præterquam ex vulnere dolorem, vt Dioſcorides, Paulus, atque Auicenna ſenſēre, & ipſa quoque experientia docet: poſt dies aliquot, cogitationes corruptæ turbatique ſomni, mœror, metus atque triſtitia iræ coniuncta apparere incipiunt, & tacita quædam obmurmuratio: abhinc conuulſiui quidam motus, lucis fuga & horror, ſingultus, ſitis, oríſque ſiccitas cōſequuntur: oculi & facies plerumque rubent, rauceſcit vox, ſudor in facie, anguſtia in toto corpore obrepit: tandem verò re ad extremum deducta, aquæ metus, dum eam ſpectant, & dum admouetur, quam ὑδροφοβίαν Græci dicunt. Nonnulli ex demorſis à rabioſo cane non aquam ſolùm, ſed & omnem humorem prorſus refugiunt. Plerique canum ritu delatrant, & obuium quemque dentibus appetunt, morſúque ſuo in alios eandem affectionem contagio transferunt. Hæc præcipua demorſorum à cane rabioſo accidētia, quorum cauſa iuſta aſsi-

Fen 6. 4. trac. 4. c. 6.

Galenus à calumnia vindicatur.

Dioſc. lib. 6. cap. 36. Paul lib. 5. cap. 3. Aui. fen 6. 4. tract. 4. cap. 7.

Quid rabioſi canis morſus in homine pariat.

©BIUM

ſta aſsignari poteſt, veneni è ſaliua canis inflicti natura. infectis namque & veneno occupatis partibus vniuerſis hæc omnia accidunt. Verùm metus aquæ non ſic perinde certa reddi ratio vt aliorum ſymptomatum poteſt. Quidam ab immodica ſiccitate id fieri tradunt, ſed quorum ſententia euentui non reſpõdeat: magis namque aquam exiccati appetere quàm refugere deberent, vel naturæ ordine ipſo, aquæ potu ad depellendam ſiccitatem inducti, contraquàm fieri videamus. Rufus verò (citante Paulo) talem melancholiæ ſpeciem ipſis oboriri pronuntiauit, veneno quidem humorem atrabilarium imitante. Vt enim melancholicos videmus alios alia timere, (vt lib. 3. de locis affectis Gal.) ſic demorſi à rabioſo cane aquam metuunt, vel quòd canis qui momorderit ſpeciem ſe in aqua videre arbitrantur, (quod à pleriſque demorſis exiſtimatum Paulus retulit) vel quòd ſummergi in aqua ac præfocari debere falsò arbitrantur, ideóque exoſam habent, & ab ea tanquam à re exitiali refugiunt. At qui eò mali peruenerunt, in deploratis habendi ſunt, nec quemquam, præter vnum aut alterum, ſuperuixiſſe Paulus teſtatur. Ante verò quàm hoc ſymptomate occupentur, ſeruari poſſe multos experientia docet. Quibus verò ſignis rabioſum canem deprehendere liceat, & qua probatione vſi morſum à rabioſo cane inflictum fuiſſe agnoſcamus, iam dicendum nobis eſt. Rabidi canis notas atque indicia prodidit Galenus lib. de Theriaca ad Piſonem in hæc verba: Si audieris canem, qui aliquem momorderit, gracilem corpore, & ſiccum, oculis rubentibus, cauda demiſſa, ſpuma ex ore fluente, præterea lingua foras porrecta, & tanquam bile colorata, obuium quemque inſiliiſſe, citráque rationẽ cucurriſſe, deinde rurſus ſubitò conſiſtentem, cum irâ quadam magis furenti non ipſi præuiſos momordiſſe: hæc, inquam, ſi in eo ſic habere audieris, ſtatim rabioſum canem fuiſſe intelligas. Hæc Galenus. Ex inceſſu item in furorem actum canem deprehendere eſt. incedunt enim lento & ſegni gradu, demiſsis auribus, capite graui & terram ſpectante: obuios non modò homines nullo delectu, ſed & feras quaſcunque quæ ſeſe illis offerunt morſu impetunt. Quin & domeſticos & proprium etiam dominum mordent: quòd quum inſaniant tum in rabiem efferati canes, plurimóque atrabilario ſucco redundent, præſertim ſecundum caput (vnde & oculi rubent, & toruùm aſpiciunt, & demiſſo in terrã capite progrediuntur) efficitur vt ſenſus omnes hoc ſucco inficiantur, proindéque & domeſticorum & domini etiam obliuiſcantur, nec eos amplius agnoſcant: eóque fit vt eos morſu impetant. Quod & hominibus furore percitis euenire interdum videmus, qui non ſolùm parentes, filios, vxorem, domeſticos cædunt: ſed & ſibiipſis manus adferunt, mortémque conſciſcunt. Quæ ſanè ſigna non ſolùm à Galeno præcitato loco, ſed & à Paulo & Auicenna referuntur. Sed ſi fortè rabioſum fuiſſe canem ignoremus, momorderit tamen aliquem de quo ſolliciti ſcire velimus, num rabidus fuerit qui momordit canis, his notis certiſsimis diſcernere id poterimus. Supra vulnus morſu factum nux trita imponatur, aliquandiu vulneri hærens conſiſtat, poſtea gallinæ aut cani edenda proiicitur: quòd ſi eam renuunt & auerſantur, rabioſum fuiſſe canem certiſsima

Vbi ſuprà.

Cap. 6.

Lib. 5. cap. 3.

Signa rabidi canis.

Paul lib. 5. cap. 3. Aui. fen 6. 3. tract. 4. cap. 5.

De diſcrimine morſus rabioſi canis à nõ rabioſo.

coniectu

coniectura est: tum etiam & maximè si sanie aut tabido sanguine è vulnere effluente buccella panis intingatur, edēdáque cani offeratur: eam si renuit canis, & ab ea refugit, canem rabiosum fuisse indicio est: sin minus, minimè rabiosum, vti Auicennæ sententia est & Pauli. Vbi suprà cap. 8. Paul. lib. 5. cap. 3.

Nunc verò his prælibatis ad curationem quam in ægro nostro fœlici successu exercuimus, ipso orationis transcursu propius veniemus. Ergo æger hic quum à rabioso cane esset demorsus in altero crure propè malleolū, mox à suis ad Pagum trium Diuarum (quas vulgò *Les sainctes Maries* vocant) missus est: quòd vulgi opinione locus hic demorsis à cane rabido sacer sit, eóque ægri accedant, vt se mari abluant: quod salutare plerisque creditum est. Illic dies nouem integros manet: redit Arelaten vulnere grauiore reddito: ipse quoque torùm aspiciens, taciturnus ac cogitabundus, vt planè melancholici affectus iam notæ aliquæ sese proferrēt. Vbi autem de singulis assidentes rogassem, & rabiosum fuisse canem ab his qui eum furentem iugularant, intellexissem: celeriter tanto malo prouidēdum, ne in hydrophobiam æger incideret, ipse iure merito statui. Itaque vulnere perspecto, quum liuens perspexissem, & multo tabo infectum cacoethe & putre, ad magna confestim auxilia properandum optimum censui: quòd in talibus medicari eadem die expediat, & procrastinatio periculosa sit. Itaque quòd adstricta aluo æger esset, mollem clysterem iniici iubeo, in hunc modum: ℞. Maluæ, althææ, amborum cum suis radicibus, matrum violarum, brancæ vrsinæ, mercurialis, melissophylli (morsibus enim canum, auctore Dioscoride, plurimum valet) cuiusque manipulum, florum chamæmeli, meliloti, & roris marini, ana pugillum vnum: epithymi vnciæ dimidium, furfuris macri P. j. Fiat omnium decoctio in iure capitis castrati & omasorum ad ℔ j. & coletur. In colatura adde catholici ʒ j. confectionis hamec ʒ iij. olei violacei ʒ iiij. sacchari rubri ʒ j. Misce: fiat clyster. Sequuta vacuatione, candens ferrum protinus vulneri admoueri iubeo. id enim auxilij ad veneni vim frangendam potentissimum est, Lib. 3. cap. 101.

& admoueri debere in canum rabiosorum morsibus, Galenus in hæc verba prodidit, de rabidi canis morsus curatione sermonem instituens: Cauteriis, inquit, admodum candentibus locum adurere solemus, & aliis vti medicamentis quæ extrahendi vim obtinent, nec virus intra carnem manere sinunt. Paulus item atque Aëtius locum vulneratum itidem latioribus cauteriis inurendum senserunt: quo præsidio nullum certè in venenosis morsibus præstantius adferri solet. Vbi verò cauterio admoto veneni vis è vulnere bona ex parte adempta esset, ad crustæ amotionem properandum censui, pinguium & putrefacientium admotione, butyri recentis ex oui luteo & suilla pinguedine, interdum basilicum vnguentum admiscuimus. Interea verò dum vulneri prospicimus, antidotis aduersum veneni vim pugnare nobis visum est: tum etiam quòd plethoricus iuuenis esset, & cacochymia etiam laboraret, missione sanguinis & purgatione vtendum commodum visum est. Nec metuebam quin intrò venenū missō sanguine & purgatione adhibita conuerteretur: nam & marina aqua perfusum vulnus nouem totos dies, & cauteriū adhibitum bonam multámque Lib. de ther. ad Pisonem. Paul. lib. 5. cap. 3. Aët. lib. 6. cap. 24.

támque veneni partem exhauſerant, vt metus non eſſet ad interna pelli venenum, ſatis vtpote iam ad externa attracto, & candenti ferro extincto.

Quãdo in venenoſis affectibus ſanguinis miſsione & purgatione abſtinendum ſit.

In venenoſis namque affectibus, vbi veneni ſeminarium humoribus intermiſtum contagio totum corpus inficit, tum profectò nec ſanguinis miſſio, nec purgatio adhiberi debent; ea ſcilicet ratione, ne intrò à vi medicamenti venenum trahatur, quum pharmacum ſolutiuum à circumferentia ad centrum, hoc eſt, ab externis ad interna trahat. Itaque in rabioſi canis & aliorum animantium morſu, præcipua ea cura medico eſſe debet, vt trahentibus & virus euocantibus medicamẽtis foras venenum trahatur, & vulnus quàm diutiſsimè patens & hians teneatur: quod Auicenna his verbis explicauit: Oportet, ait, vt in principio rei vulnus coaleſcere non ſinas, immò dilates & aperias. Et paulò poſt de euacuatione loquẽs; Non oportet, inquit, vt properes in diebus primis ad euacuantia, ſed occupare in extrahendo ad exteriora. nam euacuatio quandoque adiuuat ad hoc vt venenum penetret ad profundum, & prohibet attractionem eius ad exteriora: quoniam ipſa cùm trahit humores ad interiora, tunc trahit cũ eis venenum. Hactenus Auicenna. Ex quo ſanè loco edocemur in peſtilẽtibus, contagioſis, & aliis à venenoſo humore prodeuntibus morbis, nõ eſſe temerè euacuandum, ne intrò trahatur venenum; ſed prius foras eſſe euocandum venenum, ne ſpargatur ſeminarium venenoſum in vaſa: poſtea verò tutò vacuãdum, præſertim in rabioſi canis morſu, vt rectè Auicenna monet, & Fracaſtorius atque Fernelius ſuis quique monumentis traditum reliquere. Iam verò ad inſtitutum redeuntes, curationis in hoc ægro adhibitæ quod reliquum eſt abſoluamus. Euocato foras veneno quibus diximus præſidiis, nempe lotione vulneris ex marina aqua, cauterio adhibito, & cataplaſmate ſequenti admoto, cuius eſſet vis foras euocare venenum, ſanguinem detraximus, ad immodicam plenitatem tollendam, mox ſyrupos ad atrãbilim, octo continuos dies dedimus, dein ſoluens medicamentum atræ bili vacuandæ maximè appoſitum, & ex certis dierum interuallis repetita vacuatione. Mox verò antidotis à tota ſubſtantia canum rabioſorum morſibus proficientibus totos quadraginta dies vſi ſumus. Vlcus porrò apertum ſexaginta ferè dies continuimus, detergentes quod putre & ſanioſum inerat: tandem glutinantibus, & cicatricem obducentibus, vbi in tuto iam res eſſet, poſt ſeptuageſimum diem vlcus ſanauimus.

Fen 6. 4. tract. 4. ca. 9.

Lib. 3. cap. 101.

Apozema ad atrabilarium ſuccum & veneni vim.

Horum præſidiorum hæc fuit forma: Ad atrabilarium ſuccum, & veneni vim retundendam, hoc apozemate ſum vſus: ℞. Borraginis, buglo ſſi, amborum cum ſuis radicibus, lapatij acuti cum toro, ana M. j. ſummitatum fumariæ, lupulorum, & fraxini, ana M. ß. meliſſæ M. j. (peculiariter enim morſibus canum aduerſatur Dioſcoridis teſtimonio) betonicæ tantundem (nam & hæc quoque venenis aduerſatur, vt Dioſc. lib. 4. cap. 1. aſſerit) ſeminum citrei mali, acetoſæ, & cardui benedicti, ana ʒ ij. polypodij querni recentis non corroſi, & parum contuſi ʒ j. paſſularum exacinatarum numero xx. epithymi ʒ ß. trium florum communium, cuiuſque P. j. cancrorum fluuiatiliũ numero vj. fiat omnium decoctio in aqua hordeacea recenter facta, ad ℔ ij. & coletur. Colaturæ adde ſuccorum fumariæ,

lupulo

ſupulorum,& pomorum redolentium, ana ʒ iiij. aceti ʒ iij. Fiat ſyrupus cum ſaccharo clarificatus, & aromatiſatus cũ puluere theriacali Guidonis ʒ j. pro quatuor matutinis, reiterando aliis tribus aut quatuor. Vbi octo continuis diebus ſyrupum ſumpſiſſet, iámque coctionis notæ in vrina ſeſe proderent, probéque attenuati craſsi humores viderentur, ad ſoluens medicamentum properaui, iuxta Hippocratis ſententiam, qui concocta, non cruda medicanda præcepit. Lib.1.aph. 22. Medicamen porrò tale fuit: ℞. Foliorum ſenæ Orientalis mundatorũ ʒ iij. epithymi ʒ j. ß. aniſi & cinnamomi electi, ana ϑ ij. trium florum communium, foliorum meliſſæ & betonicæ, ana P. j. fiat decoctio ad ʒ iiij. & coletur. In colatura diſſolue rhabarbari ſelecti, in ſero lactis caprini per noctem infuſi cum tantillo cinnamomi, & manè fortiter expreſsi ϑ iiij. confectionis hamec primæ deſcriptionis ʒ ij. ß. theriacæ electæ, puluerís theriacalis Guidonis, ana ϑ ij. ſyrupi roſati ex infuſo roſarum, ſyrupi de pomis, ana ʒ j. Fiat potio: bilioſa & atrabilaria mutata deiecta ſunt. In craſtinum theriacen antidotum cum puluere betonicæ dedi, ex ſaccharo exceptis omnibus. Hoc autem cataplaſmate ad venenum euocandum ſum vſus: ℞. Cæpas albas numero iij. excauentur modicum, & cauitas tota theriaca impleatur, & operculo addito, ſub prunis coquantur, donec molleſcant, piſtentur, & ſetaceo cribro tranſmittantur: poſtea adde puluerís vtriuſque ariſtolochiæ, cuiuſque ʒ iij. galbani, bdellij, myrrhæ, ana ʒ ß. puluerís cancrorum fluuialium ʒ v. Miſce in formam cataplaſmatis, & vulneri ſuperdetur. Amota ab vlcere eſchara, mundificatiuo ex reſina parato cum puluere cancrorum fluuiatilium, & radicis ariſtolochiæ vtebar fœlici ſucceſſu: & ſupra vulnus tale emplaſtrum apponendum iuſsi: ℞. Galbani, ſagapeni, opopanacis, ana ʒ ß. euphorbij, iridis Florentiæ, ariſtolochię rotundæ, gentianæ radicis, ana ʒ j. puluerís cancrorum ʒ ij. ceræ quantum ſat eſt, terebinthinæ ʒ ij. Miſce: fiat emplaſtrum. Miram profectò vitioſi puris copiam è vlcere educebat, nec ſigillari vulnus ſinebat. Sum interdum etiam emplaſtro diachalciteos ex roſaceo liquato vſus. Poſtea verò ad veneni noxam intentus, puluerem hunc confeci, quo quadraginta totos dies æger vſus eſt: ℞. Cineris cancrorum fluuiatilium ʒ x. radicis gentianæ ʒ v. olibani ʒ j. Miſce: fiat puluis tenuiſsimus, cuius doſis erat ʒ ij. ex aqua bugloſsi. Cancros verò in vaſe rubri æris (vulgò *Cuyure* vocant) ex ſarmentis vitium vri iuſsi, ex Aëtij præſcripto. Lib.6.cap. 24. Quin ad præcautionem, vbi prope curationis finem ventum eſſet, epithymum ex lactis caprini ſero vtendum dedi: interdum catholico medicamento & confectione hamec vſus ſum: & vlcus ſæpe ex vrina impubis iuuenis ſani elui. trahit enim cum fortitudine venenum, vt Auicenna conceptis verbis teſtatur, capite de curatione morſus canis rabidi. Fen 6. 4. Aëtius hippocampum proprietate ſua terrori aquæ prodeſſe, & ad eius amorem deuoratum inducere teſtatur. Vbi ſuprà. Sed eo in hoc curando ægro vſus non ſum, quòd in terrorem aquæ Dei miſericordia non incidiſſet. Hæc curationis tam ſæui mali inſtituta ratio à me fuit: ipſéque æger ſanitati reſtitutus, Deo ſeruatori opt. max. ſummas gratias egit: cui ſit laus, honor & benedictio in omne æuum.

Cataplaſma venenũ euocans.

Observationum medicinalium libri sex - page 155 sur 308

OBSERVATIO QVARTA.

IOANNES de Luque Arelatensis, tres totos menses dysenteria graui correptus, & ad extremum periculi deductus, sanguine continuo è intestinis manante, cum ingenti virium defectione, torminibus & insomnia, incauta etiam victus ratione seruata: quū pertæsus mali, haud satis medici præscriptis obtemperaret, dum moriturus spe rabatur, præter omnium expectationem seruatus est.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

VARIOS qui in corporibus hominum accidere solent euentus demonstrare volens Celsus, haud rarò euenire literis testatum reliquit, vt ferè quos ratio non restituit, temeritas adiuuet: quòd eadem omnibus conuenire non possint. Eò fieri Lib. 3. cap. 9. sæpe videmus, vt in quibusdam corporibus accurata medicinæ ratio parum valeat, quum sint quædam corpora quæ medendo ægrescant, in deteriúsque labantur, vt quotidiana experientia docet: interdum etiam accidere, vt operosa medicorum manu neutiquam curato morbo, ipse per se, vel naturæ ope, vel etiam contra naturæ ordinem sanetur, nulla obseruata victus ratione, nullo consilio aut arte, nullis artis præceptis seruatis: sed temeritate potius quadam & audacia insolenti artísque contemptu. Id à me in plerisque ægris obseruatum est, quorum catalogum retexere immensum esset, sed in hoc præcipuè quo de nunc agimus, qui quum diutino quidem tempore sese medico obsequentem præstitisset, nec tamen proficeret in melius, fortunam experiri decreuit, ea omnia quæ morbum grauiorem effectura essent, incunctanter obiens, salutem adeptus est. Laborabat hic quidem dysenteria graui & molesta, quæ, auctoribus Galeno & Aëtio, exulceratio intestinorum est, serpendo interdum depascens. Affectio hæc in hoc ægro ab humorum acrium vitio nata erat. Plurima namque bile, vitiosísque humoribus æger redúdabat, quòd & calidissimi hepatis esset, humores plus æquo nimium assantis & adurentis, & ex incauta victus ratione seruata, cruditatibus multis inde genitis, redundãs corpus, ingenti vitiosorum humorum copia premebatur: vnde onerata facultas, quod molestum erat excernere cupiens, dysenteriam grauem excitauit: acribus nimirum in intestina delatis impetu humoribus, & acrimonia sua intestina abradentibus, tandémque vlcus creantibus ingens. Tentat enim natura, suis semper viribus vsa, quod alienum est excernere, vt lib. 2. de feb. diff. scitissimè Galenus dixit: nimirum exonerari eo satagens quo veluti sarcina premitur. Quum enim facultas aut nimia humorum copia grauatur, aut acredine irritatur, ad excretionem eorum quæ vel copia grauant, vel molesto sensu irritant excitatur: indeque fluxionum varia genera fiunt. Hæc dysenteriæ in hoc viro præcipua causa fuit, humorum vtique

Gal. lib. 6. de loc. aff. cap. 2. Aët. serm. 9. cap. 43. Cap. 5.

acrium

acrium in toto redundantia,& virtutis expultricis opera in inteſtina magno & celeri impetu delapſio. Quæ verò ſymptomata ægrũ potiſsimum infeſtarent dicemus, inde ad curationem à nobis inſtitutam progreſſuri. Multa,grauia,ac periculi plena erant quæ hunc ægrum ſymptomata infeſtabant:inter quæ præcipuum erat,frequens deiectio,cum ſumma virium imbecillitate coniuncta, crebra & magna cruoris cum inteſtinorum ramentis ac etiam carunculis effuſio, tormina & acerbi in inteſtinis dolores,aſsidui,ac ſine vlla quiete ægrum affligentes, vt & ſomnum omnino eriperent,& ad animi defectionem vſque miſerum ægrotantem deducerent:erántque dolores hi non ſolùm in craſsioribus inteſtinis, ſed & in tenuibus etiam : quod & locus doloris, & excretionum modus indicabat. Nam & ſupra vmbilicum dolores acriores infeſtabant (ingens planè in dyſenteria malum) & ſanguis excrementis valde permixtus erat, indicio ipſum è longinquis ano partibus emanare, vti Auicenna rectiſsimè dixit. Fen 16. 3. tract. 1. ca. 3. Alterum ſymptoma,nec minus verendum,aſsidua vigilia, & inappetentia grauis,quæ quum aſsiduè ægrum infeſtarent, ad miram virium imbecillitatem deduxerãt. Siquidem exiccat totum corpus vigilia, vt 7. meth. à Galeno proditum eſt:inedia autem præſertim longa vires maximè conuellit,vt Galenus decimo & duodecimo meth. med. prodidit, & pluries alibi:præſertim vbi dolor,vigiliæ, & immodica vacuatio coniuncta ſunt, vti in hoc ægrotante accidit.Hæc præcipua quæ curam ad ſe aduocabant ſymptomata fuere,quorum eſt à nobis reddenda ratio. Crebræ deiectionis cauſa erat,humoris in inteſtinis contenti,& ad ea è toto defluẽtis tum copia,tum acrimonia facultatem expultricem irritans. Excremẽta namque vel ſui copia vel acrimonia,ceu ſtimulo quodam, proritare facultatem vel ſopitã ſolent:vt lib.de feb.diff.ſecundo capite vltimo dixit Galenus.Itaque quum & multa & valde acria in toto excrementa ſupereſſent, veluti ſarcina quædam facultatem grauantia, nimirum crebram inde naſci deiectionem conſequens certè fuit,ad quam vires deiici erat omnino neceſſe. Lædunt nempe vires vigiliæ,dolor & immodica vacuatio, vt 12. meth.prolatum à Galeno eſt:quæ etiam multo magis à dolore perpetuo & ſæuo,à vigiliis etiam & inedia conuellebantur.Sanguinis verò cum inteſtinorum ramentis & demum etiam carunculis effuſio,vlceris in inteſtinis magnitudinem & eroſionem membranarum inteſtina veſtientium declarabat:vt à Galeno lib. 1. de loc. aff. habetur. Doloris autem aſsidui & torminum,tum partium affectarum intemperies præter naturam calida & phlegmonoſæ ſimilis,tum & ſoluta vnitas ab eroſione originem ducens, in cauſa erat.Eſt namque dolor triſtis ſenſus affatim incidens, & naturæ moleſtiam inferens, vt in Timæo Plato,& lib. 1. de ſympt. cauſis à Galeno proditum eſt.Fit autem maximè vel à partis intemperie & ſubita alteratione,vel eiuſdem vnitate ſoluta,vt in arte medicinali Galenus.Itaque quum ab humoris acrimonia vlcus in inteſtinis creatũ eſſet,& pars affecta intemperie graui,& ſubita alteratione immutata,conſequens certè fuit vt dolore perpetuo æger ea parte premeretur. Tantus autem tám que acerbus erat dolor, vt quieſcere hominem non ſineret neque noctu neque interdiu.

Vide etiã Galenum lib. 6. de loc.aff. ca. 2.& Aëtiũ ſerm.9. ca. 43. de dyſenteria.

Crebræ deiectionis cauſa.

Virium deiectionis cauſa.

Sanguinis excreti & ramentorũ prodeuntiũ cauſa.

Torminũ & doloris cauſa.

Cap. 80.

terdiu. Vigilias autem parere intenſum dolorem, præter experientiæ fidem, ratio ipſa demonſtrat. Nam quū dolor (vt antea dictum) triſtis quidam ſenſus ſit ſubitò & violenter incidens, quò grauior is fuerit, eò magis naturam torquet. Vnde fit, vt afflictæ parti mederi natura ſtudens, ſpiritum copiam eò mittat in doloris ſubſidium: ſintque ſpiritus, quamdiu perſtat dolor, vehementer agitati atque commoti. quæ ſanè commotio, expanſionem animę facit ad corporis partes: id autem vigilia eſt, vt auctor definitionum medicinalium rectè definiuiſſe eſt viſus. Quum enim ſomno ſit contraria vigilia: ſit autem ſomnus, auctore Galeno, animalis facultatis quies: erit profectò vigilia eiuſdem facultatis motio ſiue expanſio quædam à principio, id eſt cerebro, ad corporis partes. Quò fit, vt quò molestior ingruerit dolor, eò vigiliæ intenſiores perſiſtant: ad quas diſſoluto virium robore, ſpiritibúſque inanitis, animi deliquium ſequitur: vt in hoc ægrotante experiētiæ fide didicimus, qui tum à dolorum acerbitate & vigiliis multis, crebráque deiectione, in animi deliquium crebrò incidebat.

Lib. 1. de ſympt. cauſ. cap. 8.

Inappetentiæ cauſa.

Inappetentia verò qua premebatur, ſymptoma erat euerſionem ſtomachi conſequens: quæ in magnis fluxionibus plerumque accidere conſueuit, pereunte vtique ſuctionis in ventriculo ſenſu, eo præſertim nimio humore madēte: vt in diarrhœa & dyſenteria euenire fere ſemper videmus. Experimur namque per eos affectus ſopitam fereque proſtratam eſſe ſenſificam ventriculi facultatem, vnde anorexia maxima conſequatur: qua efficitur, vt ſine alimento ſenſim contabeſcant homines, & in perniciem dedantur. quod in hoc laborante ſumus fide bona experti, qui inappetēs effectus, in dies ſqualidior, extenuatior, & penè cadaueroſus reddebatur: ita ἀτροφίας laborans ad extremum periculi deductus planè eſt. Hæc ſymptomatum in hoc ægro perceptorum ratio.

EVRATIO. Qua verò methodo in eo curando vſi ſumus iam nobis promendum eſt. Vir hic quum multos iam dies ruri manens affectu hoc laboraſſet, antequam me ad curam accerſiuiſſet, grauiter tum certè habebat quum primùm hominem inuiſi: inprimíſque ad rectam curationem de omnibus interrogandum duxi, vt de omnibus certior fierem: ſic enim Hippocrates iubet. Vbi verò iam dies totos quindecim laboraſſe hominem abſque vllo auxilij genere deprehendiſſem, contumaciorem futurum morbum aſſidentibus ſignificaui: ſunt namque ab initio morbi vocandi medici, ne ſi ſeriùs aduocentur, æger ob morbi celeritatem pereat: quæ docta Hippocratis libro de arte ſententia eſt. Nec ſolùm quam diu laboraſſet interrogandum duxi, verumetiam qua eſſet ratione vitæ vſus ſcire volui, & quanam maximè parte ventris doleret, num ſupra, num infra vmbilicum. id enim ſcire in hoc morbo maximè intereſt, vt quænam inteſtina exulcerata ſint, num tenuia, num craſſa, ſcire valeamus: quòd profectò affectæ ratione alia atque alia præſidia præſcribere oportet medicum. Exulcerata namque tenuia inteſtina ebibitis curantur, craſſa clyſteribus magis, vt Galenus & Auicenna ſenſerunt. In primis verò excrementa qualia eſſent, quis excretionis modus, an cum dolore & deſidendi cupiditate, an multò poſt dolorem excretio ſequeretur, an ſubitò, inquirendum putaui. Deprehendi

Lib. 4. de rat. vic. acut. textu 51. & 2. li. textu 8.

Gal. 1. de loc. aff.

Auic. fen 16. 3. trac. 2. cap. 7.

Observationum medicinalium libri sex - page 158 sur 308

hendi autem excrementa fæculenta, cruenta ac bilioſa excerni, ídque interuallo aliquo poſt dolorem pungitiuum: quod quum fit, exulcerationem ſupernè conſiſtere Aëtius arbitratur: Quum, inquit, ſuperficies inteſtinorum perfectè fuerit denudata, exulceratióque ſupernè conſiſtit, fæculenta ac cruenta bilioſáque excernuntur: vbi autem altius penetrarit vlceratio, etiam ſordes pelliculas admixtas habentes expelluntur. Quod in hoc ægrotante experiri mihi licuit: multa namque fæculenta, putida, bilioſa cruore multo admixto excernebat, ſummo cũ dolore, ſupra & infra vmbilicum. Ad hunc igitur vocatus prædictione vtendum in primis mihi commodum viſum eſt, ne ſi ars malo victa eſſet, aut ignoraſſe aut fefelliſſe videri poſſem: prædixíque in præcipiti hominem verſari, nec niſi grandi cura ſeruari hominem poſſe, quòd iamdiu inualuiſſet morbus, contumaciórque factus eſſet: boni tamen medici me partes acturum ſum bona fide pollicitus. Mox ad remedia conuerſus, detergere primùm vlcus à ſordibus & putrilaginibus quibus ſcatebat nitor, partim ſubditis clyſteribus, partim ebibitis: dein frequenti deiectioni, ſiſtentibus, & vlcus agglutinantibus medeor. Torminibus & acribus doloribus partim diſcutientibus, partim anodynis reſiſto, ſoporiferis etiam datis ad dolorum alleuationem & ſomni conciliationem. Vires deiectas optimo cibo aliíſque præſidiis inſtaurare ſatago: appetentiam exſuſcito: vigiliis, ſomniferis medeor. Hi ſcopi mihi in curando hoc ægro propoſiti fuêre, quorum omnium hæc ratio fuit: ℞. Hordei cum cortice P. j. ſeminum lini & fœnogræci concaſſatorum, ana ʒ j. florum chamæmeli & meliloti, ana P. j. furfuris macri P. ij. fiat omnium decoctio ad ℔ j. in colatura diſſolue vitellorum ouorum num. ij. mellis roſati ʒ iij. ſacchari rubei ʒ ij. Miſce: fiat clyſter. Hoc bis eodem die elui inteſtina iuſsimus: móxque inſequenti die potionem hanc dedimus: ℞. Myrobalanorum citrinorum ʒ ij. ſeminum plantaginis, acetoſæ, & ſumac, ana ʒ j. florum borraginis, bugloſsi, roſarum, ana P. j. fiat omnium decoctio in ſufficienti quantitate aquæ chalybeatæ ad ʒ iij. & colentur. Colaturæ adde rhabarbari electi cum tota ſubſtantia ſubtiliter pulueriſati, & modicum torrefacti ʒ ij. ſyrupi cydoniorum & roſati ex infuſione roſarum, ana ʒ j. Miſce: paretur potio. Hac aſſumpta varij generis excrementa educta ſunt, bilioſa præſertim & rametoſa. Poſt aliquot dies iterum rhabarbarum torrefactum dedi ex ſucco cydoniorum & bolo Armenio ad ʒ j. ex coriandrorũ ſeminibus torrefactis ad ʒ j. ß. coriandro namque ineſt proprietas vehemens continendi cibum in ventriculo, vt auctor eſt Auicenna. Doloribus ventris hoc fotu atque vnctione prouidi: ℞. Abſinthij, menthæ, plantaginis, ſummitatum lentiſci, rubi, & caudæ equinæ, ana M. j. centinodiæ M. j. ß. florum chamæmeli & meliloti, ana P. j. roſarum rubearum P. ij. granorum myrti contritorum ʒ j. ſeminum ſumac, plantaginis & coriandri, ana ʒ vj. caryophyllorum ʒ j. corticum granatorum, furfuris, ana P. ij. fiat omnium decoctio in aqua chalybeata & vino rubeo craſſo, & cum filtris infuſis & expreſsis fiat fotus ventri & ſtomacho ante cibum. ℞. Oleorum maſtiches, cydoniorum, & roſati, ana ʒ ij. maſtiches, olibani, coriandri præparati, roſarum rubearum,

Serm. 9. cap. 43.

Fen 16. 3. tract. 2. ca. 2. Fotus optimus.

Observationum medicinalium libri sex - page 159 sur 308

menthæ ſiccæ, ana ʒ j. ſeminum ſumac & plantaginis, ana ℈ iiij. coralli rubei, caryophyllorum, boli Armenij præparati, ana ℈ iiij. ceræ quantum ſat eſt. Fiat vnguentum mediocre, quo vngatur tota regio ventris poſt fotum, calidè deſuper ponendo pannum lineum duplicatum &, fumigatum olibani polline, granis myrti & ſtyrace calamita. Quum verò adhuc grauius fluxio perſtaret, dolórque imum ventrem premeret, adſtringentibus clyſteribus obuiam eundum putaui in hunc modum: ℞. Summitatum rubi, plantaginis, cupreſsi, oliuæ, lentiſci, & centinodiæ, ana M. j. ſeminum ſumac, plantaginis, & portulacæ, coriandrorum præparatorum, cymini, parum torrefactorum & conquaſſatorum, ana ℥ j. amyli torrefacti ℥ ß. gallarum, nucum cupreſsi, groſſo modo contritorum, ana paria ij. furfuris P. ij. fiat omnium decoctio in aqua chalybeata ad ℔ j. In colatura adde axungiæ renum hirci liquefactæ ℥ j. boli Armenici præparati ʒ ij. ſucci plantaginis ℥ iiij. mucaginis tragacanthæ ℥ j. mellis roſati ℥ ij. Miſce: paretur clyſter, qui mirificè adſtringit & glutinat vlcus, fluxionémque ſiſtit. Aliquot eiuſmodi clyſteribus vſi ſumus, ſed maximè clyſmatibus ex lacte caprino, cum lapidibus ignitis extinctis in dicto lacte, & abiectis, addito bolo Armenio, ſucco plantaginis & hircina pinguedine, à quo eximiè iuuabatur. Per os ſequentes pilulas dedimus, quoniam à potionibus abhorrebat: ℞. Trochiſcorum de ſpodio cum ſemine acetoſæ, trochiſcorum de electro (de Karabe Pharmacopolæ vocant) ana ℈ ij. granorum myrti, arillorum vuarum torrefactorum, ana ℈ ij. puluerentur omnia ſubtiliter, & cum ſucco cydoniorum formentur catapotia ſub auroram deuoranda. Ventri autem tale admouimus emplaſtrum. ℞. Maſſæ emplaſtri contra ruptúram ℥ iij. emplaſtri diaphœnicon ℥ ij. maſtiches, olibani, coriandri præparati, boli Armenij præparati, ſanguinis draconis, ana ℈ iiij. lapidis æmatitis ʒ ij. ſucci plantaginis ℥ iiij. vini rubri craſsi ℥ iij. olei myrtillorum & cydoniorum, ana ℥ ij. Miſce cum cera & terebinthina, manibus inunctis vino rubro craſso: fiat magdaleon, ex quo ſuper alutam extenſo emplaſtrum fiat, & ventri admoueatur. Puluerem hunc ſingulis diebus aſſumere ægrum iubebam: ℞. Gigartorum vuarum & granatorum exiccatorum, & modicè torrefactorum, ana ʒ ij. coralli rubri, raſuræ eboris, cornu cerui vſti, lapidis æmatitis, omnium lotorum cum aqua plantaginis, & ſubtiliſsimè pulueriſatorum, ana ℈ iiij. coriandri præparati, boli Armenici præparati, ana ʒ j. ſeminum ſumac & plantaginis, ana ℈ ij. Miſce: fiat omnium puluis ſubtilis, dabam eius pulueris ℈ iiij. ex aqua decoctionis lyſimachiæ: mirificè namque dyſenteri cis prodeſt, vel Dioſcoridis teſtimonio. Quum autem noctu & vigiliis, & doloribus torqueretur, potionem ſequentem ad ſomnum conciliandum, dolorem ſedandum, & fluxum cohibendum propinari iubebam: ℞. Philonij perſici ʒ j. ſumat ex aqua plantaginis cum ſyrupi cydoniorum vncia, mirificè iuuari ſe à potione dicebat: ſedabatur nãque dolor, & fluxio ſiſtebatur, ſomnúſque ſuauis obrepebat. Alio item puluere fluxionem cohibente ſum fœliciter vſus: ℞. Boli Armenici præparati, margaritarum electarum, coralli rubri, lapidis æmatitis, ana ℈ j. coriandri præparati, pulueris roſatæ, nouel-

Lib. 4. cap. 3.

læ, ana

læ, ana ℈ j. Miſce: fiat omnium puluis ſubtilis: detur ex ſucco cydoniorum cum aqua plantaginis excepto. Dies totos decem hoc puluere vti iubebam. Quin quum & tineſmus etiam grauis infeſtaret, & dolor in ano moleſtus, huic ſymptomati ſic occurrendum putaui: ℞. Myrrhæ electæ, croci, ſtyracis calamitæ, ana ʒ j. opij ℈ ij. bdellij, aloës, ana ʒ ß. ceræ citrinæ liquefactæ quantum ſat eſt. Fiant balani (ſuppoſitoria ſeplaſiarij vocant) in anum indito vno ex illis, ſedabatur confeſtim dolor, & tineſmus remittebat. Potu etiam ad anum vſus ſum, ex verbaſci & corticum pini, atque roſarum & lentium decoctis, in vino rubeo craſſo, & cum ſtuppis infuſis & expreſsis, ano admotis. Interdum verò recremento ferri (quam Scoriam vocant, & ſtercus ferri) ad ignem incenſo, & in acetum infuſo, nidorem excipi ad anum iubebam in ſede perforata ad id appoſita: vehementer namque reſtringit cohibétque profluuia ventris, vel auctore Dioſcoride. Hoc etiam ſum cataplaſmate vſus, cuius eſt vis ſiſtere, dolorem ſedare, & vlcus agglutinare: eius hæc eſt deſcriptio: ℞. Farinæ fabarum, hordei, & lentium, omnium torrefactarum, & in aqua chalybeata decoctarum ad conuenientem glutinoſitatem, cuiuſque ʒ ij. cymini torrefacti ʒ j. ß. thuris maſculi ʒ iij. micæ panis albi in vino nigro craſſo incoctæ, & ſine expreſsione piſtatæ ℔ j. croci ʒ ij. pulueris myrtillorũ & gigartorum, ana ʒ iij. mucaginis tragacanthi, & cydoniorum, ana ʒ ij. olei myrtillorum quantum ſat eſt, carnis dactylorum & cydoniorum in vino rubro decoctorum, ana ℔ ß. Vniantur ſimul ad cataplaſmatis formam, & ventri admoueatur ſæpe remutando. Quum verò pulueribus ad ventriculum roborandum vti nollet, ab eorum vſu iam tædio affectus, electarium tale confeci: ℞. Pulueris boli Armeni ci præparati ℈ iiij. margaritarum ſelectarum, coralli rubei loti, ana ℈ ij. pulueris roſatæ nouellæ (fluxionibus namque alui plurimum valet) pulueris diarrhodon Abbatis, ana ʒ ß. conſeruæ ſymphyti maioris, corticis citri conditi, ana ʒ j. Excipiantur ex ſaccharo in aqua roſarum diſſoluto: fiat electarium in teſtiellis ponderis ʒ ij. vnam in aurora, alteram ante cœnam deuorare iubebam. Interdum olibani lucidi grana aliquot ante cibum ſumere imperabam. Sed dum hæc à me operoſa manu tractantur, mulier medica quædam anno ſa (ſunt enim, auctore Galeno, & mulieres medicæ quædam) mirabile confuluit remedium. Iuſsit pomum integrum & ſanum excauari, implerique cauitatem cera vel alba vel citrina ſelectiſsima, & indito operculo prunis admoueri pomum, donec omnifariam liqueſceret cera, & pomi ſubſtantiæ interm iſceretur: túmque pomum eiuſmodi ſic paratum eſitare ægrum iubebat ante omnem cibum: & profectò optimè contulit. Nam quum dies aliquot hoc eſſet clam me remedio vſus, mihíque poſtea rem omnem detexiſſet, & ecquidnam mihi de tali adhibito remedio videretur, rogaſſet: Ingenuè quidem reſpondi, non malum mihi omnino auxilium videri: propterea quòd, etſi eius generis eſſet quod intra corpus aſſumi non conſueuerit (dicente vtique Serapione, auctore inter Pœnos haud ignobili, ceram non eſſe ex medicinis quæ ingrediuntur in corpus, ſed ex illis quæ extrà apponuntur) tamen virtutẽ habere emplaſticam, qua agglutinare vlcera inteſtinorum

Lib. 5. cap. 54.

Lib. 6. de loc. aff. ca. 5. de vteri affect.

Pomum cum cera liquefacta.

Lib. ſimpl. parte 2. ca. 10. de cera.

Observationum medicinalium libri sex - page 161 sur 308

poſſet,& pinguitudine ſua lenire, quin & dyſentericis opitulari, ex Dioſcoridis potiſsimum ſenſis intrepidè affirmaui. Cera, inquit Dioſcorides, datur in ſorbitione dyſentericis:& exiccandi vim habere prodidit lib. 7. de ſimplicium facul. Galenus. Quamobrem haud citra rationem id adhibitum fuiſſe confiteri haud veritus ſum: tametſi non putabam eius medicamenti vim ad vlcerata inteſtina pertingere poſſe, quòd craſsitie ſua & emplaſtica vi intrò aſſumptum, in primis hæreat partibus, magis quàm ſe ad ima detrudat, glutinis modo ſeſe affigens partibus, ita vt depelli inde haud facilè queat. Nec me propterea remedium improbare velle, quòd eſſet à muliercula excogitatum, quum & Galenus ipſe veritus minimè ſit, nec dedecori ſibi fore putauit, à plebeio homine inuentam fumariæ herbæ vim, ad ſtomachum roborandum & ventrem lubricandum, in monumenta ſua referre, & tanquam exploratum probare: vt libro ſeptimo de ſimplicium facultatibus capite de fumaria affirmauit: & libro de compoſitione medicamentorum ſecundum genera quarto, Tharſei chirurgi emplaſtra quædam, & Mantiæ Pharmacopolæ etiam deſcribit: vti rurſus ſeptimo & nono de medicamentis ſecundum locos, Pamphili & Antonij Pharmacopœorum confectiones quaſdam. Itaque mirum non eſſe etiam à plebeiis interdum efficacia inueniri remedia. Laudare me magis tamen id remedij, ſi intra cotoneum malum cera liquanda imponeretur, quàm intra pomum, vt ſimul & adſtrictoria & glutinatoria facultate auxilium munitum eſſet: nec tamen non etiam in pomo vtile eſſe diffiteri, vt molliore pomi ſubſtantia facilior in ima aditus atque tranſitus ceræ præberetur, eſsétque ipſi pomum veluti vehiculum quoddam. Sed tandem, vt ſemel finiam, quum omnibus his ſumma cura adhibitis non tamen ſaneſceret æger, vt qui medendo ægreſceret, pertæſus malorum, malle ſe mori dixit, quàm tandiu tot malis torqueri, tot remediis non ex ſententia proficientibus onerari. Itaque ſibi omnia licere putans, in libertatem ſeſe volens ac ſciens aſſerit, nec vllis ſe vult in poſterum medicinæ aut Medici legibus obligare, nec medico nec iatrolipta egere, ac veluti manumiſſus in omnem ſe licentiam dat: Cibaria omnis generis omnia, & quæ ſibi cupita eſſent apponi iubet, illis impensè veſcitur, caulibus, alliis, cæpis, caſeo, piſcibus, frixis, elixis, aſsis, vt appetentia ferebat: nec in delectu ſolùm ciborum peccabat æger, ſed & in ordine, tempore, aſſumendi modo, & quantitate atque menſura. Ea tamen deprauata victus ratione vtens, ſanitati reſtituitur, vires demortuas recuperat, firmitatem aſſumit, & qui cadauer viuum erat, rediuiuus efficitur athleta, obducto inteſtinorum vlcere, firmata aluo, nec amplius fluxa: & dum ſe ruſticæ vitæ confert, cui aſſuetus in pago fuerat, integræ valetudini reſtituitur: vt veriſsimum id ſit quod initio diximus, euenire ſæpe, vt quos ratio non reſtituit, temeritas plerumque adiuuet.

Lib. 2. cap. 78. decer.

OBSER

OBSERVATIO QVINTA.

IOANNES Vitus causarum Patronus, vlcere vesicæ grauissimo affectus, & calculo in vesica, vnà cum sæuissimis symptomatis, quum in vitæ discrimen esset perductus, moriturusque speraretur: liberatur præter spem nutu Dei, multis adhibitis auxilijs: postea tamen relapsus, miserè vitam ducit, calculo in vesica noxam inferente.

10 OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

AEGER hic temperamento calido & humido secundum naturam, humido tamen calidum superante, calidi hepatis & renum: frigidi tamen tum ventriculi tum cerebri, parum sui obseruans, valetudinariæ artis præcepta negligens, assatim se obuijs quibusque cibis implere solitus, caseo & cerealibus plurimum vtens, vinóque generoso vsus, incauti prorsus & inordinati victus: multa congessit in venoso genere cruda, lenta, viscidáque, quæ tandem ab he-
20 patis & renum calore calfacta atque exassata, atque in vesicam delapsa, tum etiam inibi incrassata, tenuíque absumpto in tophi duritiem abeuntia, concreuerunt: vnde lapis in vesica genitus est. Nec lapis solùm in vesica concreuerat, sed & vlcus quoque eôdem loci ingeneratum fuerat: calculo, inquam, ruditate & asperitate sua vesicæ vrinariæ tunicam exedente. Vtriusque verò pathematis signa suberant euidentissima, ex quibus nõ coniectura solùm artificiosa veritati propinqua certum erat de iis affectibus proferre iudicium, sed certa methodo tum de affectibus prædictis, tum de sede affecta sententiam ferre licebat. Vt enim in morbis sedes affectas noscamus (quod in curatione, auctore Galeno, primas partes tene-
30 re creditur) quænam actionum læsa in corpore sit inuestigare primùm oportet: qua inuenta, facilè quænam pars primario affectu læsa sit scire in promptu erit: quum fieri prorsus nequeat vt cuiuspiam partis actio læsa sit, illæsa manente quæ ipsam efficit parte, vt docta Galeni sententia est. Itaque quum in hoc ægro vrinæ excernendæ actio læsa esset, vt in quo vrina & ægrè, & crebrò, & summo cum labore ac cruciatu emitteretur, dolórque in perinæo ac grauitas multa cum ponderis perceptione appareret, vrinæque continendæ actio ad vesicam pertineat: arguere necessarium fuit, partem eam vno aliquo affectu præter naturam teneri: quúmque & lapidis & vlceris certissimæ sese notæ offerrent, (quæ paulò post dicturi sumus) coniecimus, nec vana coniectura, & calculum & vlcus in vesica subesse: quod & rei euentus certa experientia clarum fecit. Vt autem de re tota certiores fieri possemus, pathognomica & propria signa attentius contemplari in animum induximus, quòd sine his nequicquam de affectu quopiam iudicium ferre possimus. Erant autem huiusmodi signa atque symptomata, ex quibus affectus præfatos deprehẽdimus. Sunt autem

Lib. 1. de loc. aff.

Lib. 1. de loc. aff.

notæ quæ

notæ quædam affectibus propriæ, quædam verò partes affectas indicant: fieríque etiam interdum potest vt ex vno indicio simul & locus & dispo-
Lib. 1. de loc. aff. & lib. 2. ca. 3. sitio deprehendantur. Locorum affectorum, vt Gal. ait, & ab actione læsa, & excrementis & positu, & doloris proprietate, & propriis accidentibus sumuntur notæ: sicuti affectuum, ab excrementorum specie, loci natura, doloris proprietate & propriis accidentibus. Ex his igitur deprehendimus & vesicam vrinariam in hoc ægro affici, & affectus modum qualis-
Lapidis notæ. nam esset, nempe calculus vna cum vlcere. Lapidem indicabant pondus & grauitas in regione vesicæ percepta. siquidem inter genitalia & podicem ponderis aggrauantis, quâ fundus vesicæ est, sensus percipiebatur. Vrina aquæ similis per initia, in quâ fabulosa multa suberant: postea verò confusæ, crassæ, purulentæ, graueolentes prodire cœperunt, ob pus mul-
Lib. 6. de loc. affect. cap. 4. Fen 19. 3. tum in his contentum, substantis vlceris efficax signum: (siquid Galeno & Auicennæ creditur) dolor inter meiendum grauis & acerbus, mictio crebra & guttatim facta, conatus & compressio multa, instar eorũ qui tenesmum patiuntur: pudendi attrectatio & scalptus, cum eiusdem erectione: (erat enim intentus penis) quibus si anteactæ vitæ rationem creando calculo aptam adiungas, certam habebis calculi notionem. Vlcus verò declarabant puris egressio in vrina cum fœtore multo, acrimonia in imo perinæi percepta, assiduus dolor crucians, sanguis cum vrina per interualla emissus, cortices laminarũ instar, ac furfuracea multa in vrinis cõsistentia: quæ quum adsunt, ex his vlcus aut in renibus, aut vreteris, vesicáve subesse existimare oportet. In hoc autem laborante locus ipse affectam vesicam planè demonstrabat. His signis atque symptomatis & huius laborantis affectus & sedem item affectam certa methodo deprehendimus: quorum nunc est nobis symptomatum reddenda ratio, vt tandem ad curationem veniamus. Doloris porrò causa intemperies ingens partis affectæ,
Lib. 2. de loc. aff. ca. 1. & in arte medic. cap. 80. solutáque vnitas erat: hæ namque præcipuæ doloris causæ Galeno statuuntur. siquidem quum à lapide consistente humorúmque copia vesica subitam reciperet alterationẽ, lapísque asperitate sua & duritie vnitatem solueret, consequi necessarium fuit vt ingens inde crearetur dolor. Crebræ verò mictionis & stranguriæ ratio, erat irritata expultrix facultas, quæ vrinæ purulentæ acrimoniam ferre non potens, ad excretionem impellebatur. Quum enim ab intẽperie vesica fit imbecillior, tum propria ipsius
Lib. 6. de loc. aff. capit. 4. Vbi suprà immediatè. actio, auctore Galeno, læditur, quæ est vrinę excretio, ad quam animal excitari solet, quum vel à multitudine contentæ in ipsa materiæ vesica grauatur, vel à mordacitate cõuellitur. (hæc namque ipsissima Galeni verba sunt) Itaque quum assiduè à puris plurimi intrò contenti acrimonia quasi conuelleretur vesica, nec noxam eam sustinere posset, eo quo premebatur exonerari cupiens, ad crebram vrinæ expulsionẽ mouebatur: quæ profectò cum cruciatu maximo atque dolore ingenti emittebatur, nimirum acri, mordaci & abundè calido existente humore, qui transitu per neruosa & magno sensu prædita loca, magnum item inferebat dolorem. Cur autem inter meiendum & plurimum premeretur, & tenesmum quasi quendam pateretur, in promptu causa est, quòd à lapide in imo vesicæ consi-

stente in

ſtente inteſtinum rectum item comprimebatur. ſupra namque rectum inteſtinum ſita veſica eſt, vt experientia docet, & Anatomicorum omnium concors ſententia eſt. Nimirum igitur ſi à calculi grauitate compreſſum rectum inteſtinum meiendo tineſmum inferret. Pudendi verò attrectatio & ſcalptus, partim ex dolore, partim ex pruritu qui ea in parte innaſcitur prouenire ſolet. Eam namque partem quæ dolore infeſtatur attrectare blando motu ſolemus ad lenimen doloris, vel quòd attrectatione blanda, portio rei noxiæ diſcutiatur, vt in fructione & ſcalptu euenit, vnde minus dolent ægrotantes: qua ratione fieri videmus, vt manu ad partem dolentem admota, & ibi aliquandiu retenta, dolor remittatur: vt millies in pleríſque dolore tentatis experti ſumus. calor namque manus affectam partem attrectantis diſcuſſorium quid habet. Erigitur porrò coles eo in affectu, ob ſpiritum flatuoſum multum neruo cauo impactum, & ab humore incaleſcente ſublatum, qui erectionem facit. Vrinæ verò tenues quæ apparere per initia in hoc affectu ſolent, humorum in vaſis cruditatem demonſtrant: ex quibus craſſeſcentibus, & à calore nimio exaſſatis gigni calculi ſolent, vt & Galeni, & Pauli, atque Auicennæ ſententia eſt. Purulentæ autem tum prodeunt vrinæ & graueolentes, quum in veſica puris copia ſubeſt, cuius pars cum vrinis emittitur: idque non ſine cruciatu, ob humoris à calore putredinali conceptam acrimoniam, quæ dolorem grauem atque moleſtum parit. Corticum & ſediminis furfuracei cum laminis in lotio apparentium, cauſa erat exeſio veſicæ ab humore acri illius ſubſtantiam erodente, tum & à lapide, aſperitate ſua idipſum efficiente. Itaque quum exeſionis tot eſſent cauſæ, quid mirum ſi cortices, ſquamæ, furfures in vrina apparerent? Attulimus accidentium quæ in hoc ægro conſpiciebantur cauſas: nunc curationis modum quo vſi ſumus referamus.

Gal. lib. 1. de loc. aff. & lib. de rerum affectorum dignot. & remedio. Paul. lib. 3. cap. 45. Auicē. fen 18. & 19. 3.

CVRATIO.

Primùm omnium, quoniam ſalubrem victus rationem in morbis curandis præcipuam curationis partem eſſe nouimus, dicente Galeno, non in ſanis ſolùm prauum victum ægrotandi adferre occaſionem, verumetiam multo magis in laborātibus, ex erroribus in victu admiſsis grauiores fieri morbos: & ſit inter curationis inſtrumenta opportunus victus, nobiliſsimum ac maximè neceſſarium inſtrumentum, vt idemmet Gal. lib. experimentorum affirmauit: hanc commodè ſalubritérque inſtituendā in hoc ægro imprimis duximus. Itaque in optimo ac moderato cubiculi aëre, aliquatenus ad ſiccum inclinante, ægrum verſari iuſsimus, ab omni ventorum impetu, Boreæ præſertim, ægrum arcentes. ſiquidem Aquilonij flatus veſicæ affectibus noxij deprehenduntur, vel Auicennæ ſententia. Ab implentibus cibis & obſtructionem parientibus, viſcidóſque ac craſſos humores gignentibus temperandum omnino iuſsimus, nempe à cerealibus, frumentaceis, leguminibus, lacticiniis, caſeo, piſcibus, niſi ſaxatilibus: ab acribus quoque eduliis abſtinere conſuluimus, tum & ab vrinam cientibus, ne maior humorum copia ad veſicam detruderetur, noxam immedicabilem adferens. Iuribus emollientibus & humorum acrimoniam ſalſedinémque temperantibus vti iubebamus, nempe paruarum pullarum cohortalium pinguiore iuſculo (pinguia namque in veſicæ & renum vlceri-

Lib. 2. de diff. feb. ca. vlt.

Fen 19. 3 trac. 1. cap 2.

bus hum

bus humorum acrimoniam probè retundunt,& exulceratam partem læuigant) in quo maluæ turiones ferè ſemper incoquerentur. Veſicæ namque mirè vtilis malua eſt, nedum folio ſed & ſemine, vti apud Dioſcoridem eſt videre. Nonnunquam verò cichorij domeſtici latifolij & hortenſis (vulgò ſcariolam vocant) folia, interdum etiam portulacæ indebam. ea namque, ſi Dioſcoridi creditur, veſicæ doloribus auxilio eſt, fluxiones mulcet, renes & veſicam adiuuat, etiamſi eroſionem ſentiant. Cucumeris quoque ſatiui ſemina ſuo tempore iuſculis imponi iubebam, quòd (auctore Dioſcoride) veſicæ exulcerationibus ſubueniant. Cremore paſſanæ, ex amygdalino lacte excepto, tum & furfurum colatura (quam mulierculaꝝ vulgus *dù Reſſedat* nuncupant) vti cum ſæpe iuſsi. vim namque deterſoriam habet, dolores lenit, ventrem emollit, & thoracis, renum, ac vesicæ affectibus perquàm idonea eſt: vti ſæpe à me non in hoc ſolùm, ſed & in multis aliis experimento probatum fuit. Butyro recenti multo ex ſacchâro temperato vti hominem ſuadebam, quo profectò mirificè iuuabatur. Vinum delegeram colore quidem fuluum, ſubſtantia ac viribus lene, non acutum nec potens vinoſúmve. Decumbere ægrum ſtrato potius duriore quàm molliore, & ſtragulis laneis potius quàm plumeis, ne magis renes incaleſcerent, iubebam: & ne reſupinus cubaret vetabam. Quietì vt ſe totum daret ſuadebam: motus namque calculoſis, & in veſica vlcus patientibus valde nocet, vt & ratio & quotidiana experientia monſtrat. Ab omnibus animi perturbationibus, ira præſertim atque mœrore, abſtinendum omnino conſului. Há cque inſtituta victus ratione, ad curationis reliquum per medicatas potiones & externa præſidia ſic proceſsi. Quoniam verò in renum & veſicæ affectibus clyſteres plurimum proſunt, vt Auicennæ ſententia eſt, his vti ægrum plurimum iuſsi. Erant autem partim emollientes ac deterſorij, partim flatuum diſcuſſorij & dolorum ſedantes. ℞. Maluæ, biſmaluæ, parietariæ (detergendi namque vim efficacem habet, auctore Galeno) blitis, mercurialis & acanthi, cuiuſque M.j. ſeminum melonum cum corticibus contuſorum (ſic enim magis detergunt) ʒ j. ſeminum maluæ, althææ, & cucumeris ſatiui, cuiuſque ʒ ß. florum chamæmeli & meliloti, cuiuſque P.j. furfuris macri, hordei cum cortice, ſingulorum P.j. fiat omnium decoctio ad ℔ j. & coletur: in colatura diſſolue catholici ʒ j. caſsiæ cum melle ʒ vj. mellis & olei violacei, ana ʒ ij. ſacchari rubei ʒ j. Fiat clyſter, quo ſæpe vti ægrum iubebam. Medicamentis ſoluentibus delectu, attrahentibus, & materiam ad ſedes affectas detrudentibus non ſum vſus, quòd in renum & veſicæ affectibus id prohibitum ſit. experimento namque compertum eſt à medicamentorum delectu ſoluentium vſu grauiter affici qui vel calculo vel veſicæ vlceribus laborant. Itaque clementioribus tantùm & lenientibus vti conſultius viſum eſt: ℞. Carnium prunorum dulcium in aqua hordei decoctorum, pulpæ ſebeſten, floris caſsiæ fiſtularis cribro ſetaceo tranſmiſſæ, ana ʒ j. ß. tamarindorum electorum in aqua violarum præinfuſorum, & cribro ſetaceo tranſmiſſorum ʒ vj. terebinthinæ Venetæ cũ aqua hordei lotæ ʒ ij. pulueris glycyrrhizæ ʒ ß. aniſi ℈ iiij. medullæ carthami ʒ j. Miſce cum ſyrupo roſato infuſionis

Lib. 2. cap. 3. de malua, ex Matthiolo.

Lib. 2. cap. 117.

Lib. 2. cap. 128.

Fen 4. 1. cap. 17.

Lib. 6. de ſimpl. facul.

Opiata optima.

ſuſionis roſarum,& ſyrupo violaceo:fiat in modum opiatæ,de qua capiat ʒj.ß. cum decocto hordei,glycyrrhizæ,ſeminum melonum & cucumeris & florum cordialium.Hac vtebatur bis térve in menſe ad alui ſubductionem,à cuius vſu impensè iuuabatur.Syrupis alterantibus & decoctis ſumus identidem commodè vſi,nempe ſyrupo violaceo,melle roſato colato,ſyrupo ex glycyrrhiza,ſyrupo de portulaca,ad ardorem vrinæ compeſcendum,ex decocto betonicæ,portulacæ,maluæ,mercurialis,& capillorum veneris,adiectis ſeminibus maluæ,melonum, cucumeris ſatiui, & papaueris albi,floribúſque communibus,exceptis. Dabámque ex certis
10 dierum interuallis vel caſsiæ bolum, ex ſaccharo cando & puluere glycyrrhizæ exceptũ,vel gummi abietis vnciæ dimidium, ex ſaccharo item apparatum.Ad vlcus veſicæ vrinæque ardorem compeſcendum,hac quę ſequitur ſum opiata magno ægri leuamento vſus: ℞. Quatuor ſeminum frigidorum maiorum,ſeminum maluæ,ſeminum cydoniorum, portulacæ,bombacis,granorum alkekengi,gummi Arabici,tragacanthi,glycyrrhizæ,ana ʒ iij.ſeminum papaueris albi,& myrtillorum,ana ʒ ij. pinearum mundatarum,amygdalarum dulcium delibratarum, & in aqua roſarum infuſarum,ſacchari candi,penidiorum,ana ʒ ß. foliorum caudæ equinæ, cornu cerui vſti,corticum interiorum caſtanearum, ana ʒ ij. Cum ſyrupo
20 capillorum fiat in modum opiatæ,de qua ad vnciam vnam ieiuno ſtomacho ſumere iubebam ſemel tertio quoque die:& mirificè ſe leuatum ab hac ſentiebat. Diutius autẽ his remediis eſt vſus,quòd diuturnus ac contumax eſſet morbus. Iniectionibus quoque ad doloris ſedationem & vrinæ acrimoniam retundendam ſum fœliciter vſus: interdum ſerum lactis ad deterſionem cum pauco melle iniici per rectum ſyphonem oblongum iubens:nonnunquam verò lac cum ſaccharo,aliâs hordei decoctum cum hippuri,vt partim detergeretur vlcus,partim exſiccaretur, per æneam fiſtulam iniici præcipiebam, adiectis paſtillis halicacabi cum opio, vbi ſedandi doloris ſcopus propoſitus erat:mucaginémque tragacanthi, & ſe-
30 minum cydoniorum ex aqua roſacea exceptorum admiſcebam. Tum verò vnctionibus congruis perinæum lumbóſque fouebam vnguento albo Galeni,vnguento roſaceo Meſuei,ceratóque ſantalino, adiecta mucagine ſeminum cydoniorum,tragacanthi & maluæ:& ad ventriculum roborandum,electuario Diarrhoden vocato,& aromatico roſato,cũ momento coralli rubei loti & raſura eboris,cortice citri condito, vti ægrum iuſſi. His remediis alleuari quidem æger miris quibus torquebatur cruciatibus aliquamdiu viſus eſt. Verùm quum & calculus ſubeſſet,qui aſperitate ſua veſicam vellicans vlcus creabat, & æger parum ſui obſeruans, ordinatum victum non ſeruaret: poſt menſes ſex relapſus (tametſi mitius
40 quàm antea affectus) in eundem morbum eſt: viuítque infœlix ac miſer. ſiquidem non viuit qui viuit morbis obnoxius. Nec hunc curari vnquam poſſe, non prius ſublato calculo, ſperandum minimè eſt: ſubtrahi verò nonniſi ſectione poteſt, vt rectè à Galeno in arte medicinali dictum eſt. Deus autem opt. max. ægro ſalutem clementia ſua largiri dignetur. Hic verò ſe tandem empyrico cuidam committens, qui acutiſsimis iniectis,

Observationum medicinalium libri sex - page 167 sur 308

& febrem & acerbos dolores excitauit, intra triduum infœliciter mortuus est.

OBSERVATIO SEXTA.

NOBILIS Felicia Bauda, Nicolai ab Aqueria Patritij Arelatensis generosa vxor, phthisi ad sanguinis reiectionem subsecuta, pulmonibúsque vlcere affectis tota tabefacta, maxima cura ingentique labore integrè sanata, è mortis faucibus erepta restituitur.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

HIppocrates medicorum scientissimus morbos quosdam è semine genitali prouenire, quòd similẽ inferat in fœtu morbosam qualitatem, quam ipsum à parẽtibus emissum præ se tulerit, libris de genitura, de pueri natura, & lib. de aëre, aquis & locis, constantissimè affirmauit: eò fieri ipse ait, vt à sanis parentibus sanum, à morbidis morbosum semen prodeat, quòd ab omnibus corporis membris genitale procedat semen. Quamobrem consequi necessarium est, vt à morbosis parentum partibus morbosum prodeat semen: quę causa est (vt ipse dixit) cur cæsij cæsios, distorti distortos generent. Vnde Auicenna, Sunt, inquit, morborum quidam qui in semine hereditantur, vt leuce, quam Albaras album ipse vocat, manantia vlcera, podagra, phthisis, elephas. Hæc eò à me in præsens dicta sunt, vt morbi in hac præstanti muliere originem adferre possem, quæ quum pari affectu læsos ex antecessoribus suæ stirpis plurimos habuisset, alterúmque parentem, cui omnino similis ipsa figura & corporis structura euaserat, phthisi correptum habuisset: mirum profectò non fuit ex vitiato parentum semine filiam labem hanc contraxisse. Est enim phthisis non minus contagiosus, quàm ex semine profluens morbus, vt non in hac solùm, sed in innumeris aliis experiri mihi licuit. Vidi ego Monspelij, quum adhuc iuuenis medicinæ darem operam, Franciscum Fortianum, diuitem hominem honoratúmque ciuem, multa familia onustum, phthisicum multos annos miseram vitam duxisse: tandémque eo morbo vita functum, sex illi succedentes liberos in eundem quoque morbum in medio ætatis flore incidisse, eodémque mortis genere quo pater decessisse. Annon prauam in semine & morbidam excretionem, qualitatémve occultam aliquam tabificam semen inficientem, quæ in posteros similem labem intulerit, adfuisse meritò credendum est? Sic est profectò: parentum vitia in filios vi seminis genitalis deriuari videmus: nec vitia solùm, sed & notas occultiores, si quæ in membris quibusdam insint, quin & parentum gestus, motus, formam ferè semper filij referunt: tanta est in genitura vis atque potestas. Hæc itaque generosa mulier nobili viro nupta, quum annum ætatis circiter decimumoctauum attigisset, formáque patrem referret, scapulis alatis, longo collo,

Fen 2. pri. doc. 2. cap. 18.

angusto

anguſto pectore, excarnis & tenui corporis habitu, derepente abſque cauſa aliqua externa, quæ morbo occaſionem dederit, in ſanguinis ex ore reiectationem copioſam cũ valida tuſsi incidit. Erat autem ſanguis tenuis, floridus, ſpumoſus, abſque dolore, copiosè tamen, ore reiectus: acrimonia ſat multa in faucibus aſperáque arteria percepta, ob bilioſi ſanguinis ad eas partes è pulmonum venis confluxum. Vnde quum & caliditate ſat multa, & acrimonia ſanguis emanans præditus eſſet, nimirum ſi parẽ diſpoſitionem iis partibus inferret ad quas impetu ferebatur: præſertim quòd ruptum in pulmone vas eſſet, vnde ſanguis caleſcens & impetu latus ad os per trachæam arteriam ferebatur. E` pulmonibus autem manaſſe, qui reiiciebatur ſanguis, & ſereandi modus, & ſanguinis ſubſtantia atque color plenè indicabant: ſiquidem & citra dolorem vllum in thoracis partibus perceptum educebatur, & confertim atque cum tuſsi valida. erat autem ſanguis ſubſtantia tenuis, colore floridus, ſpumoſus, calens, qualem, quum reiicitur è pulmonibus, prodire Hippocrates affirmauit: Quicunque, inquit, ſpumoſum ſanguinẽ expuũt, his è pulmone eductio fit. Quem locum enarrans Galenus, ſanguinis ſpumoſi expuitione, carnoſam pulmonum ſubſtantiam vlceribus eſſe affectam indicari ait: præſertim ſi & plurimus, & bene coloratus, & citra dolorem excernatur. Affecti namque pulmonis indicia eſſe hæc, teſtatur eô loci Galenus: quod & Paulus, & Auicenna comprobarunt. Ad hanc igitur ægram vocatus, quum de ſingulis, pro ſolenni meo more, interrogarem, (quod ad morbi cognitionem efficiendum Hippocrates iuſsit) quæſiui num ex alto cecidiſſet, num clamore valido vocẽ intendiſſet, num quid in pectus graue incubuiſſet. Quæ quum omnia abeſſe intellexiſſem, ſcreatus modum ſanguiníſque copiam atque colorem fuiſſem intuitus, è pulmonibus manare ſanguinem iudicaui, rupto vtique in pulmone vaſe aliquo amplo. Nec mea me opinio fallum habuit: ſiquidẽ & multa ſanguinis confertim reiecti copia, & floridus color ruptum in pulmone vas indicabant. hiſce namque ſignis id deprehendi auctores medicinæ omnes teſtantur. Ruptionis porrò vaſis cauſa fuit, tum venarum in hac ægrotante raritas (vaſa namque tenuia, rara, imbecilliáque ægra hæc omnia habebat, vt erat ipſa reliquo corpore tenui ac raro, vt habitum eum à primordiis generationis à parentibus nacta erat) tum etiam natiua quædam ad rupturam pronitas, & vitium ſimile à parentum ſemine in fœtu illatum. vnde in eundem affectum filia incidit in quem pater inciderat, morboſa qualitate in ſemine in pacta, vnde morboſus quoque fuit genitus fœtus. Atque ea ratio eſt cur phthiſicus phthiſicum, podagricus podagricum generet, vt ſuprà de Hippocratis mente dictum à nobis eſt. Erat itaque hic affectus in noſtra ægrotante, nempe vlcus pulmonis diſrupto vaſe, ad quod vlcus & puris ſputum & tabes conſecuta ordine ſunt, vt eſt Hippocratis mens. A ſanguinis ſputo, puris ſputum: à puris ſputo phthiſis. Erat autem vaſis ruptio per ἀνασόμωσιν magis quàm per διάβρωσιν, nempe à copia ſanguinis & acrimonia adaperto vaſe, non eroſo. Quum enim ab eroſione ruptura fit, grande tum periculum imminet, nec curari niſi ſummo negotio huiuſmodi vlcera queũt. Affectui huic fe-

E` pulmonibus reiecti ſanguinis notæ.

Lib. 5. aph. 13.

Paul lib. 3. cap. 31. Auic. fen 10. 3. tract. 3. cap. 5.

Lib. 4. de rat. vict. acut. 51.

Lib. 7. aph. 15. 16.

Observationum medicinalium libri sex - page 169 sur 308

bris comes erat, quæ internarum partium graues affectus subsequi solet. Spirandi etiam difficultas aliqua percipiebatur: vigilia, sitis, inappetentia ægrum vexabant, tum & valida tussis, qua exagitatus sanguis, & adaperto vase in pulmone per os erumpebat. Extenuatio adhæc temporis lapsu & virium deiectio consecuta sunt. Hæc præcipua quæ ægram diuexabant symptomata, quorum est à nobis, antequam curatiuam methodum subtexamus, reddenda ratio. Quòd ad sanguinis sputum, puris sputum superuenerit, id, auctore Galeno, malignum fuisse sanguinis sputum, & è pulmone procedere indicabat. neque enim ad omnem sanguinis ex orereiectationem purulentum subsequi sputum est omnino necesse. A puris autem sputo, phthisis, hoc est, vt interpretatur Gal. totius corporis cum febre parua extenuatio, consequi vt plurimum solet, quòd ali desinat corpus, & in dies emacietur, vnde contabescere ipsum sit necesse. est enim tabes, auctore Galeno, viuentis corporis ex siccitate consumptio. Quãobrem quum & à febri & ab vlcere, à tussi, vigiliis, inedia, atque sanguinis excreatu siccari hoc malo affectos in dies contingat, quid mirũ si contabescant? Febris autem, quæ huius morbi symptoma & casus esse solet, ob id oritur, quòd à sanguine feruidiore & acuto inflammari cor soleat, hoc est incendi, ita vt febrem creet: maximè quum exulcerato pulmone non sat perfrigerari cor possit. exulcerati namque pulmones haudquaquam liberè cordi suppeditare aërem refrigerij cordis materiam possunt. Vnde calefacto corde incendi febrẽ est omnino necesse, quum, definiente Arabe Auicenna, sit febris calor extraneus accensus in corde, procedens ab eo, mediantibus spiritu & sanguine, in totum corpus. Hæc igitur febris in hoc affectu causa fuit. Spirandi difficultas à pulmonum læsione proueniebat. est enim pulmo respirationis organum, ita asserente Galeno. Quamobrem quum fieri nequeat vt cuiuspiam partis actio lædatur, illæsa quæ ipsam efficit parte, (vt Galeni mens fuit) cõcludere inde oportet, læso respirationis instrumento, lædi quoque & eius actionem oportere. quî enim fieri potest vt exulcerato pulmone respirandi actio non vitietur, soluta vtique vnitate partis atque etiam intemperata? Vigilia porrò ad tussim validam & crebram, tum ad siccitatem necessariò sequebatur: vtrumque enim vigilias inducere solet, vt concors est medicorum omnium sententia. Sitim qua premebatur ægra, & à caloris copia, nempe febri, & ab humoris inopia, siccitate vtique immodica, ortum habuisse nemo inficiari poterit. eæ enim ambæ sitis causæ à Galeno statuuntur. Inappetentia ob suctionis defectum, & ventriculi ad pulmonem affectum consensum, oriri videbatur. conspirabile enim est vniuersum corpus, vt dixit Hippocrates: & vno membrorum læso, facilè reliqua in consensum & participatum trahuntur. Valida tussis ad sanguinis confluentis motum è pulmonibus sequebatur. est enim tussis, definiente Galeno, vehementissima efflatio, qua plurimus spiritus foras erumpens, impetu suo extrahit explodítque ea quæ in thorace pulmonibúsve hæserunt. Extenuationẽ autem & virium deiectionem ad hæc temporis tractu insecuta esse quis miretur? Extenuatio enim defectum cibi, virium autẽ defectio ad extenuationem

Lib. 7. aph. com. 15.
Lib. 7. aph. com. 16.
Lib. de tabe.
Fen 1. 4. cap. 1.
Lib. 6. de vsu part. cap. 9.
Lib. 1. de loc. aff.
Lib. 1. de sympt. facul. ca. 30.
Lib. de alim. & lib. 6. Epid. sect. 6.
Lib. 5. de sympt. cau. cap. 3.

Observationum medicinalium libri sex - page 170 sur 308

tionem consequi solet. Quamobrem quum & anorexia valida laboraret ægra, nec nisi cibum modicè caperet, & vigiliis & tussi valida premeretur, annon à tot causis extenuare potentibus attenuationem corporis insecutam esse confiteri oportebit? Extenuationem autem virium defectio comitatur, quòd in extenuatis & exiguus sanguis & spiritus pauci, & debilis calor omnino insint, quorum merito deficere vires consequens est. virium namque robur in spirituum, sanguinis, & caloris natiui copia situm est, vt pluribus in locis voluit Galenus. Redditis iam symptomatum in hac ægra causis, curationem subtexamus. Lib. 9. metho. & lib. 11.

10 Curationis modus hic fuit: Vbi primùm accersitus reiecti sanguinis copiam colorémque annotaui, & ex pulmonibus manare certũ habui, mox celeri manu succurrendum putaui, priusquam cruentum adhuc vulnus phlegmonẽ excitaret. nam vbi ea semel inuaserit, exigua spes est eius postea glutinandi: etsi in longius trahere tempus possit, vt Galeni mens lib. 5. meth. med. fuit. Itaque premisso leni & mollitiuo clysteri, mox sanguinem detrahi iubeo non cõfertim nec semel, sed per vices. sic enim, auctore Galeno, melius sanguis auertitur. Itaque primùm è media dextri brachij vena sanguinis vncias tres detraho, post tres horas iterum vncias quatuor demo, in crastinum verò vncias rursus quinque aufero: quoad mihi sanguis 20 sisti nec amplius fluere visus est. Silentium omnifariam triduum totũ impero, vt ne verbum quidem proferret, sed quæ vellet nutu designaret: (sic enim Galenus præcipit) ne magno vteretur respiratu inhibeo, & vt ne resupina cubaret, sed veluti sedens puluinari elato, quò facilius respiratio procederet, consulo: posca diluta & tepida colluere os, vt si quis in viscere thrombus latitaret, resolutus expueretur, quod posca facere solet. Vinculis & frictione extremorum ad reuulsionẽ sum cõmodè vsus, brachiorum & crurum. In perpetua quiete locóque obscuro manere ægram iussi, & vt ne minimùm corpus exagitaret prohibui. Adstringentes potiones, & glutinandi vasis vim habentes dedi, & forinsecus ad pectus vnctiones 30 glutinantes & modicè adstringentes admoui: victum tenuem, sed qui viribus sufficeret, & refrigerandi atque compescendi sanguinis vim haberet, præscripsi. Postea verò quum à sanguinis sputo puris sputum sequeretur, ad detergẽtia & mundificantia pulmones, demum ad siccantia & glutinantia vlcus me conuerti, quoad ægræ sanitas fuit integrè restituta. Horum omniũ hic fuit modus. Clyster emolliens talis fuit; ℞. Maluæ, bismaluæ, matrum violarum, bliti, ana M. j. prunorum paria v. caricarum pinguium numero xij. seminum melonum cum cortice contusorum ʒ j. seminum anisi & marathri (ob flatus plurimos quibus ægra abundabat) ana ʒ j. hordei cum cortice, furfuris macri P. j. fiat omnium decoctio ad ℔ j. in 40 colatura dissolue catholici ʒ j. cassiæ cum saccharo ʒ v. olei violacei ʒ iij. sacchari rubri ʒ j. fiat clyster. Ad sanguinem sistendum hac sum vsus potione: ℞. Lapidis æmatitis subtilissimè triti, & cum aqua plantaginis loti ʒ j. coralli rubri similiter puluerati & loti, boli Armenij præparati, ana ʒ iiij. terræ sigillatæ (illam enim, etsi caremus quæ germana sit, contingit tamen quosdam è proceribus habere, & tum amicorum ope illius Lib. 5. metho. med. Vbi suprà. Potio sanguinem sistens.

copia ægræ facta est, & in hoc casu præstantissima est) ʒj. ß. pulueris diarreos simplicis (cum adstringentibus enim pectoralia quædam miscere debent, quo eorum vis ad pulmones pectoralium ope feratur) ʒj. Misce fiat omnium puluis tenuissimus. dabam ʒj. ß. pro vice ex aquâ hordei, decoctionis plantaginis & centinodiæ. Sum etiam interdum trochiscis e karabe fœliciter vsus. Vnctio ad pectus: ℞. Olei rosati myrtini & violati, ana ʒij. gummi draganthi, amyli, ana ʒj. axungiæ hirci ʒj. ceræ albæ quantum sat est. Fiat linimentum: adde mannæ thuris ℈ iij. croci ℈ ij. vngatur regio pectoris vt decet. Dedi etiam ad sanguinis feruorem compescendum, ad bilim sanguini intermistam vacuandam, & à supernis reuellendum, potionem hanc: ℞. Corticum myrobalanorum citrinorum ʒij. iuiubarum, sebesten, ana ʒ ß. seminis plantaginis ʒ ß. trium florum cordialium in fine decoctionis positorum, florum rosarum rubearum, ana P. j. fiat omnium decoctio ad ʒ iiij. & colatur: colaturæ adde rhabarbari electi cum toto subtilissimè puluerati (sic enim magis quàm dilutũ adstringit, & in reiectione sanguinis plus conuenit) ʒj. ß. syrupi rosati de rosis siccis ʒij. syrupi rosati solutiui ʒj. ß. Misce: fiat potio breuis, quam propinari cum debito regimine iussi. Nec scammoniata medicamenta adiicere volui, quod nonnulli magno errore faciunt, ne agitatis humoribus sanguis erumpat, acrimonia medicamenti vas rumpente. Clementioribus enim in hoc affectu, non vehementibus aut conturbantibus est omnino vtendum, vt myrobalanis, rhabarbaro, fistulari casia, rore Syriaco, syrupo rosato ex infuso rosarum sine scammonio, nec ad fortiora transeundum, nisi in vehementer robustis & rusticis, censeo. Cucurbitulas sine scarificatu hypochondriis, dum manaret sanguis, admoueri iussi, & confectione sequenti sanguinem compescui: ℞. Conseruæ rosarum antiquæ, conseruæ symphyti maioris, ana ʒj. carnium cydoniorum saccharo conditarum ʒj. ß. pulueris margaritarum electarum, coralli rubei, boli Armenici præparati, & lapidis æmatitis, ana ʒj. Misce, & ex syrupo rosato & de berberis fiat opiata, de qua ad ʒj. sumere mane iubebam. Cæterum quum à sanguinis sputo plerumque puris sputum subsequi soleat, sanguine vtique in pulmonibus extra vasa putrefacto, & à calore putredinali in pus verso, efficitur vt phthisis inde consequatur, exulcerato ab acrimonia sanguinis pulmone, vnde & puris sputum, & totius corporis consumptio sequitur: tumque partim cum leuiter adstringentibus expectorantia & detersoria præscribere debemus. Id præstant medicamenta quædam tum simplicia tum composita: vt ex simplicibus, symphyti radix, ex aqua mulsa epota, vt Dioscorides iubet, quod & ego in hac vtilissimum fuisse obseruaui: item ficus siccas ex hyssopo montano & sacchar o cando, postea ad ignem ficuum coctura, mirifice profuisse deprehendi. Confer item ex betonicæ foliis siccis, melle electissimo exceptis, linctum, à quo mirum quantopere pectus à vitiosis & putridis humoribus purgaretur. Cancros item fluuiatiles in iusculis nec tostos sumere sæpe iubebam, item pistacia & pineas nuces aqua prius calente madefactas, & sacchar o respersas, nonnunquam verò ex melle deuorare iubebam. Ex compositis verò hæc:

Lib. 4. cap. 9. ex Matthiolo.

Observationum medicinalium libri sex - page 172 sur 308

hæc: ℞. Terebinthinæ Venetæ in aqua hordei lotæ ʒ iij. caricarum pinguium in aqua mellis coctarum, & debitè in mortario marmoreo pistatarum numero xij. medullæ carthami ʒ j. carnis passularum sine arillis ʒ j. ß. pulueris glycyrrhizæ ʒ j. ß. radicis iridis Florentiæ ℈ ij. boli Armenij præparati ʒ j. Ex syrupo capillorum & de hyssopo fiat in modum opiatæ, de qua bis in hebdomada ad vnciæ dimidium ieiuno ventre sumere iubebam. Item, ℞. Sacchari candi, penidiorum, ana ʒ ij. sacchari electissimi ʒ iij. nucleorum pini mũdatorum, & in aqua hordei calida præinfusorum, & debitè pistatorum ʒ j. pulueris diairedos simplicis ℈ iiij. oleiamygdalarum dulcium receter facti ʒ j. Fiat in modum pastæ regalis, qua vtatur instar linctus omni hora extra pastum. Eclegma sanum & expertum cum pulmone vulpis ex artis præceptis præparato interdum præscripsi, sed eo vsa non est ob ingratum saporem. Ad pectus vnguentum admouui, vt sequitur: ℞. Vnguenti resumptiui ʒ iij. butyri recentis non salitiʒ iij. mucaginis tragacanthi ʒ j. croci, pulueris iridis Florentiæ, ana ℈ ij. Misce cum oleo violato fiat linimentum ad pectus, calidè desuper ponendo pannum lineum duplicatum, & fumigatum thure & styrace calamita. Ad expectorandam saniem è pulmonibus potiones sequẽtes dedi: ℞. Hydromellis simplicis recenter parati cum melle electo ℔ j. ß. addendo passularum pinguium exacinatarum ʒ j. caricarum pinguium numero x. radicis iridis Florentiæ ʒ j. Bulliant omnia simul aliquot ebullitionibus, & colentur: colaturæ adde sacchari candi, penidiorum, ana ʒ iij. cinnamomi electi conquassati ʒ ß. (roborat enim omnia membra aromaticitate sua) fiat hydromel, de quo mane & sero sumere iubebam vncias octo vel nouem: magna enim medicamenti copia dari debet, vt ad pulmones vis perueniat. Interdum ex agarico trochiscato cum terebinthina, thure & masticheCatapotia conficiebam, in introitu lecti sumenda, à quibus alleuari se plurimum ægra sentiebat. Tandem verò probè priùs purgato corpore, ad lactis asinini vsum perueni, & ad sacchari rosacei crebram sumptionem. Quibus remediis menses ferè duos vsa, integræ sanitati restituta est, pinguicula & nitida effecta, solidato vlcere: vnde iam decem totos annos à morbo reuocata, fœlix & fœcunda, ac multa prole beata, saluberrimè degit, nutu & beneficio præpotentis Dei, qui quorum vult miseretur, sanans omnium languores: qui sit benedictus in secula.

OBSERVATIO SEPTIMA.

NOBILIS Catharina Martina, accessione comitiali vitio ventriculi derepente suborta, eaque grauissima, vt casus in attonitum morbum timeretur, ob miram totius corporis plenitatem, præsertim cerebri, magna adhibita cura intra biduum curata fuit.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

MIRA profectò haberi debent quæ natura in morbis etiam difficillimis, vbi robur nacta est, efficiat. non enim succumbit, sed validè aduersus vim morbi insurgens, quod molestat foras pellere nititur. Eò fit, vt in comitialis accessione miro succussu & motu agitari membra videamus, vt quod cerebro impactum est noxam adferens excutiatur. Quum enim, auctore Galeno, morbus comitialis, cõuulsio sit omnium corporis partium, quæ perpetua non sit, sed quæ ex temporum interuallis recurrat, mentis ac sensuum oblæsione comitantibus: atque in cerebro, ceu sede affecta, consistat, impediente humore animalem spiritum, qui in ventriculis eius continetur, quominus possit exire: efficitur profectò, vt magno conatu neruorum principium concutiatur, vt à se expellat quicquid fuerit id quod in eius ventriculis contentum, vel aliunde eò delatũ, noxam adfert. Qui verò comitiali accessione prehẽduntur, eos toto corpore conuelli, præsertim secundum extrema, videas, sensuum externorum functionibus destitutos: vt nec videant, nec audiant, nec loquantur, toruùm aspiciant: conuulsis vtique oculis, distorto ore, ob partium ad faciem attinẽtium conuulsionem, sùntque cum stertore spiritum reddentes. neque enim citra stertorem respirare possunt, quòd aëri per angusta tum & inæqualia loca pituita referta transitus sit: nempe trachæa arteria crasso humore secundum laryngem impleta, vnde stertentem reddi sonum necesse est, præsertim si effatu digna humoris morbum creantis copia fuerit, & angustum spatiũ per quod spiritus foras effertur. Tum enim quum cauo locò pituita à cerebro defluens contineatur, multúsque spiritus illi admistus, & foras per expirationem emissus, agitatum in humore illo efficiat, (adiuuante natiuo calore, qui facultatum omnium vehiculum, quæ noxia sunt depellere solet) efficitur, vt inter respirandum stertens sonus appareat: qui quò maior fuerit accessionis impetus, & humoris obstruentis copia amplior, eò maior percipietur. Siquidem, quod Galenus dixit, stertorem fortis apoplexiæ indicium esse: sic ad epilepsiam translata significatione, dicere meritò possumus, stertorem magnam & fortem indicare comitialis morbi vim, per quam respirationis functio impediatur. Vnde stertorem nasci necessarium quidem est. Stertor enim (qui nihil aliud prorsus est, quàm sonans spiritus foras emissus, & in aspera arteria perceptus) à duabus potissimum causis prouenire intelligitur: vel ab intercluſa impeditáque respiratione, humore crasso spiritus transitum impediente, vaporéve plurimo caliginoso, vt in iis qui à fumo præfocãtur est videre: quo morbi genere periisse Plinium Veronẽsem Plinius Nepos testatur: (eum enim dum ad Vesuuij montis portentosam nubem flammantem spectandam accessisset, crassiore caligine spiritu obstructo, multo cum stertore vix præ meatus angustia spiritum ducentem, animam efflasse scribit) vel tandem à nimia asperæ arteriæ siccitate & corrugatione cum virium imbecillitate summa, stertor prouenit, vt in his qui morti proximi sunt, & in lethalibus peripneumoniis,

Lib. 3. de loc. aff. ca. 5.

Lib. 6. aph. com. 51.

moniis, aut pleuritidibus ſpectare licet: in quibus videas ægros moribundos cum ſtertore multo ſpiritum ducere, tandémque emori: quòd per inæqualia & ſiccitate exaſperata loca deferatur ſpiritus, corrugata iam & adſtricta aſpera arteria, natura imbecilliore reddita iámque fatiſcente. Vnde in acutis febribus, in internarum partium inflammationibus, iis præſertim quæ ad reſpirationis membra attinent, vbi morti proximi ægri ſunt, cum ſtertore reſpirare eos videmus, quod eſt ſumma cum difficultate ſpiritum trahere, tandémque abolita in totũ reſpiratione, & natura labori non ſufficiente, concidere ipſam videmus. Sed de ſtertore qui in comitialis morbi acceſsione prouenit tantiſper nobis ſint dicta. Quòd verò per huiuſmodi acceſsiones lædatur mens, interníque ſenſus omnes plerumque, in cauſa eſt principis partis cerebri læſio: quod quum maximè afficiatur, obſtructis nimirum ipſius ventriculis, quæ libera ſemper & peruia eſſe oportet, fit nimirũ vt principis partis affectæ principes item actiones lædi ſit neceſſe. Quarum quidem actionum noxa affecti cerebri certiſſimum teſtimonium præbet: quum, auctore Galeno, fieri nequeat vt cuiuſquã partis functio lædatur, illæſa quæ ipſam efficit parte. Quid mirum igitur ſi vitiato animali ſpiritu, qui in cerebro reſidet ſenſus & motus ductor, & interni & externi ſenſus oblædantur omnes, fiántque contra voluntatem tum in animali conuulſiui motus? Hæc certè cauſa eſt cur ratio, mens, cogitatio, memoria in his qui comitiali tenentur minus rectè procedat: quòd facultas cerebri eiúſque inſtrumentum, animalis ſpiritus, à vi morbi occupata, & ad depellendam noxã intẽta, minus ſuis functionibus obeundis ſufficiant. Quamobrem deprauatè fieri omnia eſt neceſſe: vnde fit, vt & aliena loquantur, & viſis agitẽtur, & eorum quæ per acceſsionem acciderunt immemores, domeſticos etiamdũ ab acceſsione leuati minimè agnoſcant: quod ego in pleriſque ſum non ſine magna admiratione expertus. Tum verò laſsitudo mira, corporis confractio, & virium imbecillitas ab acceſsione reſurgentibus ob id accidit, quòd in pugna dum ſe leuare tanta noxa natura nititur, multa fiat natiui caloris & ſpirituum reſolutio: vnde decolores, imbecilli, proſtrati prorſum aliquandiu manẽt. Hæc præcipua quæ in hac ægrotante apparuerunt ſymptomata: ſi illud addidero, finem faciam, acceſsionem hanc in præfata ægrotante magis per conſenſum à ventriculo & vtero multa pituita refertis, quàm per proprietatem & primigenium affectum in cerebro proueniſſe: quòd modus & ratio curationis, atque etiam celeritas, nunquam poſtea redeunte affectu, vbi mandantibus membris proſpectum eſt, plena fide monſtrarunt. Vbi enim per primigenium affectum in cerebro malum procedit, præſertim in declinante ætate, vel nunquam, vel difficillimè certè & longo temporis tractu curari affectus ſolet: vti Hippocratis mens eſt dicentis, Comitiales ante pubertatem mutationem accipere: ſi verò ad vigeſimumquintum annum morbus infeſtet, commori ægrotantes. indicatur enim maxima & ſecundum habitum in parte principe læſio, vbi tamdiu perſtat affectus: tum verò vel omnino non curantur, vel certè difficillimé. Cur verò ſub acceſsionis finem ſpuma multa in ore appareat, facilis redditio

Lib. 1. de loc. aff.

Lib. 5. aph. 7.

cauſæ eſt.

cauſæ eſt. Fit enim id vbi naturæ impulſu atque conatu quæ in cerebro continebatur materia eius ventriculos obſtruens, deorſum labitur, eo canali deducta ad os, quod ex medio cerebri ventriculo in palatum deſinēs, recrementa deriuat, & Græcè πύελος, vel χοάνη, Latinè, infundibulū, Anatomicis colatoriū dicitur. Hac ergo parte detruſa materia, & ſpirituoſæ ſubſtātiæ admixta, ſpumā facit: ſiquidē, auctore Galeno, omnis ſpumæ generatio ex duarū ſubſtantiarū mixtione cōficitur, ſpirituoſa altera, altera humida. Fit autem earū mixtio, ambabus in multa perfractis, & multis mutuo cōplexu paruis ampullis ab ipſis procreatis. Hāc verò ſpirituoſæ ſubſtantiæ cum aquea cōfractum ac mixtionē, facit interdum motus violētus, vel vtriuſque, vel alterius tantùm: nonnunquam verò & fortis calor: vt in mari ventis agitato experiri licet, vbi propter ictum fortiorem, motúmque impetu factum, furibundum & ſpumans mare videre eſt: vti etiam in lebetibus caloris ratione ſpumam attolli videmus. In animalium autem corporibus quum adſunt ex morbo comitiali conuulſiones, vehementia motuum, & magna in humore cum ſpirituoſa ſubſtantia agitatio ſpumā creare ſolet. Atque ſpumæ quæ multa in ore ægrotantis huius apparebat hæc præcipua cauſa fuit. Enarratis itaque huius ægræ ſymptomatis, & eorum redditis cauſis, ſupereſt vt curationem appingamus.

Gal. lib. 9. de vſu par. cap. 3.

Lib. 2. aph. com. 43.

CVRATIO.

Quoniam verò morbus grauis & acutus erat, grauibúſque ſymptomatis comitatus, & à quibus ob eorum ſæuitiā metus erat ne in apoplexiam decideret ægra, tum ob materiæ cerebri ventriculos implentis copiam, & lentorem, tum ob acceſsionis epilepticæ magnitudinē & durationem, (in perpetua namque acceſsione totum fere diem manſit) opitulandum celeri manu vt ægrā à periculo vindicaremus viſum eſt: iuxta illud Hippocratis, Medicari in valde acutis, ſi expedit, & materia turget, eadem die oportet. procraſtinatio enim in talibus mala. Ob id confeſtim reuellendam à principe parte materiam, euacuandámque, tum roborandum caput, & prohibendum ne quid denuò influeret: denique ab acceſsione graui releuandam ægram opportunis & efficaciſsimis medicamentis duximus. Itaque clyſteri acri deducendum humorem, & ad inferna trahēdum curauimus, mox ſecta externa in cubito vena, quam cephalicam vocant, à capite reuellere: quæ ambo præſidia eodem die expleta ſunt, & in craſtinum datum ſoluens medicamentum. neque enim morbus inducias dabat, vt expectata coctione in plures dies medicamentum differretur: ſed quia multitudine ſua & vehementi obſtructione turgebat materia, & principem partem cerebrum occupabat, celeriter ſuccurrendum parti principi fuit. Sunt enim plerumque principum partium morbi vel omnino lethales, vel ei periculo proximi: in quod diſcrimen ne incidant ęgri, magna prouidentia medico curandum eſt. Qua autem ratione ægram ab acceſsione leuauimus, paulò poſt dicemus. Horum omnium hæc fuit ratio. Clyſteris deſcriptio vt ſequitur erat: ℞. Quatuor remollitiuorum (conſtipata namque aluo erat, quum inſultu epileptico apprehenſa eſt) ana M. j. hyſſopi, betonicæ, ſampſuchi, meliſſæ, centaurij minoris, ana M. ß. ſeminum aniſi, anethi, marathri, & rutæ, ana ʒ iij. florum chamæmeli, roriſmarini, ſtœ

Lib. 4. aphor. 10.

rini,ſtœchados,& ſambuci,ana P.j.agarici in panno lineo raro ligati ʒ iij. polypodij querçini conquaſſati ʒ j. furfuris macri P.ij. fiat omnium decoctio ad ℔ j. & coletur.In colatura diſſolue hieræ Galeni ʒ j. electarij Indi maioris ʒ iij.mellis violati,mellis anthoſati,ana ʒ ij. ſalis gemmæ ʒ j. olei liliorum ʒ iij.Miſce:fiat clyſter:detur incontinenti vt factum fuerit. Immiſſo clyſteri ingens excrementorum pituitoſorum copia cum flatibus multis educta eſt.Inanito ventre,ſanguinem detrahi iubemus,tum pro affectus inſtantis magnitudine, tum pro imminentis periculi ratione. nam & ingens affectus erat,nempe epilepſiæ grauiſsima acceſsio,& apoplexiæ metus ſuberat. Quamobrem quum & ægra ſucculẽto & bene habito corpore eſſet,& viribus & plethora abundaret,optimum mittere ſanguinem viſum fuit:iuxta Hippocratis præceptum,in acutis affectibus ſanguinem detrahi imperantis,ſi vehemens ſit morbus,& infirmus ætate floreat, viribúſque abundet.Quæ quum omnia in præfata ægrotante adeſſent, ſaluberrimum viſum fuit,ad exonerandam naturam ea qua premebatur ſarcina, venam ſecare. Itaque de cephalica ſanguinem haurimus, quòd ea diſſecta magis à capite reuellat.Sed quum præ carnis copia,& venæ apertæ tenuitate,non ſatis ſanguis flueret,rurſum aperta mediana,quæ tumentior apparebat,ſanguinem copioſè,pro ratione tamẽ virium,detrahimus, nempe in vniuerſum ad vncias duodecim: móxque à miſſo ſanguine leuior recurrere acceſsio cœpit.In craſtinum potionem ſequentem in aurora damus:quòd morbus(vt antea dictum) inducias non daret, & vehementia ſymptomatum inſolentiſsimè premeret, & turgeret nimia copia infeſtans in principe parte humor,vnde cõfeſtim euacuare coacti ſumus: ℞. Hieræ Galeni ʒ ß. diaphœniconis, electarij Indi maioris,ana ʒ j.agarici trochiſcati in oxymelite ſcillino infuſi & expreſsi ϑ iiij.oxymellis ſcillitici ʒ j. (vtiliſsimum namque in huiuſmodi affectibus eſt) aquæ decoctionis hyſſopi & betonicæ & florum cordialium quãtum ſufficit.Miſce, paretur potio:quam dari de ſummo mane iuſsimus:etſi ægrè atque ſumma cum difficultate eam ægra ſumpſerit,conuulſis vtique mandibulis, vt vix aperiri os poſſet.Ingeſsimus tandem,deducto ore ſpeculo chirurgico:eáque deuorata,commoda euacuatio ſecuta eſt,aquoſæ & ſpumoſæ pituitæ multæ.In craſtinum à pharmaco theriaces antidotum & mithridatij vnà cum conſerua florum roriſmarini & ſtœchados dedimus, ex ſaccharo confecto bolo:ſed quoniam deuorare non poterat, in potionis formam dedimus,ex aqua decoctionis hyſſopi & meliſſæ.Interea verò dum reuulſioni & euacuationi intẽdebamus, inſultus epileptici cui erat præſenti manu ſuccurrendum obliti non fuimus.Proſpicitur autem acceſsioni huiuſmodi,frictionibus vehementibus & aſperioribus extremorum, acclamationibus,& contentione moderata membrorum,quæ motibus cõuulſiuis nimium & diu defatigabantur,vnde virtutem deiici neceſſe quidem erat: quo caſu æquum eſt tam violentos motus vtcunque refrænare:(nam omnino prohibere ne fiãt impoſsible ſanè eſt, quoad detruſa ſit his motibus in inferna quæ noxam inferebat materia) tum verò admotis ad nares & in os inditis quæ leuandi ab epileptico inſultu vim haberent. Itaque naribus ru

Lib. 4. de rat. vict. acut. 16.

Curatio acceſsionis epilepticę.

©BIUM

Rutæ & eius ſucci vis in acceſsione comitiali. Lib. 3. cap. 45.

ribus rutam virentem tuſam ex aceto maceratam appono, & intra os ingerendam, fricandúmque palatum conor, modò ex ruta, modò ex caſtoreo. Comitialibus namque ruta maximè prodeſt, vel Dioſcoridis teſtimonio: quin ſuccum rutæ, ceu præſens quoddam remedium, releuandis ab acceſsione infirmis exhibere cum melle ſcillitico multa & diuturna experientia mihi comprobatum eſt: quod & in hac magna cum vtilitate fecimus, vti & in aliis multis. Ex quo enim bis ſuccum ſumpſit, nunquam amplius acceſsione tentata fuit, vtique diſcuſſo à rutæ potentia caliditateque humore. quod & ipſum in puerulis recèns natis, & acceſsione comitiali prehenſis ſum bona fide expertus. Quin quum à ventriculi vitio pathema hoc inferri ſciremus, vomitum prouocare vtiliſsimũ fuit: quod & nos fecimus, vomitorio dato ex oxymelite cum aqua decoctionis ſeminum raphani & atriplicis, à qua potione commoto ex penna oleo intincta gutture, ingentem aquoſæ pituitæ copiam ore reiecit. Vbi verò iam reſtituta ſibi ægra nobis viſa eſt, nec amplius acceſsione infeſtari, ad præcautionem quæ ſequuntur præſcripſimus, ne videlicet in morbum relaberetur. ſolet enim morbus per temporum recurſus quoſdam redire, niſi cautè ſibi ægri proſpiciant. Hæc igitur ad præuiſionem præſcripta ordinauimus: ℞. Catholiconis ʒ vj. diaphœniconis ʒ ij. ex ſaccharo fiat bolus: capiat ante omnia. In craſtinum hoc apozemate capitali vti cœpit per ſex dies: ℞. Radicum acori, vtriuſque radicis enulæ campanæ & pæoniæ maris, ana ʒ j. cyperi, calami odorati, ana ʒ ß. corticis citri ficci, viſci quercini, ana ʒ vj. meliſſæ, hyſſopi montani, betonicæ, ſampſuchi, rutæ, ana M. j. herbarum capillarium communiũ, ana M. ß. mercurialis tantundem, iuæ arthriticæ, primulæ veris (hæc duo ad arthritidem qua identidem laborabat ægra) ana M. ß. medullæ carthami ʒ ij. agarici trochiſcati in panno lineo raro ligati ʒ j. ſeminum aniſi & marathri, ana ʒ ij. granorum pæoniæ decreſcente luna collectorum ʒ ß. ſeminum melonum cum cortice contuſorum ʒ iij. florum roriſmarini & ſtœchados, ana P. j. florum bugloſſæ & geniſtæ, ana P. ij. epithymi ʒ ß. fiat omnium decoctio in aqua fontana ad ℔ ij. & coletur. Colaturæ adde oxymellis ſcillini ʒ iiij. mellis roſati colati, ſyrupi de betonica recenter facti, ana quartarium ß. Miſce: fiat apozema clarificatum, & aromatiſatum cum nucis moſchatæ, pulueris diamoſchi dulcis, ana ʒ j. pro quatuor doſibus, reiterãdo aliis duabus. Finito ſyrupo potionem hanc dedimus: ℞. Decocti præſcripti apozematis ʒ iiij. addendo agarici albi & fœminei in prædicto decocto cũ pauco zinziberis infuſi ϑ iiij. diaphœniconis, electarij de citro ſolutiui, ana ʒ j. ß. ſyrupi roſati ex infuſione roſarum ſine ſcammonio ʒ ij. Miſce, fiat potio: detur cum debito regimine. ℞. Conſeruæ roſarum & anthos, ana ʒ j. theriacæ veteris & probatæ ϑ ij. ex ſaccharo albiſsimo fiat bolus, quem capiet in craſtinum medicamenti in aurora, quinque horis ante cibum. ℞. Conſeruæ acori colati, conſeruæ florum roriſmarini, ſtœchados, & bugloſſæ, ana ʒ j. conſeruæ florum ſaluiæ & cichorij, ana ʒ ß. myrobalanorum emblicorum ſaccharo conditorum numero 1. pulueris diamoſchi dulcis ʒ j. ß. corticis citri conditi ʒ ß. granorum pæoniæ ſuo tempore collectorum,

lectorum, viſci quercinj, ana ʒ j.ß. cineris cranij hominis ℈ v. pulueris coralli rubei loti, & raſuræ eboris, ana ʒ j. pulueris nucis myriſticæ, & interioris cinnamomi electi, ana ℈ ij. Miſce cum ſyrupo conſeruationis acori & melle ſcillitico: fiat in modum opiatæ, de qua capere iubebam alternis diebus ieiuno ſtomacho ad quantitatē nucis comeſtibilis, colluendo os pauco vino aqua bugloſsi diluto: iubebámque dormire ab accepto medicamento, & abſtinere à cibo horis quatuor. Ab hoc medicamento mirificè iuuari ſe ægra teſtabatur. Catapotia ad auerſionem materiæ à cerebro & ventriculo in hunc modum præſcripſimus: ℞. Pilularum aſſaieret ʒ ij. aloes in ſucco hyſſopi ter lotæ ʒ iij. agarici trochiſcati ʒ ij. pilularum cocciarum Raſis ʒ ij. maſtiches, nucis myriſticæ, cineris cranij hominis, granorum pæoniæ, ana ℈ j. trochiſcorum alandahal G. v. Miſce, & cum melle ſcillino fiat paſta, ex qua formentur pilulæ ſex pro drachma. Capiat ſemel in menſe ℈ iiij. & quandoque capiat pilulas tres ponderis ʒ ß. eundo dormitum longè à leui cœna.

Ad repreſsionem vaporum, ne in caput ferrentur, à cibo ſequenti puluere vti iuſsimus: ℞. Coriandri cum aceto infuſionis maſtiches præparati ʒ ij. aniſi ſimiliter præparati ʒ j. granorum myrti ʒ ij. pulueris diacitoniten ſine ſpeciebus ʒ iij. cinnamomi electi ʒ ij. pulueris coralli rubei loti, margaritarum electarum, ana ʒ j.ß. raſuræ eboris ʒ j. ſacchari roſati tabulati ad duplum omnium. Miſce: fiat puluis, quo vtatur in fine paſtus, abſque vllo potu deſuper.

His remediis, vnà cum optima victus ratione illi præſcripta, ægrā integræ ſanitati reſtituimus, vt nunquam poſtea relapſa ſit, quum ſit iam elapſus ſextus ab inuaſione inſultus epileptici annus. Ad laudem Dei opti. max. qui Medicinam in ſalutem languentium creauit, cui ſit honor & gloria in omne æuum.

OBSERVATIO OCTAVA.

CLAVDIVS Aymargus vinitor, vulnere in capite ſecundum oſſa bregmatis accepto à lapide incuſſo, ſine fractura ſciſſuráve aliqua, conuulſus & reſolutus moritur xiiij. die, inuenta ſanie ſub meningibus diſſecto cadauere.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

VINITOR hic robuſto & bene habito ſecundum naturā corpore, cum forte-fortuna contentionem cum ſuæ ſortis vili homine habuiſſet (ſiquidem iuxta prouerbium ab Heſiodo prolatum, & ab Ariſtotele ex eodem auctore relatum,

Lib. qui opera & dies inſcribitur Ariſtoteles lib. moraliū 2. & octauo, & lib. rhet. 3.

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Id eſt:

Odit ita fabrum faber, figulóque moleſtus

Eſt figulus: mendico protinus inuidet alter
Mendicus: cantor cantorem liuidus odit.)

& rixa grauis inter eos oborta fuiſſet, mox ad manus contentioſi venêre, túmque incaleſcente ira, quum ligone alter hoſtem impetereț, alter lapide accepto ferire inſurgentem in ſe tentaret, accidit, vt iacto lapide incuſſum ſit huic ægro contuſum in capite vulnus ſecundum os bregmatis parte ſiniſtra, quam partem Sinciput Latini, anatomici Os coronale vocare in vſu habent. Accepto vulnere, concidit æger, & ſine ſenſu ſtupidus aliquandiu manens, à ſuis exſuſcitatus reſurgit: in ædeíſque deductus (namque intra pomœrium vrbis contentio inciderat) accerſito chirurgo vt curam ſuſciperet, optimè ab vxore & domeſticis tractatur. Quúmque dies aliquot ſine vllis verendis ſymptomatis conſtaret æger, præter dolorem, quem tamen ingentem ex vulnere percipere ſe aiebat, exiſtimatum eſt vulnus lethale non eſſe, immò nec periculoſum. Quamobrem ne vocare quidem medicum ſunt dignati, tum quòd pauperes eſſent, ſumptúſque reformidarent, tum quòd leuius illis vulnus videbatur, quàm vt medici operam exigeret. Tandem verò quum poſt ſeptimum augeri febris dolórque cœpiſſet, & æger per noctem aliena loqui, contrahíque digiti manus viderentur, de accerſendo medico conſilium cœperunt. Accedo vocatus, vulnus intueor, vulnerati faciem, aſpectũ, verba attendo: video hominem balbutientem, & grauatè atque aliena loquentem, contractíſque manuum digitis atque conuulſis brachia attollere non poſſe cerno, ſed veluti reſoluta iacere. Tum his ſpectatis lethalibus ſignis, domeſticis in præcipiti rem laborantis eſſe denuntio, atque moriturum breui præſagio: me tamen quæ ad officij mei rationem pertinerent bona fide expleturum. Quúmque de iis quæ à chirurgo facta eſſent interrogarem, inueni miſſum fuiſſe illi per initia ſanguinem, purgationem autem non adhibitam. Itaque quum eam in capitis vulneribus plurimum valituram, ex Hippocratis & Galeni doctrina, ſcirem, conſtaréntque adhuc ſatis vires, medicamentum purgans præſcribo: quod fœliciter & ſine vlla moleſtia operatum eſt. Sed nihilo ſecius perſtare ſymptomata illa grauia non deſinebant, reſolutio conuulſioni coniuncta, atque delirium: quibus pro ratione mederi ſtudeo, reſolutioni quidẽ oleis & linimẽtis calidis neruos roborantibus. ſiquidem ex oleo chamæmelino, liliorum, & lumbricorum inungi ſpinã calidè iubeo, datis inſuper mollibus & pinguioribus lanis: ex vnguento etiam Agrippæ & de althæa vocato, adiecta ſtyrace calamita & liquida, & myriſtica nuce, ceruicem totam imbuo, & pannis lineis calefactis ſæpe fouendam partem iubeo. Siquidem frigidum, auctore Hippocrate, inimicum neruis, oſsibus, dentibus, ſpinali medullæ: calidum vtile & amicum. Delirio ſomniferis medicamentis, & clyſteribus deorſum humores reuellentibus proſpicio. Sed nihil proficientibus omnibus, quòd in lethalibus morbis irrita eſſe ſoleant quæ in auxilij vim adhibentur (ſunt enim natura repugnante, vt Hippocrates dixit, omnia vana) æger in deterius lapſus, mortem obiit decimoquarto die ab accepto vulnere. Diſſecari cadauer ſui iuſſere: è regione vulneris inter cranium & duram

Hipp. lib. de vlcerib. Gal. lib. 4. meth. medendi.

Lib. 5. aph. 18.

Lib. de lege.

& duram meningem ſat multa puris copia inuenta eſt, mẽbranáque ipſa prætumida & decolorata qua parte vulnus inſederat, etſi nulla tamen in cranio ſubeſſet fractura ſciſſuráve aliqua, ſed ſola ictu concuſsio. Vnde factum eſt, vt ex ictus violentia & contuſione venulæ pericranij ſanguinem fundentes & ruptæ, ſaniei genitæ materiam præbuerint. ſiquidem ſanguinem extra vaſa deductum putreſcere neceſſe eſt, vt Hippocrates affirmauit. Sed quomodo ad meningas vſque ſanies penetrarit, quum nulla eſſet in oſſe fractura aut rima, magis mirum videri poteſt. Sed tamen mirari deſinemus, ſi intellexerimus conſpirabile eſſe vniuerſum corpus, vt rectè ab Hippocrate traditum eſt, & ab ictus violentia incuſſo in caput lapide graui, non ſolùm externas partes quæ in capite ſunt, ſed & internas quoque per conſenſum atque viciniam affici. Neque enim ſolùm exiſtimandum eſt venulas quæ in pericranio ſunt ecchymoſim facere in huiuſmodi capitis contuſionibus, ſed & eas quæ intra cranium duram meningem veſtiunt: quòd dura meninx pericranio adligata ſit, & ab ea per ſuturas, pericranij ortus ſit, vt in anatome corporis eſt videre. Itaque quum ab ictu concuſſæ & ruptæ duræ meningis venulæ fuerint, ab illis ſaniem prodiiſſe, quæ diſſecto cadauere intra cranium apparuit, firmiſsima ratione exiſtimandum eſt: vt veriſsimum ſit quod ab Hippocrate lib. de capitis vulneribus dictum eſt, vulnera capitis etiam exigua periculo non vacare, ideóque nec negligenda eſſe. Nam ſæpe ſola capitis cutis contuſa (vt eodem loco teſtatur Hippocrates) aut ferro diſciſſa, aut alio quopiã teli genere, niſi diligenter & quadam cũ reuerẽtia tractetur, ſanguinis coactione non expurgata, languenti quidem mortis periculũ, medico verò magnum negocium faceſsit: quod in hoc ægro, & Arduyno Ferrerio (de quo Obſeruatione prima huius tertij libri dictum abundè à nobis eſt) & in filio quadrimo Ludouici Petri mercatoris Auenionẽſis, & pleriſque aliis experiri mihi licuit. In quibus ſanè cũ contuſione vulneribus ſine fractura maiora pericula inſequi plerunq;, quàm cũ fractura in mille ægrotis obſeruaui: ideóque maiori eſſe cautione ac diligentia curanda, quàm quæ cũ fractura notabili ſunt. quod nos experiẽtia docuit, cui eſt perpetuò fidendũ.

Lib. 6. aph. 20.

Lib. de alimento.

Contuſa vulnera capitis periculoſiora, quàm quæ eum fractura.

OBSERVATIO NONA.

NOBILIS Antonius Porcelletus, ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Prothonotarius, phlegmone hepatis diu vexatus, tandem moritur, multis ac grauiſsimis ſymptomatis conflictatus.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

PRINCIPVM partium morbos vel omnino exitiales eſſe, vel ſaltem magnos, & ad curandum difficillimos, vnum eſt ex publicè in medicina cõfeſsis, & eſt à Galeno lib. 4. meth. med. proditum. magnos ſiquidem affectus fieri, vel ob af-

Observationum medicinalium libri sex - page 181 sur 308

ſlictæ partis præſtantiam, vel propter affectus magnitudinem, vel ob κακοήθειαν, id eſt malum morem, ſeu malignitatem dicere malis. Et profectò affectus huius præſtantiſsimi viri vtroque nomine magni nomen mereba tur. Siquidem hepar princeps pars, totíque corpori neceſſaria (nimirum naturalis in corpore facultatis principium, & ſanguinis officina) affecta erat: & affectus ipſe ingens, nempe phlegmone eam partem obſidens, & quæ ſymptomata coniuncta erant, ipſius cacoethéam planè indicabant.

Signa. Hepar verò affectum fuiſſe in hoc viro plurima indicabant, primùm dolor in dextra præcordiorum parte ſub nothis coſtis perceptus, auriginoſus faciei color ad fuſcum inclinans, párque in vniuerſo corpore color, grauitas dolori coniuncta tota præcordia retrahens, vt præ doloris & grauitatis perceptæ magnitudine manum ſæpe hypochondrio admouere cogeretur. ſic enim minus premi ſe dicebat, minúſque grauitate vrgeri, manu quidem viſcus aut partem dolentem attollente, vt pondere minus grauaret. Dolor verò ad iugulum vſque protendebatur, tuſsis exigua & ſicca ſine vllo ſputo frequens erat, ingens faſtidium & inexhauſta ſitis hominem premebant, lingua valde rubens, quæ morbi progreſſu nigra tandem & ſcabra effecta eſt: febris non exigua neque intermittens comes erat, ſpirandi difficultas ſumma, vt quum multum ſpiritum trahere intrò vellet, interpellare reſpirationem cogeretur: tumor ad tactum durus, rotundus & circumſcriptus, dolénſque ea in parte apparebat, inflammationis in gibbis hepatis conſiſtentis indicium. Quæ enim in ſimis hepatis inflammationes conſiſtunt, haudquaquam tactu percipi queunt, quòd ad ea loca tactus pertingere nequeat: ſed per alia potius accidẽtia, quàm per tactus indicium inueſtigare ea oportet. maius namque faſtidium, nauſeam & vomitum bilioſum, ſitímque, quàm gibbæ partis inflammationes adferunt, nec tactu diſcerni poſſunt: quæ docta Galeni ſententia eſt. Hiſce ſignis atque ſymptomatis iecur phlegmone tentari certò deprehendimus.

Lib. 5. de loc. affect. cap. 6.

Cauſæ. Cauſæ generationis affectus huiuſmodi ab externis inchoando fuere, in primis vita deſes & ocio marceſcens: lautus & plenior victus, à quo quum & ſanguinis copia gigneretur, nec ſatis difflarentur humores, aut etiam exercitio diſcuterentur, effectum eſt, vt congeſto plurimo in parte ſanguine, eóque bilioſo, neque difflato, tumor omninò in viſcere, cum calida ipſius intemperatura ſupra iuſtum naturæ modum, obortus ſit. Atque hæ duæ cauſæ ex internis præcipuæ fuerunt phlegmones generationis in hepate, mala ſcilicet partis temperatura, nempe iuſto calidior, cum affluxu ſanguinis bilioſi ſenſim in parte congeſti, obſtructis à nimio humore hepatis meatibus. Quamobrem minimè mirum, ſi in tumorem phlegmonoſum viſcus abierit. Nec verò ſymptomatum enarratorum cauſas inueſtigare difficile fuerit: omnia namque affectus naturam, velut vmbra corpus ſequuntur, vt rectè Galenus affirmauit. Doloris igitur in dextra præcordiorum parte percepti cauſa, intemperies calida viſceris, & ſoluta in eo continuitas, ab infarcto humore tenſionem faciente, cenſenda eſt. hæ enim duæ præcipuæ doloris cauſæ Galeno ſtatuuntur. Auriginoſus faciei & totius corporis color ad bilis plurimæ effuſionem, obſtructis vtique viſceris meati

Lib. de ſymp. diff. cap. 1.

In arte medicinali ca. 89.

ris meatibus, ſequebatur. talis namque foras efflореſcit in corpore color, qualis fuerit humorum natura: quum ſit color humorum intus latentium, ſi quid Galeno creditur, certiſsima nota. Itaque quum ſanguis plurimus bile infectus in vaſis redundaret, nec à ſanguine bilis ſecerneretur, ob viſceris imbecillitatem atque obſtructionem, ſimilem foras efflореſcere humoribus intrò latentibus colorem fuit neceſſe. Hic enim in facie potiſsimum apparens affectus hepatis maximè demonſtrat: & expertus quidem medicus iocinoroſos omnes & ſtomacho laborantes ex colore facilè deprehendit, non indigens ſignificatione alia, aut pauca, vt rectè Auicenna affirmauit. Grauitas dolori coniuncta, & tota quaſi præcordia retrahens, ad humoris impacti molem grauitatem inferentem, referenda meritò erat. Vbi enim humor alicubi impactus, nec difflatus moram fecerit, neceſſariò grauitatem facit: quæ profectò humoris aggrauantis perpetuò ſignum eſt, vt idem Auicenna fen prima tertij, tractatus primi cap. duodecimo annotauit. Ad iugulum verò dolor protẽdebatur ob membranam hepar inuoluentem ad caput eius. inflammatione namque tentato iocinore tenſionẽ omnino fieri neceſſe eſt, atque grauitate quæ ſurſum ſunt conſenſione quadam trahente, iugulum quodammodo trahi, & in participatum doloris venire oportet: etſi id perpetuò non fiat, in hoc tamen ægro talis doloris ſpecies apparebat. Exiguæ, ſiccæque, & ſine ſputo tuſsis, ſepti tranſuerſi læſio cauſa erat: laborante namque vel magnis obſtructionibus vel phlegmone hepate, præſertim ſi gibba ipſius afficiantur, contingitur ſeptum tranſuerſum extrema ſui parte, vnde & tuſsis & reſpirandi difficultas oriuntur: vt rectè Auicenna dixit, qui & pulmones & ſeptum tranſuerſum conſentire in nocumento ad hepar phlegmone tentatum ſcripſit. Ingens faſtidium quo premebatur, ad vẽtriculi per ſympathiam affectum ad hepar referendum erat: conſentit enim maximè ventriculus affecto iocinori, vt & ratio & quotidiana experientia monſtrant. Sitis inexhauſtæ plurimæ erant cauſæ, tum caloris intrò concepti copia, & vaporum inde exhalantium, & linguæ humidum calore ac nidore ſuo abſumentium abundantia, tum verò febris concluſæ & continentis acrimonia, & doloris acerbitas: à quibus omnibus ingẽtem creari ſitim conſequens omnino fuit: quum fieri ſitim dixerit Galenus, vel caloris copia, vel humoris inopia. Linguæ rubedinis quæ apparebat facile eſt cauſam inuenire, nempe vaporem ſanguineum linguam inficientem: qualis namque fuerit ſuccorum intus conditorum natura, talem foras efflореſcere colorem oportet. Quum itaque ſanguis copioſus in viſcere collectus, iſque flammeus eſſet, nimirum ſi linguam pari colore infecerit: tandem verò temporis progreſſu auctо igneo calore, in nigritiem cũ ſumma aſperitate color linguæ demutatus eſt, abſumpto nimirum omni humore, & à calore febrili deaſſato. Febris porrò, internæ phlegmones comes & accidens erat. neque enim citra ingentem febrem atque periculoſam fieri internorum inflammationes poſſunt: quum ſint hæ febres quæ internas inflammationes conſequi ſolent, omniũ deterrimæ & maximè lethales, ſi quid Galeno creditur. Tumoris verò circumſcripti cauſa erat, impactus in viſcere ſecun-

Lib. 1. aph. com. 2.

Fen 14. 3. trac. 2. cap. 2.

Fen 14. 3. trac. 3. cap. 2.

Lib. 1. de ſimpl. facul. ca. 30.

Lib. 4. aphor. com. 55.

Observationum medicinalium libri sex - page 183 sur 308

dum gibbas ipſius partes ſanguis, partem ipſam diſtendens, & in altiorem molem attollens. Symptomatum in hoc ægro apparentium recẽſitis cauſis, curationem attexere conſequens videtur. Nam etſi ea non profuerit, non ſunt tamen ob id infamanda præſidia (vt ait Galenus) quæ plurimis fuerunt ſaluti: nec ſi non pro ratione curatio ceſſerit, culpandus medicus, qui lethales morbos curare non poſsit, quòd in ſua manu poſitum non ſit (vt rectè Hippocrates ſenſit) morbos omnes curare.

Lib. 11. metho. med.

Lib. 1. Præſ. textu 4.

CVRATIO.

In hoc curando omnem adhibuimus operam, vt ſanari methodo poſſet: ſed quibus deſperata ægris ſalus eſt, his (vt Gal. ait) nullum neque auxilium neque tempus eſt opportunum. Nos tamen omnia ea adhibuimus remedia quibus ſeruari ægrum poſſe ſumus arbitrati: nempe vbi primùm vocati ſumus, quòd aluo tum adſtricta eſſet, clyſteres emollientes præſcripſimus. Sanguinem è interna dextri brachij vena detraximus, quòd in internorum inflammationibus è directo partis affectæ ſit exhauriendus ſanguis, vt ab Hippocrate & Gal. traditum eſt. Syrupis præterea refrigerantibus & detergentibus vſi fuimus, ſyrupo, inquam, de cichorio cum rhabarbaro, de endiuia compoſito, ex decocto cichorij, endiuiæ, ſcariolæ, hordei: quin & in progreſſu ſyrupis leniter aperientibus ſum vſus, ſyrupo capillorum, & de duabus radicibus, quòd in gibba inflammatio conſtitiſſet, ex decocto radicum graminis, & petroſelini & ſeminum frigidorum. Parti verò affectæ ad repellendum ab initio oleis repellẽtibus, poſtea vnguentis & cataplaſmatis ſum vſus: nempe oleo roſato, myrtino ex pauco aceto, cerato ſantalino, vnguento roſaceo, in incremento: tum ex abſinthio, palmulis, vuis paſsis cũ ſuis gigartis, in aqua & aceto coctis, additis chamęmeli & meliloti atque roſarum floribus, ſpica nardi, ſchœnantho, farina hordei, oleo roſaceo, & de abſinthio cataplaſma cõfeci, & parti affectæ admoueri iuſsi: interdum etiam additis caricis pinguibus, ſtyrace calamita, iride, omnibus in ſapa coctis (quòd durities effatu digna ſubeſſet) cum ſeminis lini farina, & oleis chamæmelino, anethino, & amygdalarum dulcium, adiecta nardi ſpica, ſchœnãtho & abſinthio. Sed nihil omnia profuerunt, in deterius ſemper labente morbo: vnde ſuperata virtute (quòd antequam medicum accerſiuiſſet plures iam dies morbus inuaſerat) ægrum concidere neceſſarium omnino fuit. Neque enim fieri poteſt vt vehementiſsimum morbum principis partis imbecilla virtus ſuperet, quæ vel à minimis (vt Gal. ait) ſuccumbere ſolet, tantum abeſt vt magnis obſiſtere queat: præſertim quum morbus altas iam radices egerit. Vnde illud rectiſsimè à poëta Naſone dictum eſt:

Lib. 4. de rat. vict. acut. 67. & Gal. ibid. & lib. de ſanguinis miſſ.

Lib. 10. meth. med.

Principiis obſta: nam ſerò medicina paratur,
Quum mala per longas conualuere moras.

Atque hic infœlix huius morbi exitus fuit.

OBSER

OBSERVATIO DECIMA.

MARTHA ab Stricto mulier probatißima, Marini cauſidici præſtantißimi vxor, ſcirrho hepatis grauißimo malè affecta, in aquam intercutem tandem incidit: qua diutißimè laborans, & in deterius ſemper lapſa, gãgræna & ſphacelo in crure dextro obortis, cum ſeuißimis ſymptomatis, febri acuta, animi deliquio, mentis alienatione, clamoribus validis & doloribus contorta, miſerè moritur.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

HEPAR atque lienem ſcirrhis eſſe opportuniſsima & maximè obnoxia, à Galeno ſcitiſsimè dictũ eſt, quod viſcera hæc ob eorum ſubſtantiæ mollitiem facilè obſtructionibus tentari ſoleant. Vnde fit vt ſi craſsi & lenti ſucci huic parti, nempe locinori, incumbant, vehementérque in ea impacti ſint, nec inde pellantur, facilè ſcirrhos pariant. hæc namque pars lutoſum quippiam continet, vt 13. meth. ait Gal. Fit namque ſcirrhus ex humore lento & craſſo inſolubiliter induratis partibus infixo, vt lib. 2. artis curatiuæ ad Glauc. à Galeno proditum eſt, & à Paulo itidem confirmatum. Quamobrem quum mulier hæc & calido eſſet & ſicco totius corporis habitu, hepárque calidum haberet, tum verò incauta & inſalubri victus ratione vteretur, glutinoſis præſertim & craſsis cibis plurimum vtens, effectum eſt, vt obſtructionibus multis ſecundum hepar laboraret, percepta etiam in hypochondrio dextro grauitate ac tenſione, nec omnino locus doloris expers erat. Quæ quum ægra per initia neglexiſſet, vtpote quæ omnium maximè à medicamentis abhorreret, effectũ eſt vt in ſcirrhum obſtructio deſierit. Erat autem ſcirrhus haud exquiſitus ille quidem, quòd doloris vtcunque particeps eſſet. Exquiſitus autem ſcirrhus tumor præter naturam eſt inſenſatus durúſque: non exquiſitus verò non omnino ſenſus expers eſt, difficulter tamen omnino ſentitur. Qui porrò inſenſilis eſt, curam non recipit: qui verò ſenſum aliquem habet, nec incurabilis omnino eſt, ſi ab initio commoda adhibeãtur remedia, nec facilè etiam curationem admittit, præſertim ſi hepar principem partẽ obſideat. Ab initio namque curari quidem poteſt, & ſanaſſe ſe ſæpius Galenus teſtatur: vbi verò induruerit, & plurium dierum ſpatio radices egerit, hoc eſt occalluerit, inſanabilis omnino affectus relinquitur, nec potuiſſe à ſe curari, aut vidiſſe alium qui curauerit, teſtatur Galenus. Nimirum igitur ſi curationem in hac muliere non admiſerit induratus in hepate tumor, quòd iamdiu conſtitiſſet, nec ab initio quæ admouenda quæque ſumenda fuerant, neque aſſumpta neque admota neglectu & incuria fuere: tum etiam quòd affectum huiuſmodi iam aqua intercus complexa fuiſſet: quæ (tradente Galeno) illico ad ſcirrhum ſequi conſueuit, & ex neceſsitate accidit, niſi ab initio magna dili-

Lib. 13. meth. med.
Cap. 19.
Lib. 4. cap. 32.
Gal. lib. 2. artis cur. ad Glauc. cap. 19.
Lib. 2. ad Glauc. cap. 21.
Lib. 5. de loc. affect. cap. 6. & lib. 2. ad Glauc. cap. 21.

Observationum medicinalium libri sex - page 185 sur 308

gentia tractetur. ac proinde fieri meritò dixit Galenus, vt pereant quamplurimi in tempore longo: nonnulli verò breui tempore, quibus alui proluuies superuenerit. Quum igitur haud prius medicum ægra hæc aduocarit, quàm aqua intercutẽ fuerit correpta, attritis iam viribus, intumescente plurimùm ventre, attenuatóque corpore: fieri profectò haud potuit, vt sanitatem cõsequeretur, tum quòd insanabilis per se esset affectus, tum quòd nullum præsidij genus imbecillæ vires admitterent, eorum dico præsidiorum quæ & affectui & parti affectæ debebantur. Neque enim hepar veluti splen fortia medicamenta perferre potest, vt auctor Galenus est, & vires imbecillæ medicamenta soluentia, quæ vacuandis crassis & lentis humoribus idonea sunt, minimè admittunt: nisi ea dosi minima exhibeantur, quæ tamen sic exhibita aut nihil aut parum opis conferunt. Quæ sanè causa fuit, cur à medicamentis leuamen ægra nõ senserit, quòd fortioribus exhibendis locus non dabatur, mitiora affectum non leuarent. Aegris enim qui insanabiles sunt nullum neque auxilium neque tempus est opportunum, (vt præcedente Obseruatione de Galeni sententia attulimus) satque tum fuerit vt se medicus à culpa immunem præbeat, si & ægrotantem moriturum prædixerit, & nullo fuerit vsus generosiore medicamento: vt in eiusmodi casibus cauendũ doctè Galenus monuit, quod & nos eius præceptum sequẽtes fecimus. Porrò cur ad hepatis scirrhum aqua intercus sequi soleat, in promptu ratio est, quòd per validas intempe ries & tumores in parte obortos propria hepatis facultas deiici omnino soleat: (omnis namque vehemẽs intemperies, auctore Galeno, vires exoluere ac deiicere solet) quo fit, vt quum in hac muliere maximè intemperatum esset hepar, ad frigidam intemperiem præter naturam lapsum, cum affluxu vitiosæ substantiæ, lentæ, glutinosæ ac crassæ, minus potuerit hepar suo munere fungi, imbecilliore in eo reddito natiuo calore: vnde necessarium fuerit sanguinem crudum, aquosum, ac minimè alendo corpori idoneum gigni, qui tandem in ventris caua spatia detrusus, eius aquæ intercutis speciem genuerit, quæ ascites dicitur, quæ & ipsa haud omnino à tympanitide absoluebatur. A quosam namque substantiam perpetuò flatus sequitur, raróque est inuenire aut asciten sine tympanite, aut hanc sine illa: sese enim mutuò ambæ consequuntur. Profectò omnes diuturnos hepatis affectus hydrops ferè subsequi solet. Sed secretioris indaginis illud fuerit, curnam gangræna & sphacelus in hac ægra secundum femur superuenerint: neque enim in eius generis affectibus perpetuum id esse solet, immò rarum quoque. Eius tamen euentus nec omnino difficile fuerit causas inuenisse: atque tametsi gangræna fortes inflammationes sequi solet, qui factum sit, vt quum nulla præcessisset neque adesset in crure inflammatio, tamen in eo gangręna suborta sit, atque subinde sphacelus, huius sanè symptomatis hæc iusta reddi ratio potest, quòd quum ab hydrope fœmora, crura, ac pedes intumescerent (appositio quidem, sed non vnito ad partes alimento, vnde tumorem sub carnosum consequi necessarium fuit) isque tumor à pituitoso & aqueo in partes humore à natura derelicto insurgeret: effectum est, vt tum ab humore illo partes implente, tum ab

Lib. 2. ad Glauc. cap. 21,

Lib. 11. meth. med.

Lib. 12. meth. med.

Lib. 6. de symp. cau.

Gal. lib. 2, ad Glauc. cap. 27.

tum ab obſtructione quam is inferebat humor, natiuus partis calor imminutus valde fuerit, & ad eam etiam partē ſanguis ferri prohibitus, quòd ob tumorem ſcirrhoſum in hepate conſiſtentem, vaſáque delationis ſanguinis occludētem, ſanguis bonus deferri minimè potuerit. Vnde factum tandem eſt, vt inſigniter refrigerata parte, gangræna enata fuerit: quę nihil prorſus aliud eſt, quàm partis alicuius mortificatio, nō tamen integrè facta. Nam quum integrè mortificatur pars, non iam gangræna, ſed ſphacelus, & membri mors atque corruptio eſt. ita namque ſphacelum definiuit Galenus, vt ſit corruptio ſubſtantiæ vniuſcuiuſque partis, quæ corrumpi dicitur: tametſi Græci & gangrænam quoque ſphacelum nominabant, de eiuſdem Galeni ſententia. Itaque in hac muliere gangræna & ſphacelus in crure ob id nata ſunt, quòd à frigido humore, conculcato & oppreſſo natiuo calore, partémque deſerere coacto, mors membri ſit inſecuta: præſertim quòd ægra ob morbi diuturnitatem, & tenuem totius corporis ſecundum naturam habitum, exiguo eſſet natiuo calore, eóque ob raritatem cutis facilè diffiabili & diſſolubili. Quid mirum igitur ſi exiguo exiſtente in toto natiuo calore, & in crure inſuper eodem ipſo conculcato, prorſúſque extincto, gangræna primùm, mox verò ſphacelus ſubſecuta ſint? Atque hæc præcipua tanti in hoc morbo ſymptomatis cauſa fuit: indéque & reliquorum ſymptomatum huic morbo coniunctorum cauſas reddere haudquaquam difficile fuerit. Febris namque accidens morbi erat, incenſionem & putredinem humorum tum bilioſorum tum pituitoſorum indicans. Animi deliquium tum virium imbecillitatem & ſpirituum exolutionem ſequebatur, tum verò vaporum ex aqueo humore in ventre cōtento ſurſum exhalationem, & vnà flatuum magnam agitationem, à quibus omnibus coaffici cor, & diſſolui vitales ſpiritus, viréſque deiici conſequēs quidem erat. Alienationis porrò cauſa erat, vigilia immodica, qua ægra præ cruciatu & anguſtia maxima torquebatur, tum & vaporum acrium ſurſum in caput elatorum copia: clamoſi dolores quibus angebatur, tum ad humorum vitioſorum molem & flatuum copiam, tum ad partium vehementem intemperiem referendi meritò erant. Hæc affectus & ſymptomatum cum eo complexorum ratio fuit: nunc breuibus quæ circa curationem moliti ſimus, etſi ea minimè profuerunt, enarrabimus.

Gal. lib. 1. ad Glauc. cap. 27.

Lib. 7. aphor. com. 51.

Vbi ſuprà.

CVRATIO.

Quum ſerò ad hanc vocati eſſemus, viribus iam fractis & attenuato corpore, nullus mittendi ſanguinis ſcopus habendus fuit, tum quòd & aquæ intercutis iam initium eſſet, tum quòd vires id auxilij non admitterent, & morbus frigidus venæ ſectionem non pateretur. Tantum quod vnum facere licebat, quum affectus euacuationem effatu dignam poſtularet, hanc autem vires imbecillæ non ſuſtinerent, epicraſi vocata vtēdum cenſui, pro Galeni præcepto: nempe ſenſim quod vitioſum erat vacuādo, ſenſim verò & paulatim inuicem quod vtile erat reponendo. hunc namque vacuationis modum ἐπίκρασιν Græcè vocant. Itaque partim emollientibus & flatus diſcutientibus clyſteriis, partim ſyrupis magiſtralibus, pituitam & aquoſos humores atrabilarióſque & craſſos ſoluentibus, vſus ſum. Apozematis item meatus reſerantibus & infarctu liberantibus, humorúm

Lib. 9. meth. med.

Observationum medicinalium libri sex - page 187 sur 308

morúmque craſsitiem attenuantibus,& lentorem incidentibus, vti ęgram complures dies iuſsi. Electariis, conditis, opiatis viſcus roborantibus & deobſtruentibus itidem ſum vſus: ad hæc fotibus emollientibus, & partim etiam leniter adſtringentibus (quod in hepatis affectibus faciendum Galenus atque Auicenna iubent) ex althææ, maluæ, bryonię,& liliorum radicibus, adiectis abſinthio, eupatorio, cichorio, palmulis, ſpica Indica, ſchœnantho, maſtiche,& floribus anthemidis & meliloti, tum & ſeminibus apij, petroſelini, aliiſque multis ad induratum hepar conferentibus, vnctionibus, cataplaſmatis, emplaſtris:& ad aquas ducendas medicamenta accommoda præſcripſi, exigua quantitate exhibita: nempe braſsica marina in abſinthij & paſſularum decocto immiſſa,& bullita ad ʒij. Succum etiam radicis ireos recentem ex hydromelite & ſyrupo byzantino interdum propinaui. Et ad gangrænam ſua quoque præſentanea admouimus remedia, inciſuras ex nouacula, lotiones ex aqua ſalſa, vnguenta varia & efficacia: ſed quę à morbi magnitudine ſuperata nihil contulerint, deficientibus viribus ad mortem ægra deducta.

Gal. 8. de med. ſecundũ locos. Auic. fen 14. 3. tract. 2. cap. 3.

OBSERVATIONVM MEDICINALIUM libri tertij finis.

Observationum medicinalium libri sex - page 188 sur 308

OBSERVATIONVM MEDICINALIVM, FRANCISCO VALLERIOLA MEDICO AVCTORE, LIBER QVARTVS.

OBSERVATIO PRIMA.

MARGVARETA vxor Bonæfidei Bruneti Pharmacopœi Arelatensis, iuuencula optimo corporis habitu prædita, vtero grauis in octauo gestationis mense constituta, pleuritide acuta in sinistro latere cum febre graui, tussi molesta, & spirandi difficultate corripitur. Vno die miraculo curata, non misso sanguine, non cucurbitulis adhibitis, vllaue purgatione, duobus tantùm illi præscriptis clysteribus emollientibus, sputo eodem die cruento plurimo & cum facilitate emanante: sudore interim copioso sub noctem secuto, postridie sana euasit, absque dolore, absque febre (quæ tamen vehementissima in ea erat) & absque vllis symptomatis relictis, à morbo integrè curata remansit: tantum naturæ robur in bene habito corpore & florenti ætate potest. Obseruatum Arelate anno M. D. LXI. *sub finem mensis Aprilis.*

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

RECTISSIMÈ illud ab Hippocrate dictum est, naturas, morborum medicatrices esse. Lib. 6. de pop. morb. Sic seprofectò res habet, hominis natura internus est ac præcipuus morborũ medicus. Ea suis semper viribus vsa, quæ noxia sunt expellere nouit, quæ vtilia vsui seruare, vt rectè Galenus sentit. Ea sibi vias ad noxia pellenda facit. Etsi enim indoctæ sint hominum naturæ, & quæ sine doctore operentur, vt lib. de alimento prodidit Hippocrates, & com. 5. in lib. 6. de popul. morb. Galenus: sapientissimam tamen eandẽ esse, vt quæ malum sentiens mederi magnopere gestiat, id per se agens, ne temeritate magis quàm consilio, & vt facilitate magis quàm violentia medeatur, vt lib. Lib. 1. de natur. facul. & lib. 1. de diff. feb. cap. 5.

de arte

de arte idem auctor prodidit. Eadem ipſa ſalutis hominum cauſa omnia facit, vt lib. 6. de popul. morb. com. 5. dixit Galenus, quòd ipſa prorſus ſufficiat, vt 9. de placit. Hipp. & Plat. & lib. 1. de natur. facul. à Galeno proditum eſt. Quorſum hæc tanta de naturæ in nobis poteſtate atque præſtantia? in id ſcilicet vt ſciamus eam primùm languoribus mederi, dum ſudore, vomitu, ſoluta aluo, & reliquis vacuationibus hominem ſanat: vt de ea docte Galenus prodidit. Quod & in hac noſtra ægrotante factũ experientiæ fide didicimus, quæ quum graui pleuritide eſſet affecta, ſiniſtri præſertim lateris (quæ vel Auicennę teſtimonio periculoſior eſſe ſolet) nihilo ſecius tamen naturæ robore, hoc eſt facultatis rectricis potentia, intra biduũ ſolius naturæ ope curata integrè fuit, duobus tantùm adhibitis emollientibus clyſteribus. Eius vnius ductu factum eſſe experti ſumus, vt mox primo die ſputum copioſum cum facilitate prodierit: ſecundo die ſub noctem copioſiſsimus ſudor vniuerſo è corpore manarit, vnde mox & febris & dolor ſedari integrè viſa ſunt, & infra quartum prorſum mulier ſanata: vt veriſsimum illud ſit quod eſt à Galeno proditum, illos duntaxat morbos externo egere auxilio, quos ob magnitudinem natura vincere non poteſt. Sed quod magis in hac mirandum, quòd quum & graui morbo premeretur, & in octauo eſſet geſtationis menſe, quo menſe geſtatio onerosa, moleſta ac perdifficilis (vel auctore Hippocrate) eſſe ſolet, tum matris ratione, grauiter ob pueri intus conditi perturbatos motus affectæ, tum vteri incõmodius ſe habentis, ac quodammodo ingeſtabile onus reſpuentis: tamen tot periculoſis motibus grauata, omnia ſuperarit, ſaluis & matre & fœtu. non enim vi morbi abortiuit, ſed in nonum menſem partum fœliciter ſeruauit. Hîc profectò ſummi Dei potentiam admirari licet, qui quos vult è ſummis eripit malis ſola bonitate ſua, opis alienæ non egens: vt hanc liberaſſe ſolo nutu ſuo, & naturæ robore quo prædita ægra erat, teſtari ipſe plena fide oculatus teſtis poſſum. Sed quod de eadem ipſa mox dicturus ſum, fidem prorſus omnem ſuperare videtur, quòd quum biennio poſt, nempe ſub annum ſexageſimumtertium ſupra ſeſquimilleſimum, Februario menſe, in eiuſdem lateris pleuriticum dolorem incidiſſet, grauis vtero ſeptimo ſuæ geſtationis menſe, eiúſque morbi ſæuitia in vitæ diſcrimen deducta eſſet, decimoquarto die integrè liberata fuit, ſputo copioſo & bene cocto procedente, ſudore confertiſsimo ac multo manante, ſaluo fœtu incolumis remanſit. Sed tamen non citra ſummam diligentiam & remediorum opem. nam quum de vita ægra periclitaretur, morbíque magnitudo & virium robur, vnà cum plethora maxima, ſanguinis miſsionem poſtularet: contrà verò à mittendo ſanguine tum geſtatio in vtero, præſertim in ſeptimo menſe, tum aſsidentium & propinquorum repugnantia dehortaretur: quod vnum in huiuſmodi oppoſitis indicationibus reliquum medico erat præſtiti, nempe vt ſignificarem aſsidentibus in præcipiti rem ægrotantis verſari, niſíque mitteretur ſanguis, & matrem & fœtum perditum iri, præſtaréque, quum de ambobus periculum præſens ſit, vt ſeruetur mater, ſi fieri poſsit, minus ſollicitis de puero. maius namque malum eſt matrem & fœtum ſimul perire, quàm alterum eorum tantùm.

Com. 5. in 6. de popu. morb.

Fen 10. 3. tract. 4. ca. 1.

Lib. 1. de loc. aff.

Lib. de ofti. partu.

tantùm. Neque fallere me, periculũ fore, vt misso sanguine mulier aboriret. Mulier namque vtero gerẽs sanguine misso ex vena abortit, & magis si fœtus sit maior, vt rectè Hippocrates dixit. Nihilo secius tamẽ Thucydidis consilium in ea re sequi nos oportere prædixi, qui, quum nonnisi vnica subest ad curandum via, neque alia salutis ratio est, & quæ vnica vi medetur, ea dubia est, ne cessum tum esse vel aliquid agẽtes periclitari, & aduersos periculis ire: vt rectè 1. meth. Galenus consuluit, & ante eum prodidit Celsus, expedire anceps quàm nullum remedium experiri. His rationibus cum marito propinquísque contendens, deliberandum illis reliqui quid fieri vellent. Tandem communi omnium assensu in eam sententiam itum est, vt mitti illi sanguis deberet, etiam si periturus esset fœtus. Missus itaque mulieri ex sinistri brachij interna sanguis, non quidem pro morbi aut plenitudinis ratione, sed quantum alleuando dolori sat esse visum fuit, ídque leniente clysteri præmisso, Tum verò eclegmata expectorantia, & sputum promouentia, decocta ad idipsum accõmoda, fotus, vnctiones ad latus, emplastra, & omnis generis præsidia ad morbum leuandum, tum verò & ad fœtum in vtero conseruandum præscripsimus. Tantum verò profecimus, vt Dei ope adiuti, naturęque robore freti, prodeuntibus die 7. 11. 14. copiosissimis sudoribus, integrè liberata fœtu saluo mulier fuerit, quæ moritura in horas sperabatur: ad laudem illius qui solus languores sanat Dei opt. max. cuius sit nomen benedictum in secula.

Lib. 5. aph. 31.

Ex lib. 10. Meth. medendi.

Lib. 2. cap. 9.

OBSERVATIO SECVNDA.

PVER monstrosus annorum circiter quindecim Arelate visus anno 1561. mense Iulio, cui in vtroque pede septem inerãt digiti (pollex namque pede in vtroque duplex erat) & in vtraque manu digiti sex. In sinistra verò manu annularis & medius coniuncti absque vllo interstitio erant. Pedes verò admodum latos perinde atque manus puer habebat.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

MONSTRA esse definiuit Sext. Pompeius, naturæ modum egredientia, súntque propriè monstra quæ contra naturam fiunt: vt si homo cum bruti capite pedibúsve nascatur. Nec verò quæ præter solitum naturæ ordinem producuntur, diuersíque seminij naturam sapiunt, monstra tantùm dici merentur, sed & ea etiam vniformem referentia speciem, quæ forma prodeunt multimembri, vtpote pedibus multis, manibus, capitibus, corpore toto. bicorporea namque quædam monstrosa gigni ipsa experientiæ fides docet. etenim Auenione puer à me bicorporeus totus ab imo ventre in pectus visus est, qui & quatuor cruribus totidémque brachiis onustus videbatur, vno tantùm capi

Observationum medicinalium libri sex - page 191 sur 308

tùm capite eóque prægrandi. Igitur non ſolùm quæ alienam quandam ab ea vnde genita ſunt ſpeciem referunt, monſtra cenſeri debent, ſed & ea quæ ſpeciei ſuæ ſimilia, aut deficiunt aut abundant à congruo ſitu, figura, magnitudine, numero. Monſtra porrò generari Ariſtoteles tradit, tum, inquam, quum naturæ & ſeminis genitalis in procreando fœtu ita motus ſoluũtur, vt motuum huiuſmodi peruerſione, à ſemetipſo degeneret quod ita genitum eſt: vt interdum tanta ſit motuũ huiuſmodi ſolutio, vt demum ne homo quidem, ſed animal tantùm aliquod exiſtat, ab hominis natura alieniſsimum, quod procreatum præter naturæ ordinem eſt. Sed cur id? quia quod genitum eſt generanti nuſpiam ſimile euadit, ſed extraneum & maximè alienum, quòdquæ ſubeſt gignendo fœtui materia, à ſemine formante non euincatur: ſolutis formatricis potentiæ motibus, ſeruato tamen generis non ſingularis motu. vnde fit vt in eiuſmodi caſibus animal extraneum quoddam non homo generetur. Si namque generantis vis in cõceptu integra maneret ac ſeruaretur, tale quid gigneret quale ipſum eſt. In id namque omne agens naturale agit, vt effectum ſibi ſimile reddat, qui ſanè generationis finis vel præcipuus eſt: quod quum efficere nequeat, impeditis aut alioqui vitiatis naturæ in generando motibus, efficitur vt monſtrifici haud rarò prodeant partus. Vt puerum arietis capite natum accepiſſe ſe à quibuſdam Ariſtoteles teſtatur, & vitulum capite pueri, & ouem bouis capite natam. Quid monſtroſa illa de quibus Plinius grauiſsimus auctor lib. naturalis hiſtoriæ ſeptimo cap. 3. & 4. ſcripſit taceam? Alcippen mulierem elephantum peperiſſe, & inter initia Marſici belli, ancillam quandam ſerpentem enixam. Quid prope Troglodytas, quoſdam ſine ceruicibus, oculos in humeris habentes naſci? Quid Indiæ gigantes, quina cubita in longitudine excedentes, & Ariſmaſpos vnoculos, & Cynocephalos canum capitibus deformes? Ludibria hæc ſunt ludentis naturæ, quæ vel ad materiæ copiam aut defectum, ad ſitus in vtero peruerſionem, ad formatricis naturæ vitium & impotentiam, ad locellorum vitiatam figuram, poſitúmve, aut impedimentum in illis aliquod, ſunt meritò referenda. Atque hæc ſanè efficiunt vt in gignendo naturæ motus ſoluantur, indéque monſtra fiant: vt in hoc ipſo quo de nobis in præſens ſermo eſt, cui ob exuberantem materiæ copiam à ſemine genitali formatricéque facultate minimè regulatam ac ordinatam, exceſſus in numero partium tam in pedibus quàm manibus factus eſt. Septem namque in vtroque pede digiti inerant, ſed malè formati: pollex duplex erat vtroque in pede: in vtraque manu digiti ſex, ſed in ſiniſtra annularis & medius ſine interſtitio copulati. Vitium hoc tum materiæ redundantis copiam, tum malam formationem ſequebatur: ſiquidem & in numero & in formatione peccatum erat. Auctus numerus, materiæ redundantiam ſequebatur: ſiniſtræ manus deformitas, qua duo ſimul digiti coniuncti erant, formatricis facultatis in pangendo membro errorem certiſsima fide arguebat. Profectò admiranda hæc ſunt, & in altiſsimis naturæ receſsibus recondita, à quibus à Dei laudandam potentiam mirificè erigimur.

Lib. 4. de gener. animal. cap. 3.

Vbi ſuprà immediatè.

OBSER

OBSERVATIO TERTIA.

ANTONIVS Crestinus Arelate manuariis operis victum parans, hydrope ascite correptus, ita vt præ vasto ventris tumore moriturus in momenta singula putaretur: cui quum ob extremam pauperiem victui necessaria deessent, nec quid ori porrigeret nisi mendicato haberet: perforato vi naturæ vmbilico, & sensim egressa per multos dies aqua, videntibus cunctis, méque ob rei miraculum accersito, vt si quid opis misero homini adferre possem, incunctanter præstarem: post pauca medicamenta, sed efficacia, & è naturæ sinu magis quam officinarum arte deprompta, integrè curatur, superuixitque annos totos quatuor: tandem verò inopia cogente, & rerum necessariarum defectu, quinto post anno, tabe & squalore mortuus in xenodochio est.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

PAVPERES diuitibus à plenitudinis morbis minore negocio liberari scitissimè ac lõga serie explicauit Galenus: quòd diuites dum deliciis diffluunt, dum ventrem saburrant, dum desides agunt, in plenitudinis morbos incidũt. in quos quum incurrerunt, ægrè ac perperam ob eorum molliciem, relictis præcipuis auxiliis, & incauta victus ratione vrentes, curari possunt: medicis præsertim gregalibus istis plus æquo nimium illis applaudentibus, dum seduli videri volunt, nulla non hora temere aliquid præscribentibus, vt plurima se præstitisse credi possit: sic noxam adaugentibus, magis quàm morbum curantibus. Contrà verò pauperes, quum ob vitæ inopiam plurimum laborare cogantur, minúsque excrementorũ colligere, & ob tenuem victum, plurimámque exercitationem, qua manuariis operis exercentur, minus obstructionibus & à plenitudine morbis obnoxij sint: efficitur, vt siquando in morbos incurrant, facilius minoréque labore à medicis curentur: quin citra medici opem nonnunquam solo naturæ ductu à grauissimis liberantur morbis: vt huic nostro ægrotanti misero, cuius nunc historiam narramus, euenisse asseuerare adiuratissima & oculata fide possum. Vnde Hippocrates, pleroſque sine medicis, non tamen sine medicina curatos esse testatur. Hic itaque æger quum in hydropis eam speciem incidisset quæ ascites dicitur, aquáque plurima distentus venter admodum tumeret: effectum est, vt ad excretionẽ sibi viam natura fecerit, aperto vmbilico foras prominente: foráque prodeũte aqua, detumescere ventrem fuit omnino necesse. Itaque quum id mihi renuntiatum foret, & ad opem misero ferendam accersitus essem: accedo lubens, aquæ prodeuntis modum compesco, ne affatim efflueret: (id enim in eiusmodi affectu lethale esse Hippocrates affirmauit) ægrum bona spe esse iubeo, polliceórque

Lib. 11. methō. med.

Lib. de arte.

Lib. 6. aph. 27.

Observationum medicinalium libri sex - page 193 sur 308

me omnes officioſi medici in eo partes impleturum, vt quàm fieri poſſet ſedula manu curaretur. Victum exſiccantem illi præſcribo, ab iurulentis, elixis, & humidis hominem arceo, & vt parciſsimo potu vteretur ſuadeo. in hoc namque curãdo affectu id eſt præſentaneum remedium, vt parciſſimè ægri bibant. Dabam autem potens & generoſum vinum, ídque merum, non cum cibo, ſed accepto eo modicum quid bibere ſinebam. Ille verò dicto audiens imperata faciebat, & minus quàm iuſsiſſem potabat. Aſsis vtendum præcepi, & nautico pane, ex aniſi & marathri ſeminibus inſperſis vti iubebam, & paſſulis exacinatis. in roborando namque hepate, auctore Galeno, mirificas vires habent. Sæpe etiam bucellam panis aſſi, ſaccharo ac cinnamomo reſperſis, paucóque mero irroratam, dari iubebam, ad vires refouendas, quæ ex morbo collapſæ erant. Quúmque talem inſtituiſſem victus rationem, quotidie aquam bis moderata copia effluere ex vmbilico ſinebam, foraménque turunda occludebam, quum ſatis aquæ effluxiſſe viſum fuerat. Ventri emplaſtrum ex bubulo ſtercore & caprillo, in aceto & lixiuio præbullitis, adiecto ſulphure, alumine, ſale, lauri baccis & ebuli ſucco, cum pice nauali omnibus ſubactis, imponebam: à quo profectò mirificam ſenſit æger opem. quod ego experientiæ fide edoctus in pleriſque fœlici ſucceſſu magnum præſidium attuliſſe teſtari poſſum, & mihi in huiuſmodi affectibus familiare eſſe ſolet. Semen ebuli ad drachmæ pondus interdum dedi ex decocto abſinthij, interdum ex vino potenti: quandoque etiam braſsicæ marinæ decocto vſus ſum, & diacurcumam nonnunquam dedi certis dierum interuallis. Quin & ſaculis ex milio & ſale torrefactis, & ad ventrem admotis, ſum etiam vſus: & hepati cerata accommoda admoui. Tantum verò hac ratione profecimus, vt intra menſem integrè curatus æger fuerit, & ad operas conſuetas rediens, victum ſibi incolumis & vegetus pararit: ſuperuixítque à curatione annos quatuor, aut paulò amplius. Poſtea egeſtate compulſus, inanitus & tabefactus, in xenodochio mortuus eſt. Et profectò ſi ad victum neceſſaria illi ſuppetiſſent, & congrua victus ratione vſus eſſet, vitam ille incolumem in longiores moras protraxiſſet. Sed ſic viſum Domino fuit, cuius ſit nomen benedictum in ſecula.

Lib. 8. de med. ſecundũ locos.

Emplaſtrũ optimũ ad hydropẽ.

OBSERVATIO QVARTA.

ANDREAS Gondardus ſacrificus, ſeptuagenarius ſenex optimi habitus magnarúmque virium, ex paralyſi dextræ partis ſola ſanguinis miſsione & purgatione, lenique ad ceruicem vnctione, integrè ſanatus.

OBSER

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

MIRA esse quæ natura potens suo robore nixa in morbis curandis facit, tum ex his quæ Obseruatione prima huius libri à me dicta sunt, tum ex his quæ in hac ipsa de sacrificio hoc dicturus sum euidentissimum fieri potest. Quis non enim paralysin in septuagenario sene immedicabilem esse iure dixisset? qui sanè affectus quum suapte natura, vel etiam in iuuenibus & bene habitis, curatu difficillimus est ac contumax, vixque vnquam curatur: in sene tamen eóque septuagenario curatum esse mirabile profectò haberi potest. Res autem vt tota pateat, historiam recensebo. Erat sacerdos hic homo Gallus, corpore quadrato & ensarco, feréque temperamento proximo, optimi & viuidi coloris, (suauis namque in facie color ex albo & rubeo mixtus cõspiciebatur) musculoso & bene carnoso corpore erat, venis latis & sanguine plenis: ita vt ex totius corporis habitu ad calidum & humidum à temperamento labi videretur, humido tamen calidum superante. Hic quum Arelaten veniisset, vt in fano Diui Antonij, quod ea in vrbe celebre est, parochum ageret (erat enim ad id muneris probè factus homo, nec vt inter eius ordinis homines insciens sacrarum literarum) quum, inquam, menses aliquot Arelate constitisset, sub hyemis initium capite grauari cœpit, vnáque cum summa membrorum confractione & impedito sermone lingua balbutiens fieri: quæ symptomata quum æger neglexisset, derepente sub noctis medium cum oris tortura in dextræ partis resolutionem incidit, crure, inquam, dextro ac itidem brachio resolutis. Accersor ipse, ægrum video prostratum in cubili, facie rubicundissima, crure & brachio voluntario motu destitutis, atque etiam num sensu: magis tamen motu quàm sensu. De anteacta vita interrogo: intellexi plus æquo nimium sibi indulgere, pluscúlumque genio deditum, præsertim in potu assumendo. erat enim vini huius generosi Arelatensis amans, quo quum nimiũ se implere solitus esset, effectum est vt inde læsis neruis in paralysin inciderit. Vinum namque, auctore Galeno, si immoderatius ingeratur frigidos morbos excitat, tremorem, conuulsionem, paralysin, apoplexiam, commata, comitialésque. Nimirum igitur si læsis à vini potentia neruis, cruditatibus item multis per cibi intemperantiam genitis, adiuuante adhæc ætate senili, in huiusmodi affectum inciderit. vitium enim quo sensum & motum amittunt partes, paralysis, id est, neruorum resolutio dicitur, vt Galenus dixit. Fit à multis & variis causis, ictu, percussione, casu ex alto, præsertim si secundum ceruicem aut caput ictus inciderit: sæpiùs verò ab intemperie frigida & humida cerebri, cum affluxu pituitæ crassæ & lentæ neruis impactæ, & obstructionem parientis, quo minus animalis spiritus sensus & motus delator, in partem sese infundere ac insinuare possit: vnde necesse est eo in affectu sensus ac motus in parte amissionem fieri. Si namque sensus tantùm lædatur, stupor affectus is, non paralysis dicetur: quum verò vtraque amittuntur, tum verè resolutio est. Gignitur porrò quum tendines neruíve musculis

Lib. de morb. cau. cap. 3. & li. 5. de symp. caus. cap. 2. & lib. 3. de temper. & 5. aph. eõ. 5.

Lib. 4. de sympt. cau. cap. 1. Causæ.

Observationum medicinalium libri sex - page 195 sur 308

inserti laxantur, emolliuntur, aut nimium extenduntur. debent enim secundum naturam modicè tendi, quo aliquanta contractione facta partem cui tendo inseritur trahere queant. At quum illapso humore vel abactu, casúve aut vulnere, neruus laxior, frigidior, & humidior redditur, aut animalis spiritus obstructione impediente non permeat, sensus & motus
Signa. læsionem consequi est necesse. In hoc verò ægro affectum hunc à copioso sanguine pituitoso, multáque pituita lenta ac crassa meatus obstruente, & neruis impacta, prodiisse pro explorato habendum est: vt ex anteacta vita, faciei rubore, cacochymia & plenitate, sputo multo, membrorum mollitie & nimia humiditate, muci abundantia, & ad motus segnitie deprehẽdere licebat. His signis morbi effectricem causam cognoscere erat. Sedes affecta non solùm spinæ initium fuit, sed & inferior quoque spinalis medullæ pars, à qua nerui crurum ac pedum oriuntur. Quin & cerebrum quadantenus lædi oris tortura indicabat. neruos enim qui per faciei partes sparsi sunt, à cerebro demitti, & si faciei pars aliqua oblæsa sit, tum in ipso cerebro resolutionis dispositionẽ consistere, rectè à Galeno dictum est. Cognito morbo, eius causis, ac sede affecta, prædicẽdum putaui, morbũ cum suapte natura tum ætatis ratione immedicabilem fore: me tamen quæ artis essent omnia impleturum, ne non meo functus officio esse viderer: etsi sanatum iri morbũ minimè putarem, ob eas quas paulò ante recẽsuimus causas. Sed interdum euenit vt curetur is de quo medicus desperarat, vt in hoc ægro euenit, cuius curationis modũ iam subnectemus.

Lib. 3. de loc. aff. ca. 10.

CVRATIO. Ad hunc vocati, vt primùm ex his quæ retulimus signis & symptomatis morbi speciem, causam & sedem affectam agnouimus, mox succurrendum rati, quæ sequũntur præsidia fœlici successu adhibuimus. Primùm quidem noxiam materiam opportunis auxiliis vacuantes, iustam victus rationem præscribentes, & læsis partibus roborantia & calfacientia admouentes, cum pari exsiccatione pituitæ in neruorum radicibus impactæ. Hæc in vniuersum methodus qua in hoc ægro curando vsi sumus: atque horum omnium hæc fuit ratio. Clyster emolliens & mediocriter vacuans: ℞. Maluæ, bismaluæ, matrum violarum, blitis, mercurialis, & brancæ vrsinæ, ana M. j. foliorum hyssopi, centaurij minoris, & saluiæ, ana M. ß. agarici in petia rara ligati ʒ iij. seminum anisi, anethi, carui, & rutæ, (vehementer namque calfacit, & crassum humorem attenuat) ana ʒ ij. seminum melonum cum cortice contusorum ʒ iij. polypodij quercini conquassati ʒ j. florum roris marini, & stœchadis, ana P. j. furfuris macri P. ij. fiat omnium decoctio ad ℔ j. In cuius colatura dissolue catholiconis ʒ j. electarij Indi maioris ʒ ß. olei rutæ & anethi, ana ʒ ij. mellis anthosati ʒ j. salis gemmæ ϑ ij. Misce, fiat clyster, quo iniecto mira aquosæ & spumosæ pituitæ copia educta est. Tum verò eo ipso die post duas ab accepto clysteri horas è media sinistri brachij vena sanguinem ad reuulsionem (erat enim dextra in hoc viro pars resoluta) detraho, idque moderatè, ad vncias tantùm sex septémve, neque enim aut ætas prouecta, aut morbi ratio maiorem sanguinis eductionem exposcebat, quum & ætas inclinata iam, & frigidus morbus esset. Misso sanguine, & vno die ægro quiescere iusso, altero post die, antequam calfacientes & attenuantes syrupos propinarem,

pinarem, pilulas leues deuorandas propino, vt quæ in primis hæserant venis deiicerentur, nec vi syruporum cruda detruderentur in habitum corporis. Pilulæ porrò huiusmodi fuêre: ℞. Pilularum assaireret & cocciarum, ana ʒ ß. agarici trochiscati ℈ j. masti ches, diacrydij, ana G. j. Misce, & cum aqua saluiæ fiant pilulę numero septem: capiat tribus horis post leuem cœnam, vt melius à capite trahere possint. In posterum diem sequens apozema, neruos calfaciens, & pituitam attenuãs sumere iussi, octo totis continuatis diebus, & mox à syrupo electuarij diamoschi tabellam deuorandam dabam. Syrupi præscriptio huiusmodi fuit: ℞. Radicis pæoniæ maris (multum namque in omnibus capitis affectibus frigidis valet) ʒ j. radicis acori veri (id est calami odorati, qui verus acorus est) radicis galangæ maioris, radicis enulæ campanæ, ana ʒ ß. summitatum hyssopi, saluiæ, sampsuchi, primulæ veris, chamædryos, chamæpityos, ana M. ß. cubebarum & seseleos, ana ʒ ij. seminum iuniperi ʒ iij. glycyrrhizæ rasæ & contusæ ʒ ß. rasuræ ligni sancti ʒ iiij. Infundantur radices & lignum Indicum in aqua & vino albo, & sensim lento igne decoquantur, postea additis herbis & seminibus fiat decoctio: addendo in fine florum rorismarini, saluiæ, stœchados, & buglossæ, ana P. j. syrupi capillorũ, mellis rosati, mellis anthosati, ana ʒ iiij. sacchari quantum sat est. fiat syrupus clarificatus, & aromatisatus cum cinnamomi electi ʒ iij. nucis moschatæ ʒ j. ß. pro quatuor aut sex matutinis. Syrupus hic sudorem mouebat, quem ego naturæ motum adiuuans, stragulis bene cooperto ægro promouebam: sunt enim sudores in huiusmodi affectibus vtilissimi. Finito syrupo, & coctione iam in lotio apparente, pilulas sequentes dedi: ℞. Pilularum cocciarum & fœtidarum, ana ℈ ij. trochiscorum alandahal, masti ches, ana G. ij. formentur pilulæ cum aqua saluiæ. sumpsit debito obseruato regimine. In crastinum pilularum quæ fœliciter operatæ sunt, conseruã anthos cum mithridatio antidoto in aurora dedi, quinq; post horis ægro abstinere iusso. Postea opiatam talem confeci, qua alternis diebus vtebatur ad quantitatẽ castaneæ magnæ, aqua saluiæ desuper epota. ℞. Conseruæ anthos & stœchados, ana ʒ j. ß. conseruæ acori colati ʒ j. conseruæ saluiæ ʒ ß. gingiberis cõquassati ʒ iij. pulueris diamoschi dulcis ʒ j. mithridatij electi ʒ ij. pulueris nucis moschatæ ʒ j granorũ pæoniæ & iuniperi, ana ℈ ij. cerebri leporis assati ʒ j. Misce, & cum oxymelite scillino fiat in modũ opiatæ: capiat vt suprà dictum est. Mirificè se ab hac iuuari æger testabatur, quòd, vt affirmabat, calorẽ infundi mẽbris iucundũ ab hoc medicamẽto sentiebat, à quo maximè iuuabatur. Ad topica demũ me conuerti, vbi prius errhinis vti ægrũ iussi ex decocto sampsuchi & betæ nigræ, cũ agarico & momento gingiberis, additò in colatura succi anagallidis purpureũ florẽ gerentis ʒ j. Primùm loca affecta & neruorũ radices circa dorsi spinã inungi iussi sequentibus oleis, vt à leuioribus inchoarẽ, vt fieri sanè debet: ℞. Oleorũ chamæmeli & liliorũ alborum, ana ʒ ij. olei de cheyri & laurini, ana ʒ j. inungatur ex eis calidè tota dorsi spina, desuper datis lanis mollibus & pinguibus, fumigatis sequenti suffitu ad exsiccandum: ℞. Olibani, masti ches, sandaracæ Arabum, ana ʒ j. ß. gummi hederæ & nigellæ torrefa-

Confectio ad paralysin optima.

©BIUM

ctorum, ana ʒ j. benioini, ſtyracis calamitæ & rubeæ, ana ʒ ß. coriandri, macis, nucis moſchatæ, ana ʒ j. florum anthos & ſtœchados, ana P. j. fiat ſuffumigium omnibus groſſo modo conquaſſatis, quo lanæ plurimum ſuffiantur, & calidæ toti ceruici admoueantur poſt prædictam vnctionem. Sed alia efficaciore vſus ſum, à qua plenè fuit hic vir Dei adiutorio liberatus.

Præſtantiſſimum vnguentum.

Vnctio hæc eſt: ℞. Saluiæ, ſampſuchi, lauri, betonicæ, roriſmarini, & primulæ veris, ana M. j. radicis acori veri, radicis ireos recẽtis, ana ʒ iij. oleorũ vulpini, de nuce Indica, & rutacei, ana ℔ j. olei de terebinthina ℔ ß. vini potẽtiſsimi ℔ j. aquæ vitę ℔ ß. coquãtur ſimul ad vini conſumptionẽ, & colẽtur. Colaturę adde ſerapini, opopanacis, bdellij, ana ʒ ij. caſtorei ʒ ß. macis, nucis moſchatæ, ſtyracis calamitidis, benioini, ana ʒ iij. piperis lõgi, pyrethri, ana ʒ j. axũgię cati pinguioris, axũgiæ ſerpentis & anſeris, ana ʒ j. medullæ cruris vaccæ ʒ ij. ſuccorum ebuli, ſaluiæ, & meliſſæ, ana ʒ iiij. ceræ propoleos ʒ ij. Miſce, & cum cera quantum ſat eſt in præfatis oleis liquata reducantur omnia ad formam vnguenti mediocris conſiſtentiæ, quo vniuerſam dorſi ſpinam inungi calidè iubebã, deſuper admotis lanis mollibus, vt ſuprà fumigatis. Ab hoc medicamento motum brachio & cruri affectis reſtitutum fuiſſe, inducta ſanitas fidem indubiam fecit. mox enim vbi dies totos viginti vnctione vſus fuiſſet, aſſumptis interea vſualibus pilulis & cõfectionibus ſuprà ſcriptis, optimáque victus ratione ſeruata, integræ valetudini, recuperato ſenſu & motu, reſtitutus eſt. Quod ego profectò pro miraculo habeo, & Dei potentiæ magis, quàm medicamentorum viribus factum arbitrari oportet: quòd & ægritudo ipſa ſuapte natura incurabilis fermè ſit, præſertim in ſenibus, & quòd in tanta ætate conualuerit à tanto morbo æger, id Dei immenſæ potentiæ adſcribendum: qui ſit benedictus in ſecula.

OBSERVATIO QVINTA.

LEODVNA nobilis mulier, ingenti hypochondrij dextri dolore cum tumore inſigni & circumſcripto affecta, cum magna ſpirandi difficultate & ventris tumore, diu ægrotans tandem integrè ſanatur, medicis quibuſdã ſubeſſe in hepate apoſtema aſſerentibus, quum nullum tamen eſſet. Hæc multis auxiliis curatur, ſanguinis miſſione, purgatione, fotibus, vnctionibus, & aliis.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

Lib. 1. de med. ſecundum locos lib. 3. 5. 7. meth. & li. 1. de loc. affect.

IN recta affectuum curatione à partibus laborantibus non minimam ſumi indicationem, atque pro harum varietate remedia quoque excogitari, vnum eſt ex publicè in medicina confeſsis, & eſt à Galeno millies in mille locis proditum. Non enim ſolùm affectus naturam, & hominis temperiem, cœli aëríſque ſtatum

conſi

cõsiderare oportet: verùm multò magis ſedem affectam, quum pro illius alia atque alia natura, poſitu, ſenſus acrimonia, aut hebetudine, principatu aut vilitate, diuerſa ſit ſumenda de medendo indicatio: vt concors eſt omnium ſententia. Quæ in id à me in præſens adducta ſunt, vt oſtendam in hac generoſa muliere curanda defectu agnitionis ſedis affectæ, non ſatis tutò per initia in curatione progreſſum fuiſſe: quum qui primò ægram inuiſit, exiſtimans hepar affectum fuiſſe, nulla tamen in eo exiſtente noxa, ad id curationis ſcopum omnem dirigebat. Nec tamen ea via proficiebatur quicquam: non enim curabatur morbus, ſed in deterius ſemper abibat, vtique non ſatis cognita parte affecta. Quum verò ægra me ad curam adhibuiſſet, grauitérque & doloribus & ventris tumore & ſpirandi difficultate laboraret, perſuaſa ſe in hepate phlegmonoſum tumorem pati (ſic enim à medico erat diuulgatum) in deſperationem fermè abierat. Quam ego tamen accurata manu tractans, bene ſperare iuſsi, ſúmque illam verbis vt potui blandis ſolatus, nec pati illam ſecũdum hepar phlegmonoſum tumorem indicaui: ſed tãtùm in muſculis ſuprapoſitis obſtructionem ingentem, à craſſo, glutinoſo, & plurimo ſucco, qui partem obſederat, & in vaſtum tumorem attollebat. Quibus autem rationibus ſim inductus vt ita ſentirem, breuibus explicabo. Vt primùm ad hanc vocatus, quid mali eſſet quod tam anxiè ægrã torqueret, & quæ ſedes affecta eſſet, intenta meditatione ſcire volui: locum tango, inuenio in hypochondrio dextro tumorem oblongum, qui ſe ad vmbilicum vſque proferebat. Tumor porrò inſignis erat, durus, & cum dolore tenſiuo coniunctus, ſeſéque mox tactui offerebat: color in facie rubicũdus, viuidus, roſeus, ex albo & rubeo mixtus, per omnem morbi decurſum eodem in ſtatu permanens, vrinæ optimæ conſiſtentiæ, coloris atque contentorum apparebant: pulſus magni & citati. Ex quibus omnibus deprehendi non iecur in hac, ſed ſolùm muſculos abdominis ſuprapoſitos morbo teneri. Vbi namque hepar afficitur, vitiatum in facie colorem apparere neceſſariò oportet. ex colore namque plurimos ſecundum hepar laborantes deprehendiſſe Galenum, ipſemet teſtis eſt lib. 5. de locis affectis cap. 7. Quin & Auicenna optimum medicum ex colore deprehendere hepaticos ſolere fen 14. tertij. can. trac. 2. capite item ſecũdo dixit. Color enim eſt ex rebus quæ vtplurimum affectus hepatis indicant. hepaticorum namque cõlor ad citrinitatem, & albedinem cum fuſco quodam virore plerumque inclinat, vt Auicennæ ſententia eſt, & experientia ipſa declarat. Quamobrem quum in hac laborante color optimus eſſet, viuidus ac ſuauis: tumor verò oblongus, ac ferè per totum ventrem ad vmbilicum vſque extenſus: certiſsima fide nedum coniectura artificioſa deprehendi, muſculos rectos epigaſtrij qui hepati ſuperincumbunt tumore illo præditos eſſe. Rectorum muſculorũ tumores (ait Gal.) oblongi, atque per totum ventrem extenſi videntur, vmbilicum, veluti ipſi quoque muſculi, comprehendẽtes. Quapropter haud obſcura eſt eorũ dignotio, vtpote quos & poſitus & figura declarat. Hæc Galenus, cui innixus depromere auſus ſum, muſculos tantùm in hac laborante qui hepati ſuperiacent, non hepar, laborare: quod & curationis à

Lib. 5. de loc. affect. cap. 6.

nobis pro

nobis propoſita ratio,& ſymptomatum quæ morbo coniuncta erant ſignificatio indicarunt. Contractus porrò fuerat in hac ægrotante tumor is ex infarctu humorum craſſorum ac lentorum in partem decumbentium, ex inordinata & incauta victus ratione genitorum: vnde factum eſt, vt quum vaſa talibus ſuccis referta eſſent, nec copiam ferre poſſent, expultricis facultatis beneficio ſeſe veluti exonerantia, ſuperflua hæc in eam partem reiecerunt. Tentat enim natura ſuis ſemper vſa viribus quod alienum eſt expellere, vt Gal. lib. 2. de feb. diff. cap. v. adſtruxit. Hæ igitur affectus cauſæ tum proximæ tũ remotæ fuere. Symptomata verò præcipua dolor, tenſio, ventris protuberans tumor, inappetentia, ſitis, & totius corporis grauitas: quæ omnia affectus magnitudinem conſequebantur. Ingens enim humorum in partem confluxus dolorem, tenſionem, & tumorem pariebat, ob intemperiem & ſolutam partis continuitatem. hæ namque doloris cauſæ Galeno ſtatuuntur. Inappetentia ob ventriculi conſenſum, & vaſorum impletionem, defectúmque inanitionis fiebat. Sitis vaporum ſurſum elatorum cum caliditate quapiam aſcenſum, & ſiccitatem quæ à vigiliis fiebat, ſequebatur: tum quòd per interualla febri corriperetur. Grauitatem corporis humorum redundantia pariebat. Sed iam omnibus his rite diſcuſsis, & ad curationem cognitu neceſſariis, curationem qua vſi ſumus ſubtexamus.

In arte medic. ca. 80.

CVRATIO. Lib. 2. aph. 22.

Curatio porrò ea fuit quæ morbis à plenitudine debetur. Quicunque namque morbi à plenitudine fiunt, (inquit Hippocrates) euacuatio ſanat. Itaque variis euacuationum generibus vtendum in hac muliere curanda cenſuimus: tum verò ad partem affectam topicis auxiliis admotis, quę tumorem diſcutere & duritiem emollire poſſent, ſícque ægram priſtinæ ſanitati reſtituimus. Primùm enim quoniam plethorico habitu prædita mulier erat, ſucculentóque corpore & bene carnoſo, demendam plethoram ſanguinis miſsione, tum ad humoris in partem decumbere parati atque fluentis reuulſionem, optimum duximus: quòd pro Hippocratis & Galeni ſententia, à tentata fluxione parte quàm longiſsimè reuellere, non autem ad eam trahere oporteat: deriuare autem per proxima. Fluẽtium namque humorum retractio medela eſt, vt ait Hippocrates, eorum autem qui iam membrum obſederunt, deriuatio. Fieri autem vtrumque euacuationis genus per communes venas debere, idem auctor prodidit. Itaque præmiſſo leni clyſteri ex emollientibus, internam dextri cubiti venam ſecare iubeo. neque verò affatim & copioſè ſanguinem demo, ſed modicè & per vices: ſic enim melius ſanguis reuellitur. Extraxi pro redundantis ſanguinis copia & virium tenore, quãtum opportunum viſum eſt, nempe ad vncias ſedecim: quòd & magnus eſſet ſanguinis confluxus, & plenior corporis habitus, ipſáque ægra robore valido prædita. Mirificam profectò à ſanguinis miſsione ſenſit opem: nam & minui dolor confeſtim cœpit (qui antea grauiſsimus & intolerabilis erat) & detumeſcere locus viſus eſt. Mox verò à miſſo ſanguine apozematis congruis antecedentem materiam ad euacuationem præparare ſategimus, ſequente poſt coctionem humorum ſolutiuo pharmaco. Horum hæc fuit ratio: ℥. Borraginis, bugloſsi,

Hipp. lib. 2. de natu. hom. Gal. lib. 2. ad Glauc. cap. 13.

vtriuſque

vtriuſque cichorij, acetoſæ, omnium cum ſuis radicibus, cuiuſque M. j. agrimoniæ, ſummitatum lupullorum, fumariæ, lapatij acuti cum toto, ana M. ß. capillorum veneris, ceterac, hyſſopi, fœniculi, meliſſæ, (craſſos nam que hæc humores attenuant) cuiuſque M. ß. ſeminum melonum cum cortice contuſorum ʒ ß. ſeminum acetoſæ, endiuiæ & portulacæ, ana ʒ j. ſeminum petroſelini, & apij, ana ℈ ij. vuarum paſſarum exacinatarum numero xx. prunorum dulcium numero xij. glycyrrhizæ raſæ & contuſæ ʒ vj. polypodij querni conquaſſati ʒ ß. trium florum communium, florum thymi (hos ego flores cum thymi ſummitatibus epithymi loco vſurpare ſoleo, quòd plus epithymo noſtrate in ducenda atra bile valeant) P. ij. fiat omnium decoctio in aqua hordei recenter facta ad ℔ ij. & coletur. In colatura diſſolue ſyrupi endiuiæ compoſiti, ſyrupi de duabus radicibus, ſyrupi capillorum, ana ʒ ij. ß. ſacchari quantum ſat eſt. Fiat ſyrupus clarificatus, & aromatiſatus cum cinnamomi electi, ſantali citrini, ana ʒ j. pro quatuor matutinis. Finito ſyrupo, concoctione in lotio apparente, ſequẽs præbui medicamentum cholagogum & phlegmagogum. ℞. Agarici albi & fœminini ʒ j. rhabarbari electi ʒ j. ß. gingiberis, ſchœnanthi, maſtiches, cinnamomi electi, ana ℈ ß. Infundantur ſimul in aquis endiuiæ, bugloſsi, & hyſſopi cum pauco mellis roſati: ſtent in infuſione per noctem, & mane fortiter exprimantur. Cui expreſsioni adde electarij roſati Meſuei, diaphœniconis, ana ʒ ij. ſyrupi roſati ex infuſione roſarum ſine ſcammonio ʒ j. Miſce cum decocto præcedẽtis apozematis, fiat potio breuis: quam vbi ſumpſiſſet, mediocris ſequuta eſt variorum excrementorum ſine vlla noxa excretio, facili cum tolerantia & alleuatione. In craſtinum clyſterem ablutiuum ex decocto hordei, furfurum & ſeminum lini & melonum, adiecto modico catholicone & oleo violaceo, atque melle roſeo, ſumere ægram iuſsi, & ad topica vt ſequitur curationem ſum proſecutus. Quoniam verò in muſculis rectis qui hepati ſuperincumbũt affectum conſiſtere diximus, erátque ſumma in parte durities, emollientibus & diſcutientibus vtendum cum leniter roborantibus, ob viciniam ad hepar, optimum diximus: nec verò repellentibus tum vtendum, quòd propè iam in ſtatu morbus conſiſtere videretur, aut ſaltem in incrementi medio. Itaque hoc fotu partem fouendam, tum verò vnguine vngendam duximus, vt & vna eadémque opera impactum humorem craſſum attenuando diſcuteremus, & duritiẽ quæ multa apparebat emolliremus. Horum hęc fuit noſtra præſcriptio methodica: ℞. Maluæ, althææ, amborũ cum radicibus, cuiuſque M. j. radicum bryoniæ & iarri, ana M. ß. abſinthij M. j. origani M. ß. ſeminum lini, althææ, fœnogræci, conquaſſatorum, ana ʒ j. ſeminum aniſi & anethi, ana ʒ ß. florum chamæmeli, meliloti & roriſmarini, ana P. j. fiat omnium decoctio in duabus partibus aquæ fontanæ & tertia vini albi potentis, (ad penetrationem maiorem) & cum filtris infuſis & expreſsis fiat fotus ad partem tumentem ante cibum. Mirificè iuuari ſe hoc fotu ægra nobis aſſeuerabat, quòd & tumorem emolliret, & dolorem ſubinde leuaret. Mox à fotu ſequenti vnguine partem vngebamus: ℞. Vnguenti dialthææ ʒ iiij. emplaſtri filij Zachariæ ʒ ij. ceræ propoleos,

fæcis

fæcis olei de lilio, cuiuſque ʒj. axungiæ anatis & gallinæ veteris, ana ʒ vj. ammoniaci pinguis in ſapa diſſoluti, bdellij, maſtiches, ana ℈ iiij. ſtyracis calamitidis, benioini, radicis iridis Florentiæ, ana ʒ j. Miſce, & cum pauca cera oleo irino liquata fiat vnguentum mediocris conſiſtentiæ, quod à fotu admoueri calens iubebam, deſuper appoſito pittacio lineo duplicato, & fumigato olibano, ſtyrace & benioino. Vbi dies totos xij. his eſſet topicis remediis vſa, cœpit omnifariam aboleri tumor, & dolor ſedari. Sed quoniam nondum exactè curatus affectus videbatur, & ventris tumor adhuc perſtabat, ad ampliora præſidia & efficaciora properandũ fuit, nempe ad vacuationem ſudorificam, vbi prius corpus exactè tum per catapotia, tum per ſyrupos purgaſſemus. Catapotia conſtabant ex pilulis de hiera ſimplici, agarico trochiſcato, puluere rhabarbari, cum puluere ſenæ præparatæ, adiecta maſtiche, & granis aliquot diacrydij: adiecimus interdum pilulas de fumo terræ. Syrupum magiſtralem confeci ex decocto præcedentis apozematis, adiiciendo foliorum & folliculorum ſenæ Orientalis ʒij. medullæ carthami ʒj. epithymi ʒ vj. rhabarbaro in clarificatione & aromatiſatione ad ʒß. & ſaccharo quantum ſat viſum eſt: ex quo ſyrupo ad perfectionem cocto, ſumere iubebam ʒ iij. ex decocto florum & fructuum, ſemel decimo quoto die, & fœliciter operabatur cum multa facilitate.

Potio chinæ radicis. Potionem chinæ radicis parauimus, ſelectæ quidem recentis ac ponderoſæ in talleolas diſſectæ, cuius ʒj.ß. quotidie in ℔ aquæ fontanæ x. vſquequò ad dimidias rediret, incoqui iubebam & percolari. Eius decocti ʒ viij. de mane ſumebat, calidè ſtragulis operta, conciliatóque ſomno; indéque ſudor manabat exuberantiſsimus, à quo & ſcirrhoſus tumor & ventris quoque ſubſedit omnino. Admouimus tamen ventri emplaſtrum ex ſtercore bubulo & caprillo in aceto feruefactis, cum cymino, aniſi & anethi ſeminibus, & terebinthina. Mirabile ſenſit ex hoc cataplaſmate lenimen. ſenſim enim detumeſcere in dies venter videbatur. Ad latus item emplaſtrum ex diachylone ireato cum emplaſtro de meliloto ſub finem admouimus, adiectis ſtyrace, ammoniaco, bdellio, laſerpitio Indico, iride Illyrica. Quibus rite peractis integrè curata fuit ęgra, viuítque ſuperſtes & bene habita, ad laudem Dei præpotentis, cui honor & gloria.

OBSERVATIO SEXTA.

EADEM Leoduna, morata & nobilis mulier, aliquot poſt annos grauida effecta, integrèque iam tumore illo hypochondrij dextri liberata, ex puerperio difficili in epilepticas acceſsiones derepente incidit: graues quidem illas, & crebrò recurrentes, purgationibus à partu plus æquo nimium fluentibus: ſanatur tamen nutu Dei, magna & ſolerti adhibita cura.

OBSER

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

HAEC ipsa generosa mulier qua de præcedente Obseruatione egimus, iam sana effecta, fœcundissima quum esset, vterum gestare cœpit: quúmque partus tempus aduentasset, grauissimi dolores mulierem inuadunt: & quòd contetus intrò infans vegetus, & magna corporis mole, tum etiam magno capite esset, grauem intulit partum. Quúmque & nimiũ diu mulier sæuissimis partus doloribus torqueretur, & magnis conatibus ad expellẽdum infantem niteretur: effectum est, vt adapertis vasorum osculis quæ in vtero sunt, & forti enixu plus nimio patentibus, ingens sanguinis profusio sequuta sit: ita vt & vires collaberentur, & in mortis discrimen parturiens mulier deducta sit. Sed tamen quum Dei præpotentis auxilio infans è bulga matris prodiisset, & profusio perstare, & in epilepticam accessionem incurrere ægra cœpit, conuulsione affatim obortà cum mentis alienatione, & sensuum tam internorum quàm externorum oblæsione, spumáque multa circa os consistente, conuulsis oculis & torũm aspicientibus, stertore magno in faucibus percepto, qui grauem metum attoniti morbi venturi inferebat. Nec verò semel, aut leniter, sed per modica horarum aliquot interualla eodem die recurrere graues omnino accessiones solebant: ita vt præ grauitate accessionum earúmque crebritate in præsens vitæ discrimen ægra deducta sit: viribus vtique à difficili partu, & à nimia sanguinis & spirituum dissolutione exhaustis, penéque deficientibus: tum verò ab accessionibus comitialibus nimium diu vexatis. Quibus tantis symptomatis quum vix ægra sufficeret, nec quæ prodesse poterant, ob complicatos contrarios affectus aut potius symptomata commodè exhiberi possent, de moritura ægra coniecturam faciebamus. Sed quod in huiusmodi repugnantiis efficiendum iubet Galenus, vt ei quod magis vrget intenti (reliquo tamen non neglecto) eò consilium dirigamus, id mihi præstãdum merito putaui, & qua ſim in hac curanda methodo vsus exponam.

Lib. 3. 7. & 10. meth. & lib. 1. ad Glauc. cap. de cura feb. cũ accidentibus.

CVRATIO.

Itaque quum magnam in muliere humorum corruptelam cum summa virium imbecillitate coniunctam cernerem, contrariásque indicationes sibimutuò pugnantes, vt quod esset affectus remedium id omnino cum virium tenore pugnaret: incertam ac dubiam esse curandi rationem vnà cum Galeno sum arbitratus, qui in huiusmodi repugnantiis incertam esse succurrendi rationem, & aliàs insanabilem omnino affectũ relinqui, aliàs spatio & ægrè, idque si magnum nactus sit medicum, nono methodi affirmauit: consiliique tum esse, vbi indicationes ita sibi aduersentur, vt paulatim quod vitiosum est vacuetur, & paulatim inuicem quod salubre est proeo reponatur. Hanc nos rationem secuti, ita in curatione processimus, vt ab eo symptomate à quo non leue periculum ægræ mulieri instabat (erat autem nimia sanguinis profusio vires deficiens, quæ præcipuè curam ad se aduocabat) ei primùm intenti curando fuimus, accessione epileptica interim non neglecta. Sic enim vbique iubet faciendum Galenus. vbi namque à quoquam affectuum non leue periculum instat, ad id quod vrget di-

Lib. 3. 7. & 10. meth. & lib. 1. ad Glauc.

Observationum medicinalium libri sex - page 203 sur 308

rigi primum curantis consilium debet, vt conceptis verbis lib. 7. meth. medendi est à Galeno proditum. Itaque sanguinis profusionem, vinculis ad supernas partes adhibitis, tum & cucurbitulis subtus mammas appositis, vt iubet Hippocrates, tum potionibus adstringentibus, tum fotibus & illitionibus ad muliebres locos admotis, compescuimus, tum verò etiam succis medicatis intra vterum per metrenchytas, id est vterinos clysteres, iniectis. Horum omnium hæc fuit obseruata à nobis methodus. ℞. Lapidis hæmatitis ℈ iiij. pulueris boli Armeniæ, coralli rubei, margaritarum splendidarum, cuiusque ʒ j. seminum plantaginis, coriandri præparati, seminum sumac, ana ℈ ij. Misce: fiat omnium puluis tenuissimus, ex quo 10 drachmam, & interdum sesquidrachmam ex decocto centinodiæ & syrupo cotoneorum dari iubebam: quòd quæ ad matricis affectus dantur vberiore dosi dari debeant, ob partis situm & distantiam. Sum quoque & pastillis ex electro vsus. Quin quũ his non satis sisteretur fluxio, Philonij Persici ritè confecti drachmam propinare ex succo plantaginis visum fuit: quo profectò auxilio in sanguinis profusione sistenda vndecunque sit nullum præsentius medicamentum inueni. nam & somnum conciliat, & vasa occludit, & sanguinem incrassat, quibus intentionibus in sistendo sanguine opus est. Fotu verò sequente sum vsus: ℞. Summitatum lentisci, rubi, plantaginis, foliorum cupressi, oliuæ, & sanguinariæ seu polygoni, 20 ana M. j. rosarum rubentium P. ij. granorum myrti ʒ j. ß. nucum cupressi contritarum numero vj. gallarum tantundem, corticum granatorum P. ij. Fiat omniũ decoctio in aqua chalybeata & vino rubeo crasso, & cum filtris infusis & expressis fotum locis muliebribus fieri iubebam: & post fotum locos vnguento comitissæ vocato, adiecto plantaginis succo, inungebam. est enim profectò, si quod aliud, in hoc affectu leuando appositissimum, & in compescendo sanguine efficacissimum. In vterum porrò succum plãtaginis, Galeni imitatus exemplum, per vterinum clysterem iniecì, à quo iniectu miram se sentire opem paupercula ægra dicebat. Nec verò interea dum hæc molior, epilepticarum accessionum sum oblitus, etsi 30 non omnia fieri ad vnguem poterãt quæ res postulabat. Potionibus enim superius descriptis interdum pæoniæ grana atque radicem, tum & visci quercini, tantillúmque pulueris diamoschi dulcis addebam: vt vna eadémque opera vtrique affectui consuleretur, vt fieri in tanta repugnantia poterat. Iubebam etiam naribus rutam ex aceto imponere, & in os castoreum dare, clamoribus ægram excitari, & pilorum vellicatu, & quibus poteramus modis, donec ab accessione resurgeret, intenti eramus. Neque hîc de euacuando scopus vllus erat: vacuationem enim non admittebant imbecillæ vires, etsi id requirere quæ accessiones tantas pariebat materia videretur. Sed quum omnium indicationum prima & potissima sit quę 40 de viribus sumitur, vt nono methodi & pluries alibi dixit Galenus, ab hac erant primitus indicationes sumendæ, & tum reficiendæ vires quæ ab immodica sanguinis profusione collapsæ erant; totóque eo tempore quo vires reficimus, nihil quicquam eorum quæ euacuant propinare debemus, vt Galeni nono methodi sententia est: quod à me in hac curanda ægra ac-

curatè

Lib. 5. aph. 50.

Philonij Persici vis.

Lib. 5. metho.

curatè obſeruatum eſt, vt quoniam vires defectæ maximè erant, iis roborandis ſcopum omnem direxi. Roborantur autem (vt Galenus dixit) vni cuique eorum ex quibus vires conſtant ſimilia exhibendo. virium nanque cuſtodia ſimilium exhibitionem indicat. Quoniam verò virium ſubſtantia tum ex ſpiritu, tum ex carnoſa ſpecie, tum ſolidis ipſis completur, ex iis quæ ſimilia ſunt moliri cuique ſuam cuſtodiam conuenit. ſpiritui ex reſpiratione & tranſpiratione: ſolidorum generi, ex ſolido nutrimento: carnoſo generi, per ea quæ in medio humidorum ac ſolidorum corporum ſunt inſtaurare ſategi quod diſſolutum virium erat. Spiritum quidem aëris optimi perfrigerati & odorati inſpiratu fouebam. Quoniam enim æſtas erat, difflari cubiculi aërem patẽtibus feneſtris iuſsi, inſpergíque in cubiculo roſas, myrti folia, & pomorum redolentium aceruos, nempe citriorum atque limonum, tum & irrorari pauimentum roſaceo aceto ex aqua excepto: vnde mira fragrantia exiliebat. Peſsimè namque facere ſuperſtitioſi quidam medici ſolẽt, qui nec aërem cubiculi in quo iacet æger vnquam difflari ſinunt, nec lumina aperiri ad noui aëris ingreſſum permittunt: vnde putrida qualitate infectus aër, vtpote concluſus neque diffiatus, ſitum contrahit, & ex ægri expirato aëre malè affectus inquinatur: ingens profectò malum. Ad hunc ego modum ſpirituoſam ægrotæ noſtræ ſubſtantiam foui. Solida autẽ membra ſolido quidem ſed cõcoctu facili alimento reficere ſtudui: iuſculis ex perdicum & caponũ carnibus confectis, tum & ſucco carnis extracto, carnibus quidẽ ad veru poſitis, & inter aſſandum mucronato cultro punctis, expreſsóque inde manante ſucco, & deuorari iuſſo. Quin ex veruecum cordibus extrahi ſuccum iuſsi, qui in huiuſmodi virium defectionibus inſtaurandis miras profectò & excellentes vires habet. ex quo enim cor cæteris animantis partibus ſolidiore carne conſtat, qui inde extrahitur per eliquationem ſuccus, ad inſtaurandum vires tanto potentior eſt, quanto ſolidior pars & robuſtior fuerit, vnde eruitur ſuccus is. Præterea quum membrum omne ſibi ſimile ſympathia quadam & tacito naturæ conſenſu roborare dicatur, efficitur vt extractus è corde ſuccus cor hominis cæca proprietate quadam confirmare, pluſquam è reliquis partibus eductus, videatur: quòd & experientia ipſa confirmat. Extrahendi autem huiuſmodi ſucci ratio hæc eſt: Accepto veruecis corde aut hœdi, finditur medium, & probè aqua eluitur, vt qui intrò concluſus eſt ſanguis detergeatur, & quicquid ſordidum in eo eſt auferatur: vltimo loco aqua roſacea probè confouetur, & in talleolas oblongas diſſecatur, ínque vitreato vaſe teſtaceo cum caryophyllis aliquot imponitur ſine vllo liquore: probéque operculato vaſe paſta, vel luto ſapientiæ, in calentem furnum extracto pane inditur, quoad calore consumptus in ſuccum eliquetur ac diſſoluatur: inde poſt extrahitur, & aperto vaſe ſumitur inuentus in vaſe ſuccus, & ægro propinatur. Mirum profectò quanto opere reficiendis ex inanitione viribus valeat: prout & quæ exouorum vitellis, vino, ſaccharo & cinnamomo ſorbitio paratur, quam Italorum vulgus Sambaion vocat. Qua & ipſa vti ægram moribundam, & viribus exhauſtam, iuſsi, vnde mirificam ſenſit opem: ſpiritibus vtique

Lib. 11. meth. med.

Superſtitioſorum quorundã medicorã mos.

Succus è corde veruecis præſtantiſsimus.

Observationum medicinalium libri sex - page 205 sur 308

& natiuo calore ſanguinéque auctis ac inſtauratis. Vitelli nãque ouorũ nullo negocio in ſanguinem vertuntur, multóque amplius vinum, quum, auctore Galeno, omnium velociter & maximè nutrientium vinum ſit. ſaccharum verò dulcedine ſua à natura facilè complectitur, & gratum eſt: prout cinnamomum aromaticitate ſua cor & membra omnia confirmat, vt lib. de viribus cordis docuit Auicenna. Nimirum igitur ſi viribus deſtituta ægra miram ab hac ſorbitione ſenſerit opem. Potu etiam congruo humiditatem exhauſtam reficiebam, propinato vino rubro & generoſo, probè tamen diluto. tali namque vino egent qui refectione indigẽt, quòd eiuſmodi vinis inſit & citiſsimè implere corpora euacuata, quale hoc erat, & exhauſtos ſpiritus reficere, & indigentiã reparare: quæ docta Galeni ſententia eſt. Vbi verò iam præfatis auxiliis ægram confirmaſſem, reſtinctúſque omnino eſſet ſanguinis fluxus, ſubſiſtere à medicamentis epilepſiam curantibus iuſsi, quoad confirmatior eſſet facta: quod quum euenit, nempe poſt menſem, tum ad præcautionem, ne denuò in acceſsiones comitiales incideret, concocta, & ad excretionem ſyrupis congruis præparata prius pituita, lenibus ſed repetitis vacuationibus ægram abſque noxa purgaui. Conſtabant ſyrupi ex oxymelite primùm ſimplici, dein ſcillino, cum ſyrupo de betonica ex decocto hyſſopi, betonicæ, ſaluiæ, chamædryos, & chamæpityos, radice acori, enulæ campanæ, & pęoniæ cum eius ſeminibus, & viſco querno, floribúſq; libanotidis & ſtœchados, omnibus ex aqua exceptis, & nuce myriſtica & cinnamomo ad aromatiſationem adiectis. Purgaui ex agarico & rhacomate, additis gingibere, ſale gemma, ſchœnantho & cinnamomo, & infuſis omnibus in aquam hyſſopi & bugloſsi cum pauco melle roſaceo. Expreſsioni horum adieci diaphœnici drachmas duas, & ex decocto præcedentis apozematis exceptis omnibus potionem paraui, quæ fœliciter operata eſt, multa educta ſpumoſa & aquoſa pituita. Pilulis item cocciis cum agarico & puluere ſenæ præparatæ ſum interdum vſus, & confectione quæ ſequitur, ex qua mirificam ſenſit ægra opem: ℞. Conſeruæ acori conquaſſati ʒ j. conſeruæ florum ſaluiæ, roriſmarini & ſtœchados, cuiuſque ʒ ß. myrobalanorum emblicorum ſaccharo conditorum numero ij. corticis citri conditi ʒ vj. cineris cranij hominis ʒ j. ß. cineris cuculli ʒ j. pulueris diamoſchi dulcis ϑ ij. pulueris diamargariti frigidi ʒ ß. granorum pæoniæ ϑ ij. ſyrupi conſeruationis emblicorũ quantũ ſat eſt. Ducantur in modum opiatæ, ex qua alternis diebus ad ʒ iij. vtebatur ieiuno ſtomacho. Errhinis eã poſt purgationem vti iuſsi ex decocto ſampſuchi & agarici, cum rantillo gingiberis, addito ſucco anagallidis purpureum florem gerentis, & ſucco betæ nigræ. His remediis Dei benignitate adiuta curata integrè eſt, vt triennium totum & eo amplius ſine vllo acceſsionum recurſu incolumis manſerit: ſed poſtea tamen incauta victus ratione ſeruata, & ſibi nimium fidens, in eaſdem acceſsiones, ſed leuiores tamen, relapſa eſt: iuxta illud Hippocratis, Quibuſcunque morbi comitiales fiunt, ante pubertatem mutationem accipiunt: quibus autem vigeſimoquinto, commoriuntur. Viuit tamen nũc vegeta & bene habito corpore, etſi in eaſdem acceſsiones quandoque incurrat:

Lib. 2. aph. com. 18.

Lib. 2. aph. com. 11.

Lib. 5. aph. 7.

currat: ſed ab eis citiſsimè liberatur, tantum in ea naturæ robur & temperamenti bonitas valent. Sit benedictus Deus in ſecula.

OBSERVATIO SEPTIMA.

NOBILIS iuuenis Cæſar à Sata patritius Arelatenſis, optimæ ſpei adoleſcens, ab immorigero & ruſtico famulo domus ſuæ, quòd malè obita rei ruſticæ increpararetur ab herili filio, quatuor acceptis ſecundum dorſum & latera vulneribus à ſica inflictis, duobus intra peritonæum ſecundum thoracem penetrantibus vulneribus, poſt duos exactos menſes moritur, nullis proficientibus auxiliis ſumma cura miſero agrotanti exhibitis. Diſſecto parentum & magiſtratus iuſſu cadauere, vt de nece pro teſtimonio diceremus, admiranda & incredibilis puris copia in thorace ſecundum ſiniſtram illius partem iuuenta eſt, totam penè thoracis alteram partem implens, vt ferè amphora tertiam partem & eo amplius aquaret, vaſis multis & capacibus extracto pure impletis. Erat autem æger facie tabida, oculis cauis, decolor, emaciatus, perpetua tuſsi oppreſſus, nullo aut exiguo procedente ſputo, difficulter ſpirans, vt vix quum ſcalas aſcenderet, aut longius progrederetur, ſpiritum ducere poſſet, inappetens & inſomnis. Ille verò tandem ad extremam virium deiectionem deductus, magno omnium luctu & dolore, infæliciter moritur.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

RECTE` quidem Galenus ea vulnera quæ intra peritonæum penetrarunt non paruum periculum adferre, libris quarto & quinto methodi medendi affirmauit: ſiquidem quum læſum peritonæum eſt, præſertim ſi in thoracis cauitatem vulnus deſcendit, nec coaleſcere poteſt facilè, quòd membranoſum neruoſúmque ſit, nec ritè expurgari talia vlcera poſſunt. Vnde efficitur vt vel in fiſtulam deſinant non coaleſcentia, vel omnino inſanabilia relinquãtur: quod plerumq; fit, & in hoc iuuene quo de nũc agimus, & in multis aliis, experti ſumus. Hic itaque iuuenis quum ſica mucronata & bene acuta percuſſus fuiſſet ſecundum dorſum, ſpatio medio inter ſextam & ſeptimam coſtas ſiniſtræ partis, deſcendit in ima telum peritonæo perforato duobus locis. Reliqua duo vulnera quibus item percuſſus iuuenis fuit minimè peritonæum attigerunt, quòd ſecundum muſculos externos obliquè telum adactum fuiſſet, breuíque hæc duo vulnera quòd in cauitatem pectoris non deſcendiſſent, curata fuêre, læſis vtique externis tantùm muſculis. At verò quum reliqua duo grauiora penitus eſſent, peritonæo vtique pertuſo, maius nobis negotium fecêre. Nam poſt quatuor ab acceptis vulneribus dies,

Observationum medicinalium libri sex - page 207 sur 308

bus dies, horror grauis, acuta febris, anxietas, insomnia, grauitas in parte percipi, vt decumbere in alterum latus minimè posset, dolórque oriri cœperunt: inflammationis vtique indicia in suppurationē tendentis: inquiente nimirum Hippocrate: Quum pus gignitur, dolores & febres gigni magis quàm genito pure. Pus namque ex sanguine ortum habet, qui semimalam habet (vt quispiam dixerit) transmutationem: quòd mala simpliciter quæ est, cum putrefactione fit olida, sicuti quæ simpliciter optima transmutatio est, nutritio ipsa partium animalis est: at quę pus generat, medium inter has obtinet locum, neque à solo calore extra naturam, neque à solo secundum naturam facta. mixtus enim quodammodo ex vtrisque est inflammationis calor: quæ docta Galeni com. 47. lib. secundi aphorismorum sententia est. perinde atque dolorem fieri extenta simul & calefacta præter naturam inflammata particula. Febrem verò corde concalefacto ex sanguinis ebullitione atque exustione, qui vbi ex toto affatus fuerit, residuum eius fit pus: quemadmodum ex lignorū exustione cinis. Diximus quibus indiciis deprehēsum à nobis sit inflammationem internam in hoc iuuene in suppurationem tendere. Euentus autem rei rem plena fide confirmauit. Nam mox post vigesimum diem purulētus æger factus est: quem affectum indicabant assidua & non intermissa febris, sed quæ interdiu remissior, noctu vehementior esset, sudor frequens, tussicula sicca sine notabili sputo, oculorum cauitas, pallidus faciei & labiorum color, rubentibus tamen sæpe maxillis, præsertim hora vna post acceptum cibum: quo tempore intendi febris videbatur, & calere magis summæ circa arterias partes reliquo corpore apparebāt. Ad extremum verò & curuari vngues, & tumere pedes cœperūt, quum iam morti proximus esset. his namque indiciis purulētos indicari debere nos Hippocrates docuit. Eos verò communiter purulentos, auctore Galeno, appellare licet, quicunque pus obtinent intus in corpore vniuersum, siue conditum ante in parte affecta inflammatione, siue etiam post eruptionem: verùm medici propriè eos solos atque potissimùm qui in thorace ac pulmone pus collegerunt, suppuratos seu purulentos vocare in vsu habent. Nisi enim contentum in thorace pus excreatu vacuetur, tabidos interire ægrotantes necessarium quidem est: vt Galenus rectissimè dixit. Quod & huic misero iuueni accidit, qui post duos ab acceptis vulneribus menses tabidus mortuus est, ingenti inuenta inter thoracem & pulmones copia puris: vt nisi spectator ipse fuissem, vix certè crediturus eram tam ingentem puris copiam intrò contineri posse, vt quæ mensuram viginti sextariorum æquaret. Sed vndenam tanta puris copia gigni potuit? Neque enim verisimile haberi debet ex affuso sanguine tantam copiam genitam fuisse, quum vix è vulneribus duobus penetrantibus & punctim factis libra vna effundi intra cauum pectoris potuerit: tametsi ex sanguine qui malam habeat transmutationem pus gigni antea de Galeni sentētia dixerimus. Censendum verò pus intra thoracē contentū à sanguine quidem putrefacto ortū habuisse. neq; enim aliter fieri potest. Tantam verò copiam quanta in hoc iuuene inuenta est, non à sanguine solùm putrefacto, sed & ab ichoribus qui quotidie è vulnere in

Lib. 2. aph. 47.

Purulentorum indicia.

Lib. 2. præfag. ca. 11. nouæ vers. vel textu 60. Gal. in to. com. eius partis.

Vbi suprà immediatè.

nere in internas partes effluebant, genitam fuisse: corrupto etiam nimirum quod ad partem destinabatur alimento, & in prauam qualitatem à calore putredinali partis demutato, pus fiebat. Vnde magna tandem aggesta puris copia, quũ quotidie aliquid iam genito puri adiungeretur, effectum est vt post diutinum tempus sensim congestione facta, nec vllo pacto euacuata, ingens puris copia creuerit, quæ respirationem mole sua impediẽs, ægrum miserè tandem in mortem deduxerit. Hic infœlix nobilis huius adolescentis meliore certè fortuna dignissimi finis, hic exitus flebilis fuit. Nos verò pro testimonio vrbis Præfecto respondimus, & lethalia fuisse quæ se in imum thoracem insinuauerant vulnera, & mortem illis esse meritò adscribendam: quum quæ pertuso peritonæo intrò in thoracem penetrant vulnera, plerumque lethalia esse, auctore Galeno, consueuerint. Sit laus Deo. Lib. 4. & 5. meth. medendi.

OBSERVATIO OCTAVA.

BLANCHA nobilis iuuencula, Iacobi Romerij patritij Arelatensis filia, vt moribus sic virtute insignis, febre continente graui corripitur: sequitur decimoquarto decretorium, largo sanguinis fluore è naribus manante, tanto vt domus vasa vix excipiendo sanguini satis forent. plus quàm enim libras xij. sanguinis diebus sex emisit, vt nullis remediis sisti posset. Inde restincto sanguine, alui fluor ingens ægram corripit dies viginti: perstat somno graui, sed non tamen veternoso oppressa: liberatur integrè præter omnium spem nutu Dei.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

QVAE in morbis haud rarò contingunt, talia sunt interdum vt fidem superare omnem videãtur. Quis enim credere possit vnquam in decretorio continentis febris, sanguinis è naribus emanatione facto, tantam profusionem sanguinis prorupisse, vt sex diebus per interualla frequentia tanto impetu sanguis manarit, vt vasa vix excipiendo sanguini forent, præsertim in attenuata iuuencula rari habitus? Etsi scio à Celso proditum in tenuioribus corporibus sanguinem, in crassioribus carnem magis abundare: quòd tenuia corpora immutatiuam facultatem imbecilliorem quum habeant, sanguinem in carnem commutare haud plenè valeant: contra verò crassiora plus carnis quàm sanguinis obtinent, sanguine quidem altricis facultatis munere in carnem commutato. Itaque mirum videri non debet si in hac iuuencula calidi & sicci temperamenti, latis venis, biliosus sanguis plurimus in vasis redundaret, qui tandem efferuescens, & in putredinẽ actus, febrem continentem acerbissimam crearit. continẽtis namque febris materia intra vasa contineri dicitur, vel Galeni testimonio. Quamobrem quum & Lib. 9. metho. med.

Observationum medicinalium libri sex - page 209 sur 308

plurimus in vasis esset reconditus biliosissimus sanguis: & occasione accepta prohibitæ transpirationis (vbi enim incaluisset iuuencula nimio motu,& mox frigidam auram captans refrixisset,facta est & cutis stipatio, ac subinde prohibitæ transpirationis nata occasio) quum,inquam, accepta prohibitæ transpirationis occasione putruisset conditus in venis sanguis,febrem nimirum generauit,quæ in ἀπυρεξίαν vocatam minimè desineret,ob assiduam effumationem,& modicam putrentis humoris diffiationem: vnde plurium dierũ febris genita est. hæc enim prorogationis continentium febrium causa,auctore Galeno,esse solet. Sed quod magis mirandum sit,cur,inquam,per decretorium morbi tanto impetu latus sit sanguis, vt ad duodecim ferè libras ascenderit? Quis enim non stupeat tantum sanguinis citra mortem manare potuisse, quin & restincto sanguine alui fluore accedente,dies totos viginti ægram diuexasse? Quæ tanta virtus in corpore iuuenili & tenui? quæ tãta facultas corporis rectrix, vt tam effrænes, tam citas,tanto impetu actas vacuationes ferre potuerit ac superare? Mira profectò hæc sunt, & in imis naturæ recessibus recondita. Neque enim aliter fieri potuit, quàm vt tacito quodã & arcano præsidio, naturæ quidem probè cognito,incognito nobis,facultas interior corporis tantum morbi impetum, tot effrænes vacuationes, vi morbi potius quàm iusto naturæ decretorio factas,sustinuerit ac tãdem superarit. Nam & ægra iam sine pulsibus,exanimis,moribundáque in horas relicta, reuixit tamen mirabili Dei cõsilio,qui quos vult saluat: quíque (vt primi Regum secundo habetur) mortificat & viuificat,deducit ad inferos & reducit: quòd (vt Sapientiæ 16. proditum est) Dominus est qui vitæ & mortis potestatem habet,deducítque ad portas mortis & reducit. quod in hac iuuencula Dei admirabili potentia factum experiri licuit, quę quum iam viribus exhausta, viuénsque cadauer dici posset,& iam morti proxima,rediuiua tamen tanquam è orci faucibus erepta,suis nutu Dei restituta est. Qua verò simus in hac leuanda ægra methodo vsi mox expromam.

Lib.9. metho.

CVRATIO.

Quum insignem hanc iuuenculam grauissima & ardentissima febre corripi cernerem,eáque indesinente,essémque tertio morbi die vocatus: à morbi essentia primùm atque viribus ægræ, tum ab aëris constitutione (erat enim Autumni initium) sexu,ætate,ac cæteris coindicantibus indicationes sumere mihi pro Galeni sententia visum fuit. Itaque quum & morbus acutus esset,ægráque & ætate floreret & viribus abundaret, pro Hippocratis præcepto lib.4. de rat. victus acut. textu 16. iubentis in talibus affectibus sanguinem detrahi, quum sit ardentissimarum febrium & continentium præsens auxilium sanguinis missio,& frigidæ potio, vt pluribus in locis Galenus: mittendum sanguinem protinus iussi, emollita prius leni clysteri aluo. Dein tribus interpositis diebus,trãsactóque septimo, in quo nullum decretorium factum est, medicamentum leue propino, assumptis prius syrupis aliquot alterantibus, & sanguinis feruorem reprimentibus cum leui detersione. Constabant porrò ex decocto oxalidis (cuius vis maxima est in sistenda putredine humorum) portulacæ, lupi salictarij,adianthi,cichorij,adiectis seminibus frigidis: decocto quidem

Lib. 9. & 11. meth. & lib.1. artis cura.ad Glauc. & pluries alibi.

Lib.1.aph. com.23.& li.9.meth.

ex aqua

ex aqua hordei parato (quod mihi in huiusmodi febribus & siccis temperaturis facere solemne est) additis syrupis, violaceo, capillorum & oxysaccharo compositò. Assumptis syrupis, & coctionis signis in lotio conspicuis, leue neque exagitans medicamentum dedi: quod in continentibus febribus & acutis obseruare plerumque soleo, id multo salubrius expertus quàm scammoniatis medicamentis humores exagitare. Paratum porrò medicamentum erat decocto prunorum, vuarum passarum exacinatarum, tamarindorum carne, seminibus frigidis, glycyrrhiza, & hordeo floribúsque communibus: quo in decocto rhabarbari selecti ʒ j. ß. in aqua endiuiæ per noctem macerati, cum tantillo cinnamomi inieci, adiecto melle aëreo & syrupo è rosis parato. Inde bilioso rũ magna copia eiecta summa cum facilitate fuit. In crastinum verò hordeaceam aquam cum syrupo violarum propinari iussi, & lenem clysterem ad detersionem eorum quæ à medicamento superfuerant infundi. Quum verò vndecimum ægra attigisset, modicus è nare dextra fluere sanguis cœpit: indicium crisεως decimoquarto futuræ, si quid Hippocrati creditur. est enim in decretoriis vndecima contemplabilis. Quod ego intuitus, omne naturæ negocium relinquendum sum iure optimo arbitratus, nec tum quippiam tentandum morbo ad statum vergente: dicente Hippocrate, Quum morbi consistunt ac vigent, quietem habere melius esse. Itaque ab vndecimo in decimumquartum intendi febris, symptomata augeri, deliria, vigiliæ, visa rubicunda & splendentia ob oculos apparere, rubor in genis cõspicuus & clarus, scintillantes oculi, nares prurigine tentari cœperunt: fluxuri mox è naribus sanguinis indicia certa, si quid Auicennæ creditur, quod & euentus ipse plena fide monstrauit. siquidem decimoquarto sub vesperam manare sanguis è nare dextra incepit, mox è ambabus, tanto impetu vt momento temporis vasa duo stannea sanguine sint impleta, túmque ægra sibi melius habere visa, exonerata vtique eo quo veluti sarcina premebatur. Vnde neque restinguendum derepente fluorem illum, quòd decretorius esset, & nisi superfluat, sisti nullo pacto debet, ne contra naturam agere videamur: quæ concors est medicorum omnium sententia. Verùm quum minimè sponte sisteretur, & vires iam conuelli viderentur, retundendum modicè eum impetum operæpretium duxi. Itaque ex oxycrato naribus frontíque ac collo cum pittaciis lineis admoto manantem sanguinem compesco, & iusculis ægram reficio, túmque quadantenus sisti sanguis ad horas aliquot visus est: sed sub auroram multo quàm antea profusior manare cœpit, atque calentior. Adsum vocatus, & maioribus præsidiis obuiã eundum statuo. Itaque vinculis artus deligo, brachia inquam, & crura, extremúmque manus & pedis digitum, quę ligata magnum ad sistendum sanguinem momentum habent, cucurbitulas ambobus hypochondriis admoueo, collum vniuersum puluere rubeo adstringente chirurgis communi, additis leporis pilis minutissimè incisis, lapide hæmatite & corallo rubeo, ex oui albo dilutis, & lineis pannis exceptis, imbuo: vt sanguis sursum repens, cohibitis & occlusis per quas ferebatur venis, sisteretur. Fronti puluisculum ex aloë, pilis leporis, cortice thuris, & gypso,

Lib. 2. aph. 24.

Lib. 2. aph. 29.

Fen 2. 4. trac. 1. cap. 5.

Auicenna fen 2. 4. Gal. lib. 3. de crisib.

ex succo

Observationum medicinalium libri sex - page 211 sur 308

ex ſucco plantaginis & oui albo exceptis admoueo, atque intra nares turundas eodem medicamento illitas infero. Potionem do ex puluere coralli rubei, lapidis hæmatitis (qui mirificam in ſiſtendo ſanguine vim habet) terra Lemnia & margaritis, in tenuiſsimum pollinem omnibus redactis, & ſyrupo myrteo & aqua decoctionis equiſeti potionem paro. Porrò hæc omnia profuere plurimum: nam ad biduum ſanguis ſiſti viſus eſt. Sed præſidiis iis à corpore amotis, fluere rurſus ſanguis cœpit. Quo viſo quum perituram ægram metuerem, ſi perſtaret tanta ſanguinis manatio, à qua
Lib. 1. aph. vires mirificè conuellebantur, maioribus inſtandum duxi: quòd, pro Hippocratis ſententia, extremis morbis extrema remedia ex vſu ſint. Itaque naribus turundas ex chalcitide vſta & ſucco plantaginis impono, & potionem ex Philonio Perſico ad drachmam vnam cum ſyrupo myrteo & aqua peculi roſarum propino: quo vno remedio interno, & externo alio protinus ſiſti ſanguis cœpit, nec amplius fluere perrexit: ſiue quòd fluxum iam per ſe natura ſiſteret, ſiue quòd antidoto Perſico refrigerato ſanguine & venis occluſis, ſomnóque conciliato (quæ omnia Philonium Perſicum egregiè præſtat) reſtingui omnino ſanguinem oportuerit. Et profectò in ingentibus ſanguinis manationibus, quacunque parte erumpat ſanguis, & præſertim in immodicis mulierum purgationibus, ſi in tempore modóque adhibeatur, præſentiſsimum eſt remedium, & quod nunquam me fefellit. Sit autem doſis drachma vna, aut ad ſummum ſcrupuli quatuor in nimio menſium fluxu: maiorem enim tum quantitatem dari oportet. Chalcitis item naribus admota (vt dixi) mirabile ſolet eſſe auxilium. Vbi verò iam plenè ſiſteretur ſanguis, viribus inſtaurandis operam dedimus, quæ adeò defectæ erant, vt ægra potius viuens cadauer, quàm vitali aura ſpirare dici poſſet: ita attenuata, ſine pulſu penè, ſine voce, ſine motu, decolor, rabida iacebat, cauis oculis, rugata fronte, pendulis genis, liuentibus buccis, vt gelidæ mortis imaginem eſſe dixiſſes. vicit tamen omnia naturæ robur. Nam poſt dies à ſanguinis manatione ſeptem, virtus refici, & omnia
Nota mirabilem morbi huius & naturæ pugnam. in melius procedere viſa ſunt, febre tamen perpetuò manente. Sed ecce dum natura ſuas ipſa partes agens ſeſe exerere nititur, & ab hoſtis inſidiis vendicare, inſurgit denique morbus febre aucta, & mira ac repentina alui proluuie oborta ſub quadrageſimum circiter diem, acri quidem & mordaciſsima bili per inteſtina vi morbi potius quàm naturæ ductu erumpente. Vnde quum iam à ſanguinis tanta manatione & morbi grauitate atque diuturnitate mirè affecta ægra eſſet, & in ſummum vitæ diſcrimen perducta: nouo hoc ſymptomate oborto ne ſuccumberet miſera iuuencula valde metui, feréque pro deplorata habendam duxi: nec tamen propterea deſerendam, ſed aduerſus vim morbi tantam pugnãdum: quòd, auctore Ga-
Lib. 3. de criſib. leno, generoſi medici ſit non terreri à ſymptomatis grauibus quæ morbis circa decretoria accidere ſolent, ſed tum magis fidenti animo eſſe, & præſenti manu opitulari. Quod & ipſe in hac ægra faciendum duxi, admotis & adhibitis præſidiis omnibus per quæ ſeruari illam poſſe fiducia erat. Itaque iubeo vt iuſcula ex aqua pluuia fierent, quòd ea tenuior ſit, & aliquid adſtrictionis continet, & in decoquendo iure rhois culinarij ſemina inde-

bam. ad

bam, adſtringentem namque facultatem ſat multam id ſemen habet. Interdum & cotonei mali purgati fruſta coniiciebam: & quum fluxus alui validior factus eſt, ex aqua chalybeata parari iuſcula imperaui, admixta nonnunquam oryzæ farina & coriandri ſeminibus (continendi namque cibi vim maximam, auctore Auicenna, coriandrorum ſemina obtinent:) veruecinos pedes (quòd glutinoſum præſtent alimentum) indebam non raró. In ſumma omnis victus ratio refrigerãs & adſtringens, humoréſque incraſſans, à me ſymptomatis ratione inſtituta fuit. Potiones dedi ex terra Lemnia, paſtillis ex ſpodio cum ſemine acetoſæ, coralli polline, & coriandrorum, exceptis omnibus ex aqua decoctionis menthæ & portulacæ, adiecto ſyrupo cotoneorum, interdum etiam myrteo. Quin & ſyrupum AEgyptiæ ſpinæ, quem ribes vocant (& erat tunc nobis ad manum, recèns Alexandria AEgypti allatus) ante cibum dedimus. Ventri fotus admouimus ex decocto plantaginis, menthæ, rubi, lentiſci, cupreſsi, caudæ equinæ & burſæ paſtoris, adiectis malorum punicorum putaminibus, roſis, coriandri & rhois culinarij ſeminibus, ac caryophyllis, omnibus in aqua chalybeata & vino craſsiore incoctis. Poſt fotum ex cerato ſtomachico Galeni, & emplaſtro è palmulis Meſuei (Diaphœnicon vocant) adiectis caryophyllis, mentha ſicca, coriandro & corallo rubente, ventrem vniuerſum inunxi ante cibum. Emplaſtro quoque maſtichino, & contra ruptu-ram ſum in hac fœliciter vſus. Tantúmque hac curandi ratione profecimus, vt Dei gratia adiuti, operoſo & iugi labore ægram ab orci faucibus eripuerimus: ſenſímque inſtaurata virtute, in melius proficere indies iuuencula cœperit, quæ pro deplorata habita moritura in horas ſperabatur. Sed id longiſsimo temporis tractu effectum eſt: quòd quæ longo tempore extenuantur corpora, longo ad refectionem tempore indigent, vt docta Hippocratis ſententia eſt. Tandem verò iuuentæ robore & congruo victu in integram ſanitatem nutu Dei redacta eſt, nupſítque poſtea, & nunc iam poſt decimumoctauum annum vegeta & conſtans, multáque prole beata fœliciter viuit. Pro quo tanto beneficio ſummo & optimo Deo bonorum omnium largitori gratiæ meritę & ſummæ habendæ ſunt: cui ſit laus perennis, honor & gloria. Lib 2. aph. 6.

OBSERVATIO NONA.

IVVENIS Tharaſconenſis quidam Eleonoræ Labianæ honoratiſsimæ fœminæ filius, cui Lodoico nomen, dum aneum tormentum manuarium (vulgò Piſtolet *vocant) globulo plumbeo farctum, & puluere tormẽtario plenum, malè cautus adornat, clauiculáſque eiectorias concinnat, imprudenter ad pectus conuerſo telo, diſſultantibus clauiculis, ictum excipit mirificum, globulo in viſcera adacto, atque igniuomo impetu intruſo tribus ſub ventriculo digitis. Paucis poſt diebus emiſſo per anum globulo, nulla noxa in inteſtinis relicta, aut vllo viſce*

lo viscerum, perfectè agglutinato vulnere, miraculo potius quam naturæ ductu, sanatur.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

Mirabilis historia.

QVAE in dies hominibus extra omnem fidem eueniunt, admirationem magnam parere ob rarum eorum euentum solent. Quis enim credat adacto in viscera globulo plumbeo, vi ignis & tormentarij pulueris magno cum impetu excussō, (quæ vulnera fere semper lethalia esse solent) incolumem euasisse hominem, nulla præsertim in visceribus læsione relicta? Admirabilia profecto sunt hæc, & supra hominis captum, extráque omnem fidei aleam posita: verissima tamen & oculata per me fide comperta, vt refragari nemo quisquam possit. Hic itaque iuuenis tractandorum armorum eius generis haud satis experiens, dum æneum tormentum manuarium puluere & globulo infarctum ad ictum concinnat, cōuerso in pectus seu ventris regionem fistulæ æneæ ore, totula dissultante, ictum excepit tribus sub ventriculi regione digitis. Impactóque globulo, quum fere mortuus procidisset in terram, à suis adiutus, aduocatisque medico & chirurgis, locóque vulneris spectato, quum intrò constitisse globulum appareret, nullo exitu sese vsquam prodente, quà foras manare globulus potuerit, iudicatum est moriturum ægrum: quod grauibus symptomatis conflictaretur, ventris graui dolore, tumore, pondere, cum singultibus & animi deliquiis. quæ symptomata huiusmodi vulneribus superuenientia periculū graue portendere solent, & plerumque mortem. Nihilo secius tamē succurrere tentant, tutius arbitrati, pro Celsi sententia, anceps quàm nullum remedium experiri. Itaque ad sedandum dolorem parato clysteri ex lenientibus & dolorem sedantibus, floribus inquam chamæmeli, melilloti, seminibus lini, althææ, fœnogræci, & aliis multis fæces educere tentarunt: quibus cum flatus quoque multi, sed non citra dolorem, emissi sunt. Vulneri congruentia apponunt topica medicamenta, qualia in huiusmodi vulneribus adhiberi debent: ab initio nempe dolorum sedatiua, & suppurantia, ob contusionem, quę magna in talibus vulneribus constare solet. non enim adstringentia aut reprimentia, vt in reliquis vulneribus, sed magis chalastica & suppurantia conueniunt, ob eam quæ à globulo fit contusionem. Quæ enim contusa sunt suppurare citò oportet, pro Hippocratis & Galeni sententia. Missus ab initio iuueni sanguis, & in circuitu vlceris admota repri-

Hipp. lib. de vuln. capitis, Gal. lib. 3. meth.

mentia, omniáque ex artis præceptis methodo curata. Quúmque post aliquot dies grauitas ingens & pondus secūdum imum ventrem percipere-tur, fotibus dolorem sedare opus fuit, atque linimentis, tum & clysteribus eiusdem facultatis. Quúmque clysterem reddidisset, sentire se in ano nescio quid graue dicebat æger, putánsque flatum esse, globulum conatu emisit per podicem: sensimque postea mundificato & probè detersō vulnere, tandémque agglutinato, in pristinum bonæ valetudinis statum æger deductus est: quod Dei potentiæ admirabili magis quàm naturæ viribus adscri

adscribendum meritò est. Nam ipse solus est qui omnia potest Deus, benedictus in secula.

OBSERVATIO DECIMA.

MIRAE vulnerum obseruationes atque curationes, dum in eo conflictu qui ad Diui Aegidij pagum die vicesima septima Septembris habitus est, sub annum restitutæ salutis millesimum quingentesimum sexagesimum secundum, vulnerati casique multi essent: & qui eorum grauibus acceptis vulneribus curati sint, dum victi sese in Arelaten vrbem reciperent, summáque charitate à ciuibus essent accepti.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

DE vulnerum admirabilium ratione tractaturus, non aliunde auspicatius principium sumpturus sum, quàm si Dei in his potentiam admirer, & cum Psalmographo rege atque propheta dicam: Mirabilia opera tua Domine, & anima mea cognoscet nimis: ipse est qui sanat omnes infirmitates nostras, qui redimit de interitu vitam nostram, coronans nos in misericordia & miserationibus: cuius miserationes super omnia opera eius. Huius vnius potentiæ & miserationi referamus acceptum, quòd ij de quibus dicturus sum, ab hostibus lethalibus plagis vulnerati, propéque ad internecionem cæsi, incolumes euaserint. Ne id nobis adscribamus, ne gloriemur lethalia nos vulnera nostro marte curasse, quasi ad id vires nostræ suffecerint, & non potius gratia Dei, qua freti atque adiuti tantum opis in tam misero & luctuoso casu miseris mortalibus tulerimus. Incipiamus ergo ea narrare quæ legentibus admirationem paritura sint: in quibus recensendis fidem obstringo meam, nihil me quicquam obseruationi huic inserturum quod non ipse oculata fide viderim, perspexerim, manibúsque tractauerim. Absit enim à me vt veritati mendacio imponere velim. Res vt à me visæ sunt plena fide syncerâque explicabo, & vbi res poposcerit, testes chirurgos qui vnà mecum in curandis ægris non instrenuam operam nauarunt adferam: etsi res ea quę omnium oculis exposita fuit, testibus minimè egere videatur, ipsa sibi fidem abundè per se faciente.

Psal. 138.
Psal. 102.
Psal. 144.

In eo itaque miserando conflictu quum ordines ducerent Hispani aliquot duces strenui cum suis turmis atque manipulis, & pro insita Hispanis militari virtute aduersus hostes fortiter starent, malè mulctati sunt & grauissimis vulneribus affecti: siquidem quum pauci inter multos, aut potius soli hostium impetum sustinerent, fusis fugatísque reliquis exercitus militibus ac ducibus, nec terga hosti dare vellent, obstinato animo pauci aduersus multos, rari inter densos militũ cuneos stare ausi sunt. Sed (proh dolor!) bona eorum pars cecidit, & qui seruati sunt, seruati quidem non

Observationum medicinalium libri sex - page 215 sur 308

fuiſſent,ni ſe mortuos proſtratóſque effinxiſſent. Quos inter duo Hiſpani duces haud minus moribus quàm militari virtute conſpicui fuêre:alteri Alonſo nomen erat, alteri Manrico, è interiori Hiſpania ambo, quam vulgus Caſtiliam vocat. Strabo, Ptolomęus & Plinius Tarraconenſis Hiſpaniæ partem dicũt. Alonſo duci fortiſsimo ſeptem in capite gladio militari (*cotelas* vulgò vocant) inflicta vulnera fuere, galea criſtata in terram deiecta, ipſóque etiam proſtrato: quorum quidem vulnerũ quatuor cum inſigni cranij fractura ad duram vſque meningen deſcendente erant, reliqua ſine fractura ad caluariam vſque: idem in brachiis octo vulnera exceperat, quatuor in vtroque, è quibus duo circa cubiti articulum & metacarpium conſiſtebant: rurſus in cruribus ſex vulneribus erat confoſſus: vt in ſumma vno ſupra viginti vulneribus dilacerum corpus eſſet: quæ ipſe ſingula dinumeraui, loca ſedéſque affectas contẽplando, & vulnerum magnitudinem numerúmque ſpectando. Vt planè dum ad eum curandum publico decreto veniſſem, vnâ cũ aliis vulneratis tractandis, quorũ numerus ad ducentũ ſexaginta aſcẽdebat: in ſtuporem verſus, nec quà curationem inciperem, nec quà deſinerem, ſatis mihi cõpos eram: tam multa, tam grauia inerant in enecto ferè homine vulnera. Nam quum à ſanguinis incredibili profuſione, quæ à tot vulneribus emanarat, & à frigore perpeſſo, & coacto ſanguine, viribúſque penè extinctis, deficere æger in momenta ſingula videretur: priuſquàm capitis vulneribus manum admoueremus, reficiendæ nobis ægri iam moribundi vires fuere. quòd omnium indicationum prima & potiſsima ſit quæ à viribus ſumitur, ita tradente Galeno. Itaque iuſculis è capi contuſis carnibus paratis, tum vino aromatite intrita panis in eo infuſa, ac vitellis ouorum ex vino exceptis, ſaccharo & cinnamomo reſperſis, parato ex his ferculo, vires defectas reparare ſtudeo. Qua victus ratione (quum exanimis eſſet, & viuens potius cadauer, quàm homo) mirè intra biduum refotus recreatúſque fuit. Nec verò interea dum hæc obimus vulnerum obliuiſcimur: ſiquidem calente vino ex roſis deterſis vulneribus, ſuere illa ſtuduimus quæ ſutura indigebant, & topicis admotis vnguinibus, faſciis vulnera molliter & abſque dolore quoad fieri potuit tractauimus. Capitis porrò vulnera quum forationem terebellis expoſcerẽt, nec eam vires deiectæ ſuſtinere poſſent, in tertium diem diſtulimus id muneris aggredi: túmque terebellis, ſcalpris & volſellis, malleóq; diffracta & intruſa oſſa ſuſtulimus, ne duram meningem comprimerent. Sed quum à vulneribus iis quæ in cubito & metacarpio conſiſtebant, ob vehementiſsimos dolores & conuulſiuos motus quibus torquebatur, peſſimè haberet, iis maximopere inſiſtẽdum omni cura duximus. vnde enim à quoquam graue periculum imminet, ab eo exordienda curatio eſt, vt bellè Galenus docet. Quod & nos fecimus, dolorem quidem cataplaſmate ex farinis ſedantes, & oleo multo calente tum ſimplici tum chamæmelino & lumbricorum vocato ceruicem vniuerſam ad caudam vſque illinentes, mollibus ſuperiectis pinguibus lanis, ne conuulſio procederet, quæ infeſtare iam ægrum incipiebat, & quæ, auctore Hippocrate atque Galeno, vulneribus ſuperueniens, lethalis plerumque eſſe ſolet. Interea verò

Alonſi Hiſpani tribuni militum mira curatio.

Lib.9.metho.

Lib.3.& 4. metho. & pluries alibi.

Lib.5.aph. 1.

verò mollibus clysmatibus vētrē purgabamus, quòd ſoluētia medicamē
ta deiectæ vires nō ſufferrent: etſi in huiuſmodi vulneribus neceſſariā eſſe
purgationē eam quæ medicamētis fit Hippocrates & Gal. dixerint. Adau Lib. de vul
ctis tamē ſen ſim viribus, catholiconē cū rhacomate & ſyrupo roſaceo da ne. cap.
re auſi ſumus, fœlicitérq; ſucceſsit. Tanta autē cura in hoc curando vſi ſu Gal. lib. 4.
mus, vt propè egro aſſideremus. Vulnera capitis omnia ex roſaceo melle, meth.
& Cōciliatoris vnguēto, quod ad detergēda capitis vulnera mirabile eſſe
ſolet, vt & capitali puluere & emplaſtro demū ex betonica vtētes, Dei gra
tia adiuti perſanauim⁹, tū verò reliqua quę in crurib⁹ & brachiis cōſtabāt,
ſua cuique auxilia admouētes, magna omniū admiratione ac plauſu, Deo
gratias reddentibus cūctis. Atq; hæc Alōſi grauiter vulnerati curatio fuit.

Collega illius porrò Manricus, & dux quoque ipſe fortiſsimus, ſæuiſ- Manrici
ſimè vulneratus ſecundum thoracem, coſtas, faciem, brachia, caput, pro- militū Hi-
ximus morti erat, biduúmque conſtitit ſine voce ac ſenſibus, planéque ſpanorum
ἄσφυγμος, id eſt ſine pulſibus, vt vermiculans & interſectus vix in eo appa- tribuni hi-
reret pulſus. Cui & ipſi quum facto de morte prognoſtico, manum vix ad- ſtoria.
mouere vellemus, quòd deplorati à medicis non ſint contingendi: (auctore Hippocrate) iuſsi tamen, manum tanquam deplorato admouimus: vires primùm refouentes, quæ penitus conciſæ erant, præ nimia ſanguinis profuſione & frigore. Nam fugiens acceptis vulneribus ſeſe præcipitem in Rhodanum dedit, in quo horas plus minus tres aut quatuor latitauit, nunc caput exerens, nunc condens, quoad à ſuis ſub noctem adiutus, fluuium fere totum natatione meauit. Quis hæc credat? attamen veritate ipſa veriora hæc ſunt. Nam vno impulſu plus minus centum vulnerati ſeſe in Rhodanum proiicientes, natationē virili ſalutem ſibi quæſierunt: quorum tamen multi viribus deficientes, medio in alueo ſubmerſi perierunt. Multi tamen euaſerunt, quos nudos Arelatenſes ciues charitate plauſibili ac pia in altera Rhodani ripa vrbi proxima ſemienectos exceperunt, quibus potuēre præſidiis confouentes: quos inter hic ſtrenuus dux tribunus militum erat. Hunc itaque curandum ſuſcipientes, hunc ſeruauimus ordinem. Primum omnium panniculis lineis mollibus & ſtraguli congelatum ferè hominem tepida caliditate fouimus, motum dantes, & enectam virtutem inſtaurantes iuſculis & contuſis ex cinnamomo paratis, odoribus item bonis ſpiritus diſſolutos fouentes, ex aqua florum citri roſacea, vino odorato & caryophyllis inuicem mixtis tempora, pulſus brachiorum, naréſque madefacientes, linteíſque hoc liquore imbutis ſæpe ad nares admotis ſpiritus penè extinctos refecimus ac recreauimus. Vbi ſeſe exerere vires viſæ ſunt, tractāda vulnera ſumpſimus, quum prius etiam in primo aditu eadem quo poteramus modo procurabamus, neceſſariis ad vulnera datis auxiliis, quo tempore ſcilicet æger ſine voce ac pulſibus moriturus ſperabatur. Reſumptis porrò viribus, quæ punctim inflicta erant vulnera turūdis longioribus intrò datis, & roſaceo melle cum terebinthina ex aqua vitæ lota illitis deterſimus, quo præſidio mirabiliter ſe iuuari æger dicebat. Erat enim ſecundum pectus vulnere punctim facto, & intrà cauum pectoris diſciſſo peritonæo, grauiter ſauciatus: tum &

ſecundum latus dextrum inter ſextam & ſeptimam coſtas vulnus acceperat ſecundum dorſum cum grauiſsimis ſymptomatis ad hæc vulnera inſequentibus: nempe grauiſsima ſpirandi difficultate, tuſsi moleſtiſsima, cordis palpitatione, & animi deliquiis: quibus omnibus curâ adhibitâ ſe trahentibus, pro cuiuſque ratione proſpeximus. Spirandi namque difficultati hydromelite ex hyſſopi, fœniculi, praſsij, & capillarium herbarum decocto confecto, adiectis vuis paſsis pinguibus, caricis, glycyrrhiza, myxis, xylo ſemine, & maluæ cum melle electo, proſpeximus: quo ſæpe in die laborantem vti iubebamus, lambendo, idque calidè. Nam frigida pectori inimica, tuſſes commouentia & dolorum inferentia eſſe ſolent, pro Hippocratis ſententia. Linctibus quoque & vnctionibus ad pectus ſputum promouere & tuſsim ſedare conabamur. Conſtabant linctus ex puluere glycyrrhizæ, hyſſopo montana, caricis pinguibus ex hydromelite coctis, puluere diatragacanthi & diaireos, pulmone vulpis ex arte parato, ſaccharo candido, penidiis & ſyrupo capillorum atque hyſſopi. Ad pectus inunctionem admouimus ex oleo violaceo, liliorum, butyro recenti, pinguedine gallinæ, croco & radice iridis Florentinæ, omnibus cera alba exceptis. Quum & eclegmatis vice oleum amygdalinũ è dulcibus amygdalis exceptum, & ſaccharo candido vocato admixtum ſumere ſæpe iubebamus. Sed quod in hoc viro admirandum fuit, id iam dicere pergam. Is quum ſecundum thoracem, tum & ſecundum dorſum inter coſtas duobus vulneribus punctim factis, idque ab haſta mucronata (vulgò *hallebarde* vocant) grauiter vulneratus eſſet, nec vlla aut exigua puris copia foras prodiret, poſt vicesimum diem ingens puris proluuies è ventre per anum prodiit, fluxu ventris oborto: quum nulla tamen à pectore in inteſtina via communis ſubſit, qua excerni contentum in thorace pus & emitti poſsit. Sed cõſpirabile & confluxile eſt vniuerſum corpus, vt rectè Hippocrates dixit, & ipſa ſibi natura vias facit ac præſtruit, quibus nedum per aluum, ſed & per oſſa quandoque ſaniem pellat: vt minimè mirandum ſit in hoc ægro per ventrem è thorace pus copioſum emanaſſe. Quod & prius in Ioanne à Lugduno Montis-maioris ſecus Arelaten monacho annotaueram, qui grauiſſimo vulnere in pectore accepto, acuto ſpathæ mucrone in cauum pectoris penetrante, quum præ puris intrò contenti copia in præfocationis periculum eſſet adductus, erumpente tandem die decimoquarto tum per vulnus, tum per ventrem ingenti puris copia, ab impendenti diſcrimine leuatus eſt, & poſtea vtinam tempus vtcunque ſanatus, vlcere in fiſtulam deſinente: viuitque adhuc decimoſexto poſt acceptum vulnus anno, ſed malè habitus & tabi proximus: ſed viuit tamen, & munia quæ ſanus obire ſolebat, obit. Vt ergo ad ægrum noſtrum redeamus, quum multa puris copia aluo effluxiſſet, pauca per accepta vulnera, allcuatum ſe ſenſit, paulatimque probè deterſis vulneribus, quæ nos ſæpe lotionibus ſyphone recto immiſsis ex decocto myrrhæ, ariſtolochiæ rotundæ, abſinthij, & agrimoniæ vino exceptis, interdum prius ad deterſionem hydromelite iniecto, nonnunquam verò vino & melle, adiecta aqua vitæ (quæ in huiuſmodi eluendis & detergẽdis exſiccandiſque vulneribus admirabilis eſt) vulnera clu

Hydromeli. Lib. 5. aph. 10 Linctus. 20 Lib. 6. Epid. 30 Ioannis à Lugduno vulnerati curatio. 40

nera eluere, detergere, tandémque exiccare moliebamur. Tantúmq; hac curandi ratione Dei misericordia profecimus, vt sanata sint prorsus vulnera thoracis & costarum. Reliqua verò quæ in facie erant sutura sicca labia iungentes, & glutinatoria post detersoria adhibẽtes, facilè curauimus, sicut & quæ in capite quæ sine fractura erant, & quæ in brachiis, etsi magna forent, persanata omnia sunt nutu Dei, qui quos vult seruat. Mira sunt hæc profectò, at mirabiliora quæ nunc proximè enarrabo.

Eodem in conflictu miles quidam è peditibus fortis ac generosus, dum fortiter pugnat, ictum excipit ab æneo tormento (vulgo *Arquebuse* vocato:) ingreditur globulus plumbeus secundum tempus sinistrum, paulo altius egreditur ex altero latere è regione opposito, diffracto vtrinque cranio & dilacerato: sanatur tamen is miraculo. Nam post acceptum vulnus Nemausum cõcessit, & ibi curatus fuit. Qui ad me postea veniẽs, vt à me consilium posceret, quum nondum plenè curatus esset, omnia vt acciderant bona fide recensuit, vidíque hominem ita vt prænarraui affectum, & illi in curatione adiutor ac propitius fui. Hic cæcus & surdaster remansit: viuítque nunc sanus & incolumis, nisi quòd iis duobus sensibus visu & auditu priuatus est. Sentiendum verò nec cerebri membranas nec cerebrum ipsum læsum fuisse: sed globulum rupto cranio superficie tenus, in alterum oppositum latus impetu esse deductum. Mira profectò sunt hæc, & quæ ferè captum superent humanum: & nisi à me visa pertractatáque fuissent, vix essem fidem daturus. Quòd autem cæcus & surdus remanserit, id factum putarim, quòd ab ictu & contusione pars aliqua sanguinis à commotione cerebri in opticos & auditorios neruos inciderit, obstructionem pariens, vnde & cæcitas & surditas obortæ sint. Mira militis cuiusdam historia.

Massilienſis miles quidam robustus bellator, ac sui ordinis vexillifer, eodem in conflictu ictum excipit ab æneo tormẽto, globulo per medium thoracis immisso, & per dorsum è regione prodeunte: atque hic itidem miraculo sanatus. Curam illius ego & Claudius Laydetus chirurgus sumpsimus. Quúmque globulus intra constitisset, tum orémque in dorso inferret, hũc dextrè Claudius chirurgus præfatus sectione facta euulsit, & laqueis impositis ad detersionem (vulgo *setones* vocant) cæterísque ex arte peractis, integrè sanatus fuit nutu Dei, qui solus mirabilia facit. Hic, quod maximè mirandum, nulla aut exigua spirándi difficultate nec symptomatis verendis vllis, affectus curatus fuit, sed longiusculo tempore: viuítque adhuc incolumis, & suarum rerum satagens. Historia alia.

Miles alius è Borbonij pago secus Arelaten, gladio militari (quem vulgò *Cotelas* vocant) secundum ceruicem vulneratus, dum ipsum fugientem equites eodem in conflictu persequerentur, vulnus mirabile accepit. nam ab aure in aurem secundum ceruicem, inter primam & secundam vertebram, dissecta ceruix fuit, ita vt collum in anteriora prolapsum substerniculo indigeret. Hic ferè mortuus in xenodochium Arelatense cum reliquis sauciis perductus est, & nostræ curæ à proceribus & decurionibus commissus. Hunc nos quum tam grandi vulnere affectum vidimus, planè in cõsternationem animi quasi quandã deducti sumus: vulnus tractamus, Alia historia.

Observationum medicinalium libri sex - page 219 sur 308

quid bone Deus? ad vertebram vſque ferè vulnus attingebat, iugulares venæ diſſectæ, latitudo vulneris vaſta, vt ab aure in aurem vulnus protenderetur: profunditas verò tanta, vt integra manus paſſa intra vulnus conderetur. Hunc etſi vix euaſurum prædixiſſemus, quòd, auctore Galeno, magnæ diſciſsiones mortem inferant, nihilo ſecius tamen tentandam curationem duximus. nam robuſtiſsimus erat iuuenis, florenti ætate, & virium plenus. Itaque vulnus non alia ratione ſui poterat ob diſtantiſsima labia, quàm vt futura ſicca quam vocant labia coniungerentur: quod & nos fecimus, pannis lancis coccineis glutino adſtringente illitis, & vbi glutinum inaruiſſet, filis ſericeis duplicatis, inuicem hinc inde commiſsis, labia vt potuimus coniunximus, intróq; ſpleniis datis, vnguine deterſorio primùm illitis, nempe Conciliatoris vocato, mox etiam lotionibus ex cœnomelite, decoctionis agrimonij & radicis iridis, paucáque myrrha & vitæ aqua, quæ profectò in omnibus vlceribus detergendis & glutinandis mirabili experimento valet, vt à me millies expertum. Vbi verò abundè mundificatum vlcus eſſet, glutinantibus vtentes, & lotione ex vino acerbo decoctionis foliorum hederæ, equiſeti, & plantaginis vlcus ad coalitionem deduximus. In quo mirum id fuit, quòd quum diſtantiſsima vlceris labia eſſent, & magna intus facta diſciſsio, vt nunquam coaleſcere poſſe dixiſſes: tanta tamen eſt naturæ vis atque potentia in coniungendis quæ diſsident, vt natiuo quodam amore caro carni (etiam tum quum vacuitas intermedia magna ſubeſt ac cauitas) agglutinata fuerit, ſenſim genita in vulnere materia ex affluente ſanguine. Vnde fit vt regenerari caro poſsit, modò adducta ſint quæ diſsident chirurgica manu, quod per futuram fieri ſolet. Hic tandem nutu Dei curatus fuit, viuítque nunc ſuperſtes quarto poſt anno quàm vulnus tam grande accepit. Adoleſcens tamen quidam pari vulnere poſt vndecimum mortuus eſt.

Lib. 6. aph. com. 18.

Aqua vitę.

Alia hiſtoria.

Claudius Allobrox eodem in prælio ad caput vulneratus, quum è lapicida militiæ ſe adſcripſiſſet, ingens accepit militari gladio vulnus, abſciſſo & diffracto vniuerſim cranio ſecundum futuras petroſas, nempe ab altero latere in alterum latus diſciſſo vtrinque cranio vſque ad futuram lambdoiden. Sed & hic (mira res!) nunquam febriuit, nec vllum ſymptomatum paſſus eſt quæ pati ſic vulnerati ſolent. Oſſa diffracta terebellis, vncinis & ſcalpro ſuſtulimus: mox roſaceo melle, & Conciliatoris vnguine, ac puluere capitali, & emplaſtro betonicæ intra duos menſes hominem integræ ſanitati reſtituimus. Hũc Claudius Laydetus chirurgus tractauit.

Alia hiſtoria.

Alter è Nicea vrbe primipilus ac ſtrenuus miles, eodem in conflictu in domeſtica cruris parte vulneratus bellico tormento (*fauconeau* vulgò vocant) cum ingenti foſsilis maioris fractura, globulo ingreſſum ſupra genu faciente, & in ſylueſtrem partem prolato, atque inde euulſo, magna cura ſeruatus, longóque temporis ſpatio curatus à nobis fuit Dei gratia.

Alia hiſtoria.

Ferdinandus Far peditum ductor, Arelatenſis ciuis mihi perfamiliaris, ad foſſam Marianam dum fortem militem agit, in conſpectum hoſtium poſitus, vulnus accepit ab æneo tormento in tarſo pedis, pede in vtrumque latus transfixo, & foras globulo prodeunte. Is grauiſsimè & periculoſiſsimè labo

mè laborauit, ingẽtibus doloribus ob partis naturam obortis, quum pars illa tota ossea neruéaque sit, ac tendinum plena: vnde nimirum acerbissimi dolores oborti sunt, & ossa multa diffracta, quæ auferre necessariũ fuit. Quin & carriosa nonnulla ob pus retentum fuere. Tumor magnus & phlegmonosus in toto pede suberat, vigiliæ immẽsæ ob perpetuos dolores, & conuulsiui motus plurimi. Hunc nos post vniuersalia diligenti & solerti cura tractauimus, pro eo quo illum prosequebar amore. Nam fotibus ex betonica, malua, sampsucho, saluia, libanotide, adiectis anthemidis, melilloti, & roriſmarini atque stœchados floribus, cum furfure omnibus in vino decoctis: (aqua namque locis neruosis plurimum nocet) interdum verò ex oleo calente, locum fouebamus, à quo mirificè iuuabatur: emplastro postea superdato ex farinis orobi, lentium, fabarum & seminis lini ex oxymelite exceptis, quod in cataplasmatis morẽ admouebamus. Intus verò laqueo immisso, & detersoriis vnguẽtis illito, vlcus purgabamus, tum & lotionibus ex aqua vitæ, in qua flores & cacumina libanotidis immaduissent, multísque aliis ad neruosa vulnera accommodatis vsi fuimus: tãdem verò ægrè post sex menses curatus magna sanè difficultate fuit. Claudus mansit, vt nonnisi scipioni innixus progredi valeat, ita pes totus imbecillus relictus est, ob tendones dilaceratos, & tarsi ossa diffracta. Viuit tamen alioqui vegetus & sanus, & rebus suis intentus.

Iacobus famulus Domini à Meianes Patritij Arelatensis, in eo conflictu qui ad Cistertium oppidum habitus est, vulnus accepit ab æneo tormento in brachio dextro inter cubitum & humerum, maléque ab chirurgis qui in exercitu aderant, aut certè ob rerum indigentiam negligenter tractatus, Arelaten venit, toto iam brachio in sphacelum conuerso, cum fœtore mirabili, nigredine, mollitie, frigiditatéque summa, ipsóque ægro crebra animi deliquia patiente. Vnde concilio vnâ mecum chirurgorum cõacto, concluſimus nullam esse aliam curationis viam, quàm si sphacelatum membrum secaretur. Nam quum nonnisi vnica subest salutis via, etsi ea periculosa sit & dubia, oportet, Thucydidis consilium sequentes (vt Galenus ait) aduersos periculis ire, & id incunctanter obire: quod & nos fecimus. nouacula primùm supra carnem demortuam brachium secantes, mox serra ferrea os detruncantes, cauteriisque sanguinis fluorem compescentes, hominem sanitati post mensem Dei gratia adiuti restituimus. Historia alia. Lib. 10. metho.

Quæ in eodem conflictu Cistertiensi acciderint memoratu & obseruatione digna, Desiderius Testeius chirurgus, homo doctus & fidei exploratæ, qui præsens semper in exercitu erat, vt vulneratis mederetur in castra deductus, mihi perquàm familiaris & amicus, hæc ex vero retulit à se nedum visa, sed manu sua tractata atque percurata, nempe quæ mox à me subscribẽtur. Nobilis quidam, (cui vulgò nomen *Le Cadet du mousſtier*) circa sternum parte sinistra thoracis inter sextam & quintam ex veris costis vulnus excipit æneo tormento, globulo in thoracis medium adacto, & per dorsum egrediente duobus digitis prope spinalem medullam, multis circulis ferreis complicato globo ex thorace ferreo circulis ferreis intertexto, (quod vulgo *Cotte de maille* vocant) quorum circulorum circiter duo Historia alia.

Observationum medicinalium libri sex - page 221 sur 308

ter duodecim cum globulo prodiere, multíque alij in muſculis intercoſtalibus & dorſi conſtitere, multíque etiam intus in thorace conditi vnà cum pure egrediebantur: intra annum curatus, ſed ægrè ſpirans remanſit.

Hiſtoria alia. Miles quidam loci à Senas eodem in conflictu ab æneo tormento magno, (cui vulgò nomen *Moſquet*) vulneratus, cuius globulus pila palmaria luſoria parua maior erat: vulnus in brachium ſiniſtrum incidit, cum oſſium confractione, dilaceratione tanta muſculorũ, vt vix digito vno contineretur in ſe brachium, quin vniuerſim decideret. Vocati chirurgi in ea ſententia fuere, vt abſcindendum omnino brachium ducerent. Curatur tamen à Deſiderio intra menſem citra ſectionem, ſeruatis magna ex parte brachij motibus.

Hiſtoria alia. Miles alius quidam qui ſub Caſtelleto duce ſtipendia merebat, æneo tormento vulneratur, globulo per medium os iniecto, egrediente verò propè coronariam ſuturam parte ſiniſtra circa oſſa petroſa & tempus ſiniſtrum, diffracta ſuperiore mandibula. Curatur tamen is ſumma difficultate, degítque nunc ſanus, vt aiunt.

Hiſtoria alia. Baiulus quidam Arelatenſis, factus miles, ictum mucronato gladio præ longo (vulgò *Eſtoc* vocant) accipit tribus ſub vmbilico digitis parte ſiniſtra: adigitur enſis magno impetu in thoracem medium, egreſſo mucrone in dorſum inter tertiam & quartam coſtas prope ſpinalem medullam. Curatur tamen præter omnium opinionem ab eodem Deſiderio & Ioanne Angleſio chirurgis: viuítque nunc ſanus & incolumis, Dei bonitate adiutus. Hæc inter cætera admiranda, vel quæ conſpeximus ipſi atque curauimus, vel quæ ab chirurgis probatæ fidei accepimus, digna relatu duximus: vt nemo quiſquam in rebus arduis deſperet, vti in leuibus nonnimis confidat, quum interdum mori eum cernamus quem medicus euaſurum certus ferè erat, & euadere eum non rarò de quo medicus deſperarat: (quæ docta Celſi ſententia eſt) exiſtimétque medicus mirabilia etiam in arte contingere atque monſtroſa, vti in naturæ operibus, tantámque eſſe artis vim vt difficillimis etiam proſpiciat, ad laudem Dei optimi maximi.

OBSERVATIONVM MEDICInalium libri quarti finis.

Observationum medicinalium libri sex - page 222 sur 308

OBSERVATIONVM MEDICINALIVM, FRANCISCO VALLERIOLA MEDICO AVCTORE, LIBER QVINTVS.

OBSERVATIO PRIMA.

NOBILIS Gabriel à Varaderia Patritius Arelatensis, vir non minus auita nobilitate quàm virtutum & morum candore insignis, pagi diui Andeoli dominus, optimi temperamenti, boni habitus, succulento corpore, plurimis ac grauibus actionibus assuetus, laboribúsque exercitus: quum per ver præcedens, æstatémque subsequentem plurimum se exercuisset, variis obitis in diuersa loca profectionibus: effectum est, vt ab nimio motu agitatis humoribus (si quidem mouent excrementa, auctore Galeno, Sol, venus, balneum, motus) & in cutem proruentibus, in phlegmonem magnam secundum dorsi spinam inciderit. Qua ægre suppurata, necdum persanata, quum se via præpropere nimis credidisset, & se corporeis laboribus exagitasset, ad Diui AEgidij pagum profectus, febre continenti atque graui æstuosáq; ibi corripitur, cum iugi bilioſorum humorum vomitu, tanta copia vt vix credi posit. AEstus, labor, inquietudo, corporis confractio, animi deliquia hominem valde premebant: mox iterum grauis in dorsi musculis dolor, tumor ingens, rubor ac tensio cum renixu apparent, phlegmones alterius intitantis primordia. Misso sanguine, perpurgatóque corpore, adhibitis congruis vt pòst dicetur ad phlegmonem auxilius, in suppurationem tendit. Interea per consensum ad inguina, humoris portione in dextrum inguen decumbente, bubo apparet cum ingenti dolore. Discutitur porrò bubo congruis remediis. Suppurata tandem altera phlegmone post multos dies, atque dissecta, ingens intus cauitas apparet, (siquidem magnum locum influens sanguis compleuerat) puris mira copia: quod quum liberè effluere non posset, sinu deorsum consistente, ad puris effluxum sectione iterum opus fuit, ita iubente Galeno. Cauitas adhuc magna suberat, & ingens puris vndique manan

Lib. 5. de symptcau. cap. 5.

Lib. 3. metho. sub finem.

manantis copia. Ad curam plures accersiti tum medici tum chirurgi: quos inter quum chirurgorum alter iterum secandum vlcus pronuntiasset, in suas partes chirurgum alterum doctrina conspicuum traxit, qui & ipse in eam inclinauit sententiam, sine sectione cauitatis totius curari ægrum minimè posse: quin & ad labia vlceris exterenda, quæ paulùm intumuerant, candenti ferro opus esse intrepidè ac constanter affirmabat. Nobis contrà sentientibus, cuncta prius tentanda, & pro
Lib.4.metho. Galeni doctrina, naturæ familiaria semper exhibẽda, antequam ad extrema illa præsidia veniatur: nec nisi summa vrgente necessitate, quum reliqua non prosint, ad sectionem properandum, præsertim tantam quantam fieri in hoc ægro oportebat, quam sine magno discrimine atque ægri periculo obiri non posse sciebamus. quòd magnæ discissiones mortem vtplurimum adferre soleant, ita asserente Galeno, ad
Lib.6.aph. com.18. sectionem præsertim reluctante ægro: cuius animum consulendum esse,
Lib.4.metho. vbi de sectione aut vstione agendum est, Galenus docuit. Itaque aduersus chirurgi sententiam nos detersoriis vtentes per syphones rectos, mox cauitatem implentibus & sarcoticis, ac tandem epuloticis, hominem citra sectionem integrè Dei nutu curauimus. Id vt intelligatur, nihil quicquam absolutè & asseueranter in re medica atque medicis consultationibus proferendum, ne obiici id possit, Bonum quandoque dormitare Homerum.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

PHLEGMONEM frequentissimè accidere, & febrem aliáque symptomata periculosissima excitare, doctè quidem ac verè à Galeno dictum
Lib.13.meth.med. est. Veteres affectum hunc φλόγωσιν, quasi inflammationem dicas, vocauere, quòd magna in affecta parte inflammatio ob sanguinis confluxum
Phlegmones signa. excitari soleat, appareátque supra inflammationem in particula tensio quæ tactu deprehendatur, vnà cum renixu, tumore, dolore, qui pulsationis sensum ob arteriarum compressionem inferat. Quin & rubore perspicuo pars phlegmone tentata efflorescit, sanguinis inibi contenti testimoniũ euidentissimum. Nam qualis fuerit succorum intus conditorum natura, talem foras efflorescere
Lib.1.aph. com.2. colorem necessarium quidem est, ita tradente Galeno. Ex his itaque quæ nunc protulimus signis, constat vel luce meridiana clarius, generosum hunc Dominum phlegmone in dorso proximè ad spinalem medullam
Phlegmones generatio. (vti antea dictum est) laborasse, quum isthæc omnia adessent. Gignitur porrò in corporibus phlegmone ex sanguinis influxu copiosioris quàm pars postulet. Copiosior porrò sanguis influit vna quapiam aut pluribus particulis eum mittentibus, excipiente influentem sanguinem ea quæ laborat

borat parte. At verò quæ demittunt particulæ interdum vt copia nimia redundantem, interdum vt qualitate moleſtum, nonnunquam vtroque modo humorem propellunt. Quin neque non ſæpe fit vt pars quæ affligitur morboſo calore affecta ſanguinem ad ſe trahat, etiam ſi non aliunde ad eam tranſmittatur: ſic verò phlegmone naſcitur. Nam quum calida fluxio in partem quampiam procubuerit, primùm maiores venæ arteriæque implentur ac diſtenduntur, ab iis minores, quoad ad minimas peruētum ſit. In iis verò vbi valenter impacta fluxio eſt, nec adhuc ſiſtitur, partim eius per ipſarum ora, partim per tunicas veluti excolatum foras tranſmittitur: tum verò ſpatia ipſa vacua fluxione implentur, tumétque pars, & quæ antea diximus ſymptomata patitur. Atque hæc eſt phlegmonarum omnium cōmunis generatio, vt millies in mille locis eſt teſtatus Galenus: ac proinde in hoc viro ad eum modum genita eſt phlegmone. Cui generationi ex præincipientibus cauſis magnam occaſionem præſtitit immodicus motus, profectiones variæ ac crebræ æſtuoſa æſtate obitæ: quo factum eſt vt per æſtum attenuato ſanguine, atque concalefacto exagitante motu, & in feruorem ſanguinis maſſam deducente (ſiquidem motus omnis corpora calefacit, qui immodicus ſit & vehemens, vt lib. de morborum cauſis Galenus) propulſo foras ſanguine, phlegmone genita ſit: magna præſertim in venis exiſtente ſanguinis copia cum viarum latitudine, quæ fluxioni humorum viam præſtruit. Cur verò in præſtanti hoc viro genita denuò altera phlegmone ſit, in promptu cauſa eſt, quòd quum prior nondum perfectè curata eſſet, & adhuc in vaſis calentis ſanguinis copia ſubeſſet, ſeſéque præproperè in viam dediſſet æger, exagitatis à motu humoribus, & incauta etiam victus ratione ſeruata, obuiis quibuſque cibis & ſalſis & acutis vſus: effectum ſanè eſt, vt facultas corporis rectrix ea qua premebatur humorum mole ſeſe exonerans, ſanguinem ſuperuacuum in imbecillas partes detruſerit, qui nouam phlegmonem excitarit: præſertim quòd ab initio æger & aſsidentes exhauriri ſecta vena ſanguinem paſsi non ſint, qui præcipuus ſcopus in huiuſmodi morbis à plethora ortis haberi ſolet. Itaque minimè mirum ſi denuò relapſus ſit æger tam ſibi parum proſpiciens: vnde nec id quoque mirari oportet, febre grauiſsima ſymptomatiſque pernitioſiſsimis oppreſſum ægrum fuiſſe, quòd recidiua, ſua radice, vt Auicenna ait, deterior eſſe ſoleat: viribus vtique à priore morbo fractis, quæ nouo morbo ferendo non ſint. Erat autem febris magna, vtique acuta & continens, ob ſanguinis feruorem atque putredinem in plethorico corpore: anguſtia & anxietas vehemens, ob humoris motum & vaporum multorum ad cor exhalationem, quòd in locis cordi vicinis putredo magna ſubeſſet: quamobrem vno loco conſiſtere quum æger minimè poſſet, quieti locum quærens, anguſtia maxima premebatur. Spiratio crebra atque difficilis, quòd cor calore æſtuans maximo refrigerio indigeret: quúmque facultas imbecillior eſſet quàm vt magnam vno impetu inſpirationē facere poſſet, eſsétque inſtrumenti inobedientia, velocitate ac crebritate ſatagere neceſsitati refrigerij cordis natura tentabat, vt libris de cauſis reſpirationis, & de difficili ſpiratione, multíſque aliis locis nos bellè docuit

Lib. 13. metho. & lib. de inęquali intemperie, & lib. de tum. prę ter nat.

Lib. de morb. cau. cap. 2.

Fen 2. 4. trac. 1. cap. 95.

le docuit Galenus. Sed inter cætera quæ tantam febrem comitabantur ſymptomata, iugis ac perpetuus vomitus non in poſtremis erat habẽdus, ſiquidem à febris initio ad ſeptimum vſque diem aſsiduus vomitus atque ingens erat, quo bilioſiſsima educebantur, vt verius bilis mera dici mereretur. Erat enim quod vomitu educebatur copioſum, citrinum, ſummo amarore præditum, vt colore quidem ſuo omnia inficeret quæ humorem excipiebant vaſa, & vix deleri tinctura poſſet: tanta verò amaritudine humor conſtabat, vt omnia ægro amara quæ ſumeret apparerent, & præingrato ſapore percepto ab omnibus eduliis abhorreret. Vigiliæ quoque cum ſeui delirio hominem infeſtabant, ob cerebrum calefactũ & acrium vaporum ſurſum delationem: ſitis inexhauſta, ob febris magnitudinem. ſiquidem ſit ſitis, auctore Galeno, vel caloris copia, vel humoris inopia: & ob eaſdem cauſas linguæ ariditas maxima cum nigredine apparebat, exuſto humido rorido, vnde lingua humectior redditur, & vapore acri & aſſato plurimo ſurſum lato. Hæc ſymptomata præcipua quæ febrem comitabantur, quæque non leue periculum minabantur. Recenſitis itaque morbi eſſentia, cauſis, ſignis atque ſymptomatis, quid ſupereſſe aliud videtur quàm vt curationem qua in tanto affectu leuãdo vſi ſumus ſubnectamus? quod mox ſum aggreſſurus, ſi modò prius euentus cuiuſdam qui in morbi progreſſu accidit meminero, ne qui equam præteriiſſe videri poſsim. Itaque quum tumor phlegmonoſus iam ſecundo in dorſo appareret è regione renum vnà cum renixu, rubore, tenſione atque dolore, præſentis phlegmones indicia, multuſque intrò conditus lateret ſanguis: effectum eſt vt eius portione ad inguen dextrum delata per venas quæ eò tendunt, bubonem in inguine dextro excitarit, per conſenſum vtique ad glandoſas illas partes tranſlata materia: ſed qui tamen opportunis auxiliis diſcuſſus ſit intra biduum, vt poſtea dicemus. Hoc ſymptoma quinto die ab inchoata phlegmone ſuperuenit, non parũ negocij ægro & aſsidentibus faceſſens, quod tamen (vt dixi) facilè curatum fuit.

Lib. 1. de ſimpl. fa. cul. ca. 39.

CVRATIO. Nunc verò totius morbi curationem laboris profectò ac moleſtiæ pleniſsimam ſubnectamus: hinc ſumpto initio, maximos, validiſsimos, grauiſſimoſque morbos eos Hippocratici dici qui cum periculo ſint coniuncti, vt Gal. cõ. 3. ad primũ de vulgaribus morbis de mente Hippocratis dixit: nec immeritò, quoniam qui in vitæ diſcrimen ægrum adducunt, id magnitudine ſua & grauitate facere omninò oportet, morbo vtique naturam ſuperante. Vnde ratione optima magni dicendi ſunt & validi, quòd difficulter à natura vincantur, & magnum naturæ ac medico negotium faciant. in quorum albo morbus hic vehementia ſua ac grauitate numerãdus venit, vt qui ægrum in maximum vitæ periculum adduxerit. Hunc itaque virum ſic laborantem accurata vt ſequitur methodo tractauimus. Inſpecta enim morbi magnitudine, febris vehementia & acutie, præſenti auxilio ſanguinis miſsione ſuccurrendum, pro Hippocratis & Galeni doctrina, cenſuimus. In acutis morbis (ait Hippocrates) ſanguinem mittes, ſi & æger ætate floreat, & viribus abundet. Quæ quum omnia in ægro hoc adeſſent, ſecta protinus vena, dum phlegmones alterius generationem videremus,

Lib. 4. de rat. vict. acut. textu 16. & Gal. in comm.

ſuccur

ſuccurrendum in tempore duximus. quod inchoantibus morbis, ſi quid mouendum videatur, mouendum tum ſit, vt docuit Hippocrates. Secta vena, poſt ſex horas clyſterem immiſimus ex refrigerantibus herbis, ſeminibus frigidis, catholicone, caſsia cum ſaccharo, oleo & melle violato. Quum verò iugi vomitu premeretur, dare tum medicamentum veriti ſumus, quod & nihil profuiſſet indignato ventriculo, & humores agitando nec vacuando maiorem attuliſſet noxam: vnde ſolenne mihi eſt & longa obſeruatione probatum, dum vomitu & indignatione ventriculi ægri tentantur, nunquam propinare ſoluens medicamentum, niſi prius vomitu materia vacuata, & roborato externo aliquo vel vnguine vel fotu ventriculo, vt medicamentum continere poſsit. Itaque ſyrupis alterantibus agendum dies aliquot tutius duximus. Conſtabant decocto vtriuſque cichorij, vtriuſque bugloſsi, oxalidis, lupi ſalicarij, fumariæ, portulacæ, calendulæ, & capillarium, adiectis ſyrupo endiuiæ compoſito, oxyſsaccharo, ſyrupo de cichorio: dabamus mane & veſperi. Concocto humore potionem dedimus ex rore Syriaco (mannam vocant) diluto rhacomatis, & ſyrupo roſaceo ſolutiuo, ex decocto præcedentis apozematis exceptis. Nam fortiora dare auſi non ſumus, tum ob febris acutiem & malignitatem, ne nimis exagitarentur ſucci (quod in talibus febribus obſeruãdum perpetuò eſt, niſi vbi materia turget) tum quòd æger facilis eſſet ſolutionis, & à minimo medicamento copioſè moueretur. Vnde perperam facere videntur qui in febribus ardentibus & continuis diagrediata (vt barbarè loquar) propinant medicamenta, corpus valde exagitantia, vires conuellentia: ſiquidem, auctore Galeno, lædunt vires omnia vacuantia præſidia, vt lib. nono methodi medendi conceptis verbis tradidit. De quorum cuſtodia maximè ſolliciti eſſe debemus, quum prima indicationum omnium ea ſit quæ de viribus ſumitur: vt eo ipſo loco ab eodem auctore proditum eſt. Dato itaque medicamento leui, quum febris grauis eſſet, vtpote ſymptoma initiantis alterius phlegmones, quæ iam manifeſtè apparebat, ad eam conuerſi tota mente incubuimus, repercuſsiua ab initio admouentes, ex oui albore, oleo roſaceo, & pauco aceto. Quum verò intumeſcere magis cerneremus, nec diſcuti poſſe iis quæ poſt initium admoueramus diſcutientibus remediis, ex farina hordei, oleo chamæmelino & aliis multis: ad ſuppurantia nos conuertimus, cataplaſmate admoto ex farina frumenti, ſeminis lini & fœnogræci, ex decocto maluarum, althææ, anthemidis floribus, & furfure, adiecto oui vitello, oleo liliaceo & chamæmelino: ſuppuratóque abſceſſu, nouacula ſecandum duximus, quòd magnam puris intrò ſubſtare copiam ſciremus, ob ídque ſectione magna opus eſſe. Aperto abſceſſu, ingẽs puris probè concocti copia effluxit: ſed quam nos primo apparatu inhibuimus, ne vniuerſim prodiret, diſſolutionis viriũ metu: quæ res apud chirurgos in magna obſeruatione eſt, & à chirurgiæ præceptoribus & magiſtris traditum. Vbi verò ſenſim magna puris quantitas effluxiſſet, nec tamen vacuari commodè tota poſſet, ob ſinum in imo demiſſum cui effluxus non erat, & magna puris copia ibi condebatur: ſecandam cauitatem duximus, vt liberè ſanies effluere poſſet, iuxta Galeni

Lib. 2. aph. 29.

Observationum medicinalium libri sex - page 227 sur 308

,, ſententiam lib. 3. methodi, inquientis, Si cauitatem vlcus altè reconditam
,, ſub cute habet, conſiderare oportet vtrum ea in ſuperiore parte ſit, ita vt
,, ſanies ex ea prona effluat, an in inferiore, ſic vt illic ſiſtatur. Ei igitur cui
,, effluxus patet, eadem quæ aliorum curatio eſt: cui effluxus non eſt, huic
,, ipſi moliamur effluxum quẽdam oportet, aliâs tota cauitate diſſecta, aliâs
,, in fundo tantùm aperta. Nos itaque hoc Galeni conſilium ſequentes, quum locus ad ſecandum periculoſus non eſſet, & cauitas in imo multa cui effluxus nõ erat, cauitatem quidem in fundo totã ſecuimus. Sed quum poſt dies multos, vtrinque, hoc eſt & ad latera, & ad ſupernam infernámque vlceris partem multæ latebræ & ſinus apparerent (quod ingens ſanguinis copia magnã phlegmonem in carnoſa dorſi parte progenuiſſet) detergeri vlcus commodè non poterat, etiam multis adhibitis ad detergendum auxiliis. Habitóque de ea re cõcilio, coactis in vnum medicis tribus, totidémque chirurgis, vt quid facto opus eſſet conſultatione medica diſquireremus: chirurgorum alter denuò ſecandas cauitates illas omnes, tum quæ ad latera, tum quæ ſupernè infernéque ad os caudæ conſiſterent, aſſeueranter pronunciauit, nec aliter vlcus vnquam coaleſcere poſſe: in cuius ſententiam & chirurgus alter doctrina & vſu pollens pedibus iit. Alter verò (nam tres, vt mox dictum, chirurgi erant) illis non vſquequaque aſſentiebatur, ſed id remedij pro extremo habendum, & tum explẽdum quum cætera non contuliſſent. Quod & à nobis medicis rem alta indagine perſcrutantibus concluſum fuit, ægrum inquam ſine magno vitæ diſcrimine tot ſectiones, tam amplas, tam altè petitas non paſſurum: quòd magnæ diſciſsiones (vt rectè Galenus dixit) mortem adferre ſoleant bona ex parte, tum quòd ſectionibus iis ægri animus repugnaret, qui priorem grauatè admodum pertuliſſet, & ſe alias non paſſurum aſſeueranter prædixerat, malléque ſe mori quàm tot ſectionibus excarnificari. Vbi verò de ſecando aut vrendo agitur, conſulendum animum ægri, & pro eius ductu exercendum opus Galenus apertè pronunciauit: quum quidam ſint qui longiori tempore citra ſectionem curari malint, alij qui nihil non ſubire ſunt parati, modò citius ſanentur. Quúmque æger hic ſectioni maximè reluctaretur, & curari ſe malle longiori tempore citra ſectionem nobis confirmaſſet, eſsétque ſectio ipſa & ambigua & difficilis atque periculoſa, præſertim æſtiua tum atque æſtuoſa exiſtente temporis conditione (nempe intra Caniculam) febríſque grauis & moleſta ægrum vrgeret, adeſſent dolores & vigiliæ, & metus præſens ſectionis futuræ, non obeundam, ſed potius abiiciendam iure optimo cenſuimus: dicente nimirum Auicenna, in fortibus temporibus à fortibus medicationibus eſſe cauendum, nempe ſectione, vſtione, vehementérque ſoluentibus medicamentis, æſtate media & hyeme, vt conceptis verbis idem auctor fen quarta primi cap. primo doctiſsimè affirmauit. Sumus & alia quoque ratione moti, quominus ſectiones tantas admitteremus, quòd ſpes erat cauitates illas deterſa prius ſanie qua imbuebantur, per ſe naturæque ductu, ab arte adiuta natura, impleri poſſe & reuniri: quòd vnio tam naturæ amica eſt, vt etiam diſsidentia & maximè diſtantia cogere poſsit, cognatione ea quę carni cum carne eſt, ob

Lib. 6. aph. com. 18.

Lib. 4 meth. med.

Fen 4. primi cap. 1.

eſt, ob ſimilitudinẽ qua facilè coaleſcere diſiuncta à ſe & hiantia poſsint. in habentibus namque ſymbolum, vt Ariſtoteles ait, facilis eſt tranſitus. Eò fieri videmus vt & cuti cum ſubiecta carne, & carni cum carne natiua quædam conſenſio ſit & amicitia naturalis: vt quæ vlcera aut carne aut cute denudata ſint ægerrimè ſanentur, facillimè in quibus incolumis ſeruata cutis eſt, qua integantur. Quin & præciſa ſi in locum reponatur ſuum, ſpiritu & natiuo calore fota coaleſcit. Magna igitur ſuperpoſitæ carnis & cutis in vlceribus habenda ratio eſt, tum ob id profectò quòd celerius glutinatur vlcus, tum maximè quòd interiecta cute carnéque non diſſecta à plurimis arcetur nocumentis, quæ nuda caro & vlcus denudatũ non perferat. Nam & ab ambiente aëre nudatum cute vlcus amplius & grauius afficitur: quum, auctore Hippocrate, vlceribus frigidum mordax ſit, cutem obduret, dolorem inſuppurabilem faciat, liuorem obducat, rigores febriles, conuulſiones diſtentionéſque pariat, & detracta cute aut carne ab inductis medicamẽtis magis lædatur ęger, difficiliúſque ad cicatricem ducatur, quòd ſit cutis veluti propugnaculũ ſubditæ carni. Quin & hiulca caro atque diſsita ſi molliter puluinis & inſtitis ſubditę carni à qua diſceſſit apprimatur, facilè agglutinatur & coaleſcit, ob naturæ germanitatem & conſenſum genuinum atque natiuum. Quod & in hoc ægro & in multis aliis experimento probatum ſæpenumero fuit. Atque hæ nos omnes rationes induxerunt ne ſectiones tantas in hoc viro fieri pateremur: quod ſine illis curatum iri ægrum, etſi longiore tempore, tutius tamen putaremus: quod & euentus ipſe probauit. Nam deterſo prius & mundificato vlcere his quæ poſt ſubiiciam auxiliis, iniectionibus inquam, lotionibus, vnctionibus, ad ſarcotica properantes, & diſsidentes partes faſciis puluiníſque deſuper datis committentes, vlcus tantum fœlici ſucceſſu agglutinauimus, & citra ſectionem ad integram ſanitatem perduximus. Quibus autem in eo ſanando vlcere maligno, profundo, ſinuoſo & ſordido præſidiis vſi ſimus, iam tempus eſt promere, vt obſeruationi huic finem tandẽ imponamus optatum. Primùm poſt vniuerſalia & totius habita ratione ad procurationem vlceris venientes, quoniam & ſordidum, & cauum, & ſinuoſum erat, deterſione & impletione indigebat: at quoniam impleri cauitas nequit non prius deterſo vlcere, (vt Galeni & omnium auctorum mens eſt) detergendum prius vlcus fuit. neque enim impleri aut agglutinari vlcus poteſt niſi purum ſit, vt Galenus ait. Ad mundificandum itaque ichores ac ſordes, quorum onuſtum vlcus erat, variis proceſsimus auxiliis, à debilioribus ad fortiora progreſsi. ℞. Decoctionis hordei integri ℔ ij. mellis roſati colati ʒ iiij. Miſce, fiat iniectio intra vlcus per ſyphonem rectum: abſque mordicatione detergit & eluit vlceris ichores. Verùm quum & craſſa ſanies ſordida multa ineſſet, maiore deterſione nobis opus habere viſum eſt. Itaque hoc altero fortiore vſi ſumus, nempe Aegyptiaco vnguẽto præfato decocto admixto, adiecta portiuncula aquæ vitæ, nempe ʒ ij. Interdum & poſt dies aliquot vbi hoc ſecundo decocto vſi eſſemus, nec ſatis pro voto deterſio procederet, hac iniectione nobili & efficaci vtendum cenſuimus: ℞. Ligni ſancti ſubtiliſsimè puluerati, corti-

Lib. 5. aph. 20.

Lib. 3. meth. med.

Vbi ſuprà immediatè.

Nobile remedium.

Observationum medicinalium libri sex - page 229 sur 308

cis eiuſdem,ana ʒ ij. ariſtolochiæ longæ, centaurij minoris,abſinthij,agrimoniæ,caudæ equinę,foliorum oleæ,myrti,pimpinellæ,& conſolidæ maioris,ana M. j. corticũ thuris,myrrhæ,ſarcocollæ,ana ʒ ß. vini rubei odoriferi ℔ iij.mellis deſpumati ʒ iiij. fiat omnium decoctio:ex cuius colatura fiat iniectio intra vlcus,addendo hora iniectionis aquæ vitæ electæ ʒ j. pro qualibet vice:vbi id animaduerſione dignum & obſeruatione viſum

Aquæ vitę mira vis.

eſt,aquam vitæ cum præfato decocto potentiſsimam eſſe & efficaciſsimam in detergendis ſordidis vlceribus ſine morſu,iiſdémque exiccandis, & ad glutinationem promouendis.Quin ſi cum præfato decocto adiiciantur aquæ vitæ electæ libræ duæ,& in alembico vitreo in balneo Marię diſtillẽtur,mirabilem inde elici liquorem ad vlcera ſordida & caua tum detergenda tum glutinanda:quod crebrò experimẽto nobis exploratum eſt. Mira namque profectò aquæ vitæ vis eſt in detergendis vlceribus & glutinandis,præſertim neruoſarum partium, vt diuturna obſeruatione nobis eſt comprobatum,vt qua nihil præſtantius. Quum verò carnem regenerare vellemus in hoc vlcere,altera hac iniectione vſi fuimus, cuius eſt vis & modicè detergere,& carne cauitatem implere,vnde ſarcotica dici meritò poteſt:

Iniectio optima.

℞. Foliorum plantaginis M. ij. agrimoniæ,herbæ roberti (quæ Dioſcoridis geranium eſt) foliorum pentaphylli,ana M. j. ſummitatum abſinthij numero iij. vtriuſque conſolidæ, caudæ equinæ, ceterac, hyperici,ana M. ß. betonicæ M. j. fiat decoctio in aqua:in fine coctionis adde vini rubei adſtringẽtis ℔ ij.roſarum rubearum, foliorum myrti,ana P.ij. hordei integri P. ij. de colatura cape ℔ iiij. in quibus adde farinæ fabarum ʒ j. farinæ orobi ʒ ß. thuris,maſtiches,ſarcocollæ, reſinæ pini, ana ʒ j. myrrhæ & ariſtolochiæ rotundæ,ana ʒ vj. iridis Florentinæ ʒ ß. mellis roſati colati ʒ iij. Miſce,& ex hoc liquore fiat iniectio intra vlcus.detergit enim commodè,& carnem generat,vt ex ingredientium natura intueri licet,& docuit euentus.Hoc ſequenti vnguento poſt iniectionem intra vlcus cum turundis, ſpleniis ac liciniis vtebamur commodè:

Vnguentũ ad deterſionem & glutinationẽ vlceris efficax.

℞. Succi plantaginis ʒ iiij.ſucci agrimonij ʒ ij. ſucci abſinthij ʒ j. vini rubei ʒ iiij. olei roſati omphacini ℔ j. coquantur ſimul ad vini & ſuccorum conſumptionem,in fine addendo farinæ fabarum ʒ ij. ß. farinæ orobi ʒ j. ß.thuris,maſtiches,ſarcocollæ,reſinæ pini,ana ʒ j. myrrhæ electæ,iridis Florentiæ,& ariſtolochiæ rotundæ,ana ʒ ß. terebinthinæ in vino albo lotæ ʒ iij. mellis deſpumati ʒ iiij. ceræ quod ſatis eſt:fiat vnguentum, quo linamenta liciniáque impleta,vlceri imponi iubebamus. Puluere itẽ ſarcotico hoc poſt completam vlceris deterſionẽ intra vlcus vſi fœliciter ſumus:

Puluis ſarcoticus.

℞. Aloes electæ ʒ ij. thuris & corticis eiuſdem,myrrhæ,ſarcocollæ, ana ʒ j. radicis iridis Florentiæ ʒ iiij. fiat omnium puluis tenuiſsimus, admouendus cauo vlceri ad impletionem cauitatis.Quin & fotu exſiccãdo vlceri accommodato,& ad cicatricem inducendam idoneo,poſt præfata vtendum duximus.

Fotus ad vlcera glutinanda.

℞. Foliorum plantaginis M. ij. abſinthij M. ß. foliorum oleæ, lentiſci,ſummitatum rubi,ana M. j. foliorum betonicæ M. ß.florum chamæmeli,meliloti,hyperici,anthos,ſtœchados,roſarum rubearum, foliorum ac granorum myrti, ana M. j. fiat decoctio in ſufficienti quantitate

aquæ,

aquæ, addendo in fine vini rubei adſtringentis ℔ iiij. Fiat fomentum parti affectæ ante applicationem apparatus bis in die. Quin & altero hoc, quum primum non ſatis prodeſſe videretur, vſi ſumus. ℞. Centaurij minoris M. j. roſarum rubearū P. j. ß. myrrhæ groſſo modo contritæ ʒ ij. j. aluminis rupini ʒ j. bulliant omnia ſimul in vino rubeo craſſo pro fotu cum filtris infuſis & expreſsis, vt decet. Fotum hunc cōſequebatur iniectio adſtringens & epulotica: ℞. Foliorum plantaginis & hederæ recentium, ana P. j. roſarum rubearum P. j. granorum myrti conquaſſatorum P. j. ß. foliorum & florum centaurij minoris P. j. aluminis rupini ʒ j. corticum granatorum ʒ j. ß. Fiat omnium decoctio in vino rubeo. Coletur, & de colatura iniici in vlcus cum ſyphone recto iubebamus, probè iam mundificato vlcere: quæ ſanè mundificatio cum præordinatis iniectionibus, tum verò maximè ſequenti vnguento celerrimè omniū perfecta eſt. miram namque in detergendis ab ichoribus & ſorde vlceribus vim habet: conſtat autem his: ℞. Succi apij ℔ ß. (mirabile eſt in detergendis vlceribus) mellis electi ʒ iiij. farinæ hordei ʒ ij. farinæ orobi ʒ ß. myrrhæ electæ ʒ ij. terebinthinæ ʒ j. ß. decoquantur omnia ſimul. Fiat vnguentum, quo licinia imbuantur, & in vlceris cauitatibus indantur: optimè vlcera & citra morſum purgat. Ad carne implendum vlcus hoc ſumus emplaſtro vſi: ℞. Lithargyri auri ʒ vj. olei roſati omphacini ℔ j. ß. aceti roſati ℔ ß. coquantur ſimul lento igne, perpetuò cum baculo ſeu rudicula palmea agitando, donec acquirat colorem nigrum, ad bituminis & cerati conſiſtentiam. Fiat magdaleon, ex quo fiat emplaſtrum ſupra vlcus apponendum. In fine verò curationis emplaſtro diachalcitheos cum emplaſtro è pompholyge vſi ſumus: in quo tantō curādo vlcere cauo nihil magis profuiſſe poſt illius deterſionem deprehendimus, quàm vt puluinis paulò craſsioribus vndique ad vlcus admotis, quà cauitates ſuberant, carnem diſsitā & hiulcam fortiter inſtitis preſsis ſubditæ carni apprimeremus. id enim glutinationem maximè procurat, ſiquid aliud, vt nos experientia docuit. Nec verò in præſens ea recenſebo præſidia quæ ad febrem & eius ſymptomata præſcripſimus, ſyrupos, decocta, epithemata ad cor, vnctiones ad hepar refrigerandum, ſomnifera data, & cætera huiuſmodi: quæ quoniam triuialia ſunt, & in communi vſu poſita, non eſt quòd recenſere ea tanquam magni momenti auxilia debeamus. Hæc fuit curatio laboris & ſollicitudinis plena, quam nobis laborans hic exhibuit: in quo curando omnes profectō ingenij neruos, omnia artis præſidia, quibus citra ſectionem curari morbus poſſet, ſedula manu adhibuimus. Id vt conſtet, præſtare longiore quidem tempore morbum curare, modò tutò id fiat, quàm breuiore & cum diſcrimine vitæ: etſi quidam cœtus noſtri, ex chirurgis dico, conſtanter aſſeuerarint citra ſectionem curari nunquam morbum poſſe, cuius contrarium euentu ipſo fœliciſsimo perſpeximus: ad laudem Dei, qui ſolus mirabilia magna facit.

Iniectio epulotica.

Vnguentū deterſorium.

Emplaſtrū epuloticū.

Observationum medicinalium libri sex - page 231 sur 308

©BIUM

OBSERVATIO SECVNDA.

QVIBVS mulieribus Arelate exectus ſit infans chirurgica manu, matre ſalua.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

DE infœlici ac miſerando mortui partus extrahendi modo ac ratione dicturus, à deploratione humanæ calamitatis congruè incepiſſe videbor. Miſeret profectò atque pudet æſtimantem, vt cum Plinio dicam, quàm friuola ſit animalium ſuperbiſsimi origo, quum plerumque abortus cauſa fiat odor è lucernarum extinctu: & qui viribus fidit ſuis, qui fortunæ munera amplexatur, & ſe quidem non alumnum tantùm eius ſed partum exiſtimat, tanti tamen perire poteſt. Is demum profectò vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. Nam quæ fragilitas, quæ miſeria maior, aut miſeranda magis, quàm à viua matre enectum infantem vi illata è intimis viſceribus fruſtillatim extraxiſſe? Sed hæc eſt muliebris naturæ conditio, vt in dolore pariat, & in partu de vita ſæpe periclitetur: quod iis maximè euenit quibus eſt ferramentis chirurgica manu educendus fœtus: rem ſanè atrocem & ſpectatu grauem. Sed ad id tamen ſæpe vel inuiti cogimur, vt ſeruetur mater, vi partum educere: quod in ægrè parientibus, vel ob fœtus magnitudinem, vel ob virium matris infirmitatem ſæpe eſt experiri. Quo ſanè miſerando affectu pleræque Arelatenſes mulieres laborare ſolent, vt præ partus difficultate mortuo intus fœtu, extrahi eum oporteat. Quædam namque prægnantes ſunt (ait Hippocrates) quæ non ritè pariunt, ſed intus fœtum perdunt: quem vel conciſum, vel integrum, ſi fieri poſsit, educere oportet. Eductionis porrò modum tum ipſemet Hippocrates, tum Paulus Aegineta, tum & Auicenna doctiſsimè tradiderunt. Sed antequam ad tantum opus progrediamur, ſpectandū id primum eſt, ſuperſtésne mulier futura ſit, an minus, vt Paulus ſcitiſsimè annotauit: & ſi quidem ſeruari mulier poteſt, tunc manum admoliri oportet: ſin contrà, attingi non debet. Quæ ſeruari non poteſt, his ſignis deprehenditur, diu in partu multúmque laborauit, defecta virtute eſt, pulſu paruo, languido, inordinato, inexpugnabili dormiendi neceſsitate conſopitur, deiecta & reſoluta decumbit, vix excitari poteſt: & ſi excitetur clamoribus, vix reſpondet, rurſúſque ſoporatur. His ſignis morituræ deprehenduntur, à quibus manum abſtinere oportet, nec eas attingere. Quæ verò ſeruari queunt, horum quæ prædiximus nihil patiuntur, ſed conſtantes & forti animo degunt, bono pulſu prædite, viuaces & robore plene: his admouenda ſalutaris manus eſt in hunc modum: Reſupinam in lecto mulierem collocare oportet decliui poſitu, cruribus valde elatis atque diſiunctis, quę mulieres vtrinque fortiter contineant, aut mulieris pectus vinculis lineis mollibus lectulo firmare oportet, vt ne corpus, attrahentis chirurgi manum ſe

Lib. 7. natural. hiſt. cap. 7.

Lib. de partus mortui extractione.

Vbi ſuprà Paul. lib. 6. cap. 74.

Auic. fen 21. 3. tract. 2. cap. 14.

Extrahēdi fœtus mortui ratio.

num ſequẽs, vim tractionis diſſoluat. Hippocrates linteo caput tegere, ne videns mulier quæ fiunt, néve ferramenta & vncinos ſpectãs terreatur, iubet: ſed præſtat inſtita oculos claudere, quàm caput & os integere, ne in reſpirãdo vim patiatur. Tum verò chirurgus denudatis & liberis brachiis, manibúſque multo oleo illitis atque perunctis, molliter vuluę alas diducat, & in oſtium vteri leni motu & blãdo ſenſim manus inferat, pertentãs ac diſquirẽs pueri ſitum ac formam, atq; vbinam vncũ quo fœtus extrahatur, defigi cõueniat. Nam non omnes loci idonei ſunt in quibus infixi vncini detrahere fœtum poſsint: præcipui habentur ſi in caput infans prolabatur, occiput, oculi, ſed minus id tutum eſt, clauiculæ & ſub coſtis regiones tutiores, nempe quæ Græci hypochondria vocant: quemadmodum ſi in pedes deſcendat, ad oſſa ſuper pubem infigere vncinum oportet: vel in coſtis nothis, hoc eſt, intercoſtalibus muſculis: benéque firmato vncino ſenſim trahere non confertim oportet, ne diſrumpatur quod vncino arreptum eſt. Noſtri verò chirurgi Arelatenſes, qui in extrahendis fœtibus expertiſsimi ſunt & longo vſu periti, manibus in pudendum mulieris iniectis puerum circumuoluunt, & in oſtium vſque pudendi demittunt ambabus manibus: niſi vehementer in alto impactus ſit infans: quòd ſi ſit, tum vncinis detrahunt. Si ſecundum dorſum aut latera conſiſtat fœtus, ambabus manibus dirigunt, quoad in caput fœtum conuertant: quod magna certè dexteritate faciunt: quò perfecto vncinis ad clauiculas affixis vi tota enixi fœtum integrum extrahunt. Sic hoſpitæ diuerſorij diui Sebaſtiani extractus fuit infans, quem mater ſanguicula & bene habita tum ob locellorum anguſtiam, tum ob fœtus magnitudinem & capitis molem eniti non potuit, integérque hac ratione à Ioanne Chapaſio chirurgo bene docto euulſus fuit, ſalua & incolumi matre: ſic honoratæ mulieri & prudentiſsimæ Ioannæ Camaretæ, Franciſci Rodolphi coniugi eductus pariter fuit: ſic perinde Claudiæ Alberti textoris vxori, item hoſpitæ diuerſorij trium columborũ, & Delphinæ pauperculæ mulieri. Tum verò & multis aliis, quibus in tanto diſcrimine poſitis ſubleuandis non ſolùm interfui, ſed & ſalutaris præfui. Quoniam verò ab eo opere valde deiectæ viribus & proſtratæ mulieres remanere ſolent, ſolemne mihi eſt vt potionibus, & iuſculis optimis, vinóque odorato & potenti vires reficere tentem, tum verò & locos fouere ac roborare fotibus cõgruis & vnguentis, iubeóque diutiſsimè in lecto conſiſtere, ne motu partes affectæ oblædantur, & doloribus ægræ torqueantur. Quin & in totum à frigore cauere eas omni ſtudio iubeo, quo nihil nocentius in eo caſu mulieri puerperæ à qua exactus ſit infans accidere poteſt. Itaque poſt eductum infantem mox calidis pannís lineis fouere locos ſoleo: & ſi hæmorrhagia ſubſequatur (vt ferè ſemper ſubſequi ſolet) decocto roſarum, abſinthij, foliorum myrti, & artemiſiæ (quæ mirificè locis muliebribus confert) incoctis in vino omnibus, fouere locos ſoleo, additis in decocto caryophyllis, & vnguine comitiſſæ vocato locos illinere. Potionem ex puluere diamargariti frigidi & diambræ (qui puluis matricis affectibus magno vſui eſt) ex aqua bugloſsi & vino albo tenui deuorandam propino. Quòd ſi vlcuſcula aut rhagadiæ

Vbi ſuprà.

Observationum medicinalium libri sex - page 233 sur 308

ex vi illata cooriantur, ex vino decoctionis equiſeti & centinodiæ cum pauco melle roſato ablui iubeo, mox vnguento è pompholyge illiniri. Mulieri textoris ſtillicidium vrinæ poſt eductum infantem accidit, ob reſolutum veſicæ colli muſculum: quam tamen ego longo temporis tractu fœliciter perſanaui, demiſſa in oleum calens muliere, in quo folia lauri, betonicæ, ſaluiæ, libanotidis, origani, pulegij, cum floribus chamęmeli, roriſmarini & ſtœchados præbullierant: móxque ab inſeſſu ex oleo lumbricorum, liliaceo & vulpino, in quo catelli pingues ad diſſolutionem oſſium à carnibus deferbuerant, & expreſsione facta indebam ſtyracis calamitidis, benioini, opoponacis, olibani, macis, nucis myriſticæ, ſingulorum drachmam, addita aqua vitę ter diſtillata, & anſeris adipe atque cera, mirificum paraui vnguentum: à quo quum totos menſes duos vſa eſſet, integrè leuata eſt, & denuo pluries concepit, & fœliciter geſtauit atque peperit quos conceperat: & in pręſens vegeta & incolumis degit, ad laudem Dei glorioſi & excelſi.

OBSERVATIO TERTIA.

EX dente putrido ſine vlla vi ac ſine ferro euulſo, ſed ſolo digito apprehenſo, & leniſſimo concuſſu emoto atque educto, ingens ſecuta hæmorrhagia ex arteria gingiuæ ſubdita, cui dens innitebatur, ſanguine vbertim fluente, vt riuulus è fonte manans videri poſſet, in vidua anu Docelina Voltana, honeſta muliere. Viſum Arelate anno reſtitutæ ſalutis ſeſquimilleſimo quinquageſimonono, Iulij menſis viceſimanona: & quæ à me breui curata fuit, quum triduum totum perpetua in cruentatione non vocato medico conſtitiſſet.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

IN minimis eſt interdum maxima admirari. Quis enim non valde miretur è dente ſine vi vlla emiſſo ſanguinis tantum emanaſſe, vt ad libram vnã ponderalem vno impetu eiectum ſit, & altero die ferè tantum, idque ex arteria fluente gingiuæ ſuppoſita? quæ & ipſa cum eroſione laboraret, nimirum ſi tantus ſanguis prodierit, ab eroſo namque vaſe multò copioſior quàm ab aperto fluere ſanguis ſolet, vt omnium medicinæ auctorum concors ſententia eſt: quæ cauſa fuit vt in hac muliere tantus manarit ſanguis. Quem quum leuioribus auxiliis ſiſtere non poſſemus, maioribus pugnauimus, nempe chalciti de vſta impoſita, quæ profectò in ſiſtendo ſanguinem mirificam vim habet: nam & vehementer adſtringit, & cauſtica virtute inſtar ignis fluorem omnem comprimit. Poſt reſtinctum ſanguinem decocto oleæ, lentiſci, rubi, centinodiæ & plantaginis, addito thuris polline, locum eroſum fouimus, & melle roſaceo quicquid putre erat ſuſtulimus. Sícque prius mundificata

dificata parte, demum exsiccata atque carne impleta, quod puluere sarco tico impleuimus, curata mulier breui fuit: quæ tamen quum annosa esset, imbecillior mansit, sed congrua victus ratione restitutis viribus, pristinæ sanitati fuit reddita. Eadem verò mulier multò post quum ex casu ab alto in vinariam cellam caput defregisset, magno vulnere in fronte & facie accepto, quum ferè destituta moritura credebatur, conualuit præter omnium expectationem: tantum valet etiam in senili ætate naturæ robur. Erat enim octogenaria mulier, exanguis, sicco, squalido ac rugoso corpore, sed viuaci tamen & latetium virium pleno: vnde effectum est vt etiam tantum mali superare potuerit, & ob siccitatẽ corporis vulnera illa grandia expectatione citius agglutinata sint. Quæ admirationem profectò assidentibus non minimam ingenerarunt. Sit laus Deo.

OBSERVATIO QVARTA.

PETRVS Caprarius puer octennis pleuritide laborans, sanguine misso curatus intra septimum diem, Arelate anno M. D. LX. *mense Augusto.*

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

GALENVS alter secundum Hippocratem medicinæ magister, dum ex ætate de mittẽdo sanguine indicationem sumit, libro de curandi ratione per sanguinis missionem, pueris ante decimumquartum suæ ætatis annum venam secari conceptis verbis prohibet. Nec pueris, inquit, venã secabis vsque ad quartumdecimum ætatis annum. Et libro nono methodi medendi dum mittendi sanguinis scopos tractat, ad naturam & ætatem in primis attendendum esse iure optimo affirmauit. Ex ætatum albo duas tantùm ab ea quæ per sanguinis fit missionem euacuatione summouisse apertè est visus, puerorum inquam & senum: quòd puerorum ætas ad digerendos exhalandósque succos suapte natura propensa sit, senum verò inualidior & infirmior quàm vt vacuationem huiusmodi ferre possit. Quamobrem quum & in pueris substantiæ fluorem dissipationémque ob ætatis eorum mollitiem vereatur, in senibus verò natiui caloris extinctionem: magna sanè ratione tam pueros quàm senes à venæ sectione cohibuisse est visus. At verò si quis rem recta reputet via, inueniet profectò maiorem à morbi specie & magnitudine, quàm ab ætate de mittendo sanguine sumi debere indicationem. Nam quum ad annum decimumquartum pueris secari venam inhibuit Galenus, de ea sanguinis detractione meritò intellexisse est visus, quæ suis temporibus in vsu erat, quam copiosissimam esse solere nemo est qui ambigat, & metipse testatur Galenus, quum in muliere quadam ex tenuata ad tres libras se sanguinem misisse testetur conceptis verbis idem auctor, in historia mulieris mensium suppressione laborantis à se curatæ.

Com. 3. ad 6. Epidemiorum sum per textu 29.

Solebant

©BIUM

Solebant enim Græci in mittendo ſanguine audaciores eſſe,& quàm nũc copioſius ſanguinem mittere: quam ſanè copioſam vacuationem quum pueri ante annum decimumquartum ferre minimè queant, ob id mitti illis ante id ætatis ſanguinem vetuit. Quod & ipſum hac ratione conuinci haud difficulter poteſt,quòd idem Galenus eodem ipſo libro de ſanguinis miſsione,pueris etiam parcè mittere ſanguinem audet, vbi morbi ratio poſtulat. Minus autem detrahimus (inquit) quàm plenitudo commonet,quod ad ætates pertinet in pueris:quod ad corporis habitus in candidis,& quibus mollis teneráque caro eſt. Qua quidem ſententia non omnino non detrahendum,ſed parcè & modicè detrahendum pueris ſanguinem ſuadet,minus ſcilicet quàm plenitudo poſtulat. Nam etſi vacuatio huiuſmodi plenitudini non ex æquo reſpondeat,quod reliquum eſt ſperat Galenus naturæ beneficio ſuperatum iri. Conſtat autem pueritiam, auctore Galeno,ab ipſo natali ortu in annum decimumquartum porrigi,eáque periodo finiri,vt lib.1.aphoriſmorum com.13.elici poteſt:quæ ſanè ætas ad pubertatis tempus extenditur. Incipit autem pubertas à quartodecimo,deſinens in vigeſimumquintum,vt idem auctor lib.3. aph.com.27.& lib.5.com.7.conceptis verbis affirmauit. Non dubium igitur quin & pueris mitti ſanguinem ex vſu ſit interdum,vt etiam ipſius Galeni teſtimonio lib.de curatione per ſanguinis miſsionem, aſſerere non erubeſcimus, ſi modò parcè & modicèfiat,& in tẽpore,morbi natura id exigente. id enim conceptis verbis præcitata à nobis ſententia Galenus affirmauit. Quin & experientia ipſa confirmat id magni eſſe momenti in curandis puerorum grauioribus morbis, ſi parcè & modicè ſanguis mittatur: vti in hoc quo de nunc agimus octo annorũ puero bene habito accidiſſe experti ſumus. Nam quum is Auguſto menſe in grauem pleuritidem incidiſſet, eſsétque canoſo & bene compacto corpore, ſolidis muſculis,viuido colore, grauitérque conflictaretur acutiſsima febre,dolore ſiniſtri lateris punctorio, difficili ſpiratione,prædixi parentibus non aliam eſſe curationi compendioſiorem viam,aut etiam tutiorem, quàm ſi puero ex eodem latere quo morbus infeſtabat mitteretur ſanguis,alioqui periclitaturum ægrũ. Quod quum mihi à parentibus aſſenſum eſſet, mox è brachij ſiniſtri interna vena ſanguinem detraho ad vncias tantùm quinque,ætatis ratione habita. Et iniecto pòſt ad veſperum clyſteri,rogaui ecquidnam ſe leuatum puer ſentiret: (erat enim ſupra ætatem ſcitus & ſapiens puer) quúmque ſe minus grauari reſpondiſſet,liberiúſque ſpirare & minus dolere, bono animo eſſe iuſsi. futurum enim vt breui integra ſanitate frueretur,quod & Dei beneficio factum eſt. Nam quum ſecundo à morbi initio die miſſus illi fuiſſet ſanguis,tertio ſpuere copioſè cœpit,quarto ſudare, itẽ & quinto:ſeptimo verò vnà cum ſudore è nare ſiniſtra manante ſanguine, decretoriè liberatus eſt,paucis admodum adhibitis auxiliis: fotu,inquam,ad latus ægrum, & vnctione dolorem ſedante,eclegmate ſimplici ad promouendum ſputum dato,& ſyrupo ad eundem ſcopum accommodato:quæ quoniam triuialia ſunt,nec digna quæ præſcribantur,ſilentio tranſibimus. Quod huic puero ſalubriter eueniſſe miſſo ſanguine diximus, idipſum quoque Arduyno

duyno Marino, Antonij Marini filio nouem annos nato, item & Iacobi Bonſoni filio decenni, ambobus pleuritide laborantibus, qui miſſo ſangui ne exigua copia, breui ſanati fuere, Dei ope adiuti. Illud vt intelligamus, non perinde eſſe à mittendo in pueris ſanguine abhorrendum, vbi morbus aliquis grauis inciderit: quod nos ampliſsima diſſertatione libro quinto Enarrationum noſtrarũ, Enarratione tertia explicauimus: in qua oſtendimus, pueris acuto aliquo morbo tentatis & habitioribus, cõmodè mitti ante ætatis annum decimumquartum ſanguinem poſſe. Nec ob ætatis molliciem, aut ſubſtantiæ fluorem deſiſtendum; nam nec ex tantula euacuatione diſſoluitur tenera puerorum ſubſtantia, nec virium lapſus inde timendus eſt: & breui ſiquid imbecillitatis accidat, vi naturæ & natiui caloris, quo plurimo pueri pollent, reſarcitur. Sit laus Deo optimo maximo.

OBSERVATIO QVINTA.

ANDRIVA Antonij Boſsicaudij ciuis Arelatenſis vxor, ex pleuritide ſuppurata, tabida effecta, lactis vſu potiſsimum curatur intra menſem, aut paulò amplius.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

MVLIER hæc induſtria & ſedula, dum per ingentia frigora hyemis tempore parum ſibi cauens frigus imprudenter admiſiſſet, in grauem ſiniſtri lateris dolorem cum acutiſsima febre, punctorio dolore in latere percepto, ſpirandi maxima difficultate cum tuſsi valida & ſubcruento ſputo, incidit. Ad quam tertio die vocatus, quum ex ſignis & ſymptomatis, veram eſſe pleuritidem deprehendiſſem, hoc eſt ſuccingentis coſtas membranæ inflammationem, protinus ſuccurrẽdum duxi, quòd acutus & præceps eſſet morbus. in acutis verò medicari eadem die, vt Hippocrates ait, ex vſu eſt: tardare namque in talibus malum. Itaque quum periculum prædixiſſem, ægræque ſuaſiſſem vt ſibi confeſtim detrahi ſanguinem ſineret (valde enim illa reluctabatur) venã aperio è directo affectæ partis, hoc eſt interna ſiniſtri brachij vena. Sic enim commodius atque celerius è affecta parte reuellitur ſanguis, & impeditur phlegmones generatio: qui vnus ſcopus in internorum inflammationibus vel præcipuus habendus eſt, vt celeriter à parte affecta deducamus noxium humorem: quod per venæ ſectionem ab eodem latere quo malum infeſtat perfici quam celerrimè poteſt, vt Hipp. lib. 4. de ratione victus acut. textu 67. & Gal. lib. de curandi ratione per ſanguinis miſsionem, doctiſsimè tradiderunt. Secta vena detraho ſanguinis vncias duodecim, quòd vires validæ eſſent, & morbus magnus. Detracto ſanguine dolorem lateris fotu & vnctione lenire ſatago: fouebam autem maluarum & chamæmeli florum, & furfurum decocto, admota inſuper vnctione ex oleo violaceo, chamæmelino, gallinæ pinguedine recenti, croco

Pleuritis quid.

Lib. 4. aphor. 10.

ti, croco modico & cera. Quin & emplaſtro ex ſertula campana parato (officinæ emplaſtrum de meliloto vocant) cum ſpica nardi & ſtyrace rubea ſum vſus: quod in eiuſmodi affectibus ad leuandum dolorem magni omnino momenti ſit. Tum verò ad promouendum ſputum conuerſus linctus varios, & ſyrupos expectorãtes paro, nempe ex puluere diaireos, diatragacanthi, diapenidion, ſaccharo cando, penidiis ex ſyrupo violaceo & capillorum exceptis. Syrupi verò quibus vtebar erant violaceus, capillorum veneris, de hyſſopo, (eſt enim aggregator bonus, vt Serapio dixit), quos excipiebam decocto herbarum capillarium, ſummitatum hyſſopi, fœniculi, vtriuſque bugloſsi, & florum communium, adiectis papaueris rubri floribus, qui in ſputo promouendo & pleuritide leuanda mirificam profectò, & multo experimento comprobatam vim habere deprehenduntur, mihíque familiare eſſe ſolet id auxilij genus: quo ego innumeros ſanaſſe bona fide teſtari poſſum, & mira de eo experimenta Baptiſta Sardus in ſuo de ſimplicium medicamentorum viribus refert. Quin & floris huius ſiccati drachmæ dimidium cum aqua decoctionis pimpinellæ & ſcabioſæ dare ſoleo, adiecto ſyrupo de hyſſopo, ſi febris magna non ſit, aut violaceo, ſi acutior ſit febris. At verò etſi modis omnibus ſputi promotione pleuritidem hanc grauem leuare tentarem, facere tamen haud potui quin in ſuppurationem abiret: qua ſuppurata ingens ſputi purulenti per os copia prodiit. Ob id autem ſuppurata phlegmone eſt, quòd in quatuordecim diebus ſputo repurgata non ſit. Quicunque autem morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgãtur, ij ad ſuppurationem

Lib. 5. aph. 8. tráſeunt, vt rectè Hippocrates dixit. Quum verò à die eruptionis in plures dies puris per os reiectio produceretur, de tabe periculum ſubeſſe ſum iu

Aph. 15. re optimo arbitratus: iuxta illud Hippocratis lib. 5. aphoriſmorum: Quicunque ex morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus purgantur à die qua fit ruptio, liberantur: ſi verò non, ad tabem tranſeunt. Quod & huic mulieri euenit, quæ quum vltra eum dierum terminũ pus expuiſſet, tota cõſumpta, attenuata, exanguis, planéque tabida effecta eſt. Hanc verò quum deterſoriis potionibus, linctibus, iuſculis & aliis omnibus auxiliis iuuare tentarẽ, & à pectore contentam ſaniem euellere, etſi aliquantum proficiebam talium medicamentorum vſu, non tamen pro ratione euentus optatus ſuccedebat: túmque ad lactis vſum properandum duxi, quòd neque febris grauis eſſet, nec in hypochondriis aut viſceribus obſtructiones vllæ apparerent. Itaque lacte aſinæ recèns mulcto, & ex pauco melle, interdum etiam ſaccharo excepto, quum ægram ſeſquimenſe potionaſſem, cui potioni bolum Armenium ſæpe miſcebam, in integram ſanitatem bonúmque corporis habitum deducta eſt: ſuperuixítque annos totos duodecim. Tandem verò quum puerum fœliciter peperiſſet, retentis, ſecundis & imperitè víque euulſis, miſerè mortua eſt. In hac porrò à præfato tabis affectu leuanda roſaceo ſaccharo ſum plurimum vſus, cuius

Fen 10. 3. trac. 5. cap. 6. miram vim in phthiſi leuanda eſſe Auicenna, narrata tabidæ mulieris hiſtoria pleniſsimè docet. Quod & ego pluries fœlici ſucceſſu in multis expertus ſum: habet enim ſiccandi, & modicè etiam detergendi vim, atque

etiam

etiam glutinandi, vnde mirificè pulmonum vlcera iuuat, & ex consequenti natam inde tabem curat, qua causam tabis admit. Sit laus Deo optimo maximo, à quo omne bonum.

OBSERVATIO SEXTA.

PRVDENTISSIMVS vir Ioannes Icardus, homo probitate singulari, ac claro ingenio, fani diui Trophimi apud Arelaten Canonicus, in graue sanguinis sputum rupto in pulmone vase incidit, magna sanguinis feruentissimi, acuti & biliosi electa per os copia, valida comitante tussi: à sanguinis sputo, exulcerato pulmone, phthisicus fit & suppuratus, cum febre molesta & corporis tabitudine. Curatur integrè summa ac diligenti adhibita cura.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

SANGVINEM quidem suprà ferri & reiici, qualiscunque tandem is fuerit qui excernitur, siue spumosus, siue rubens, flauus, niger, aquosus, aut crassus, malum esse rectissimè Hippocrates dixit: vbi per dictionem *suprà*, Hippocratem solam eam quæ per os fit sanguinis excretionem intellexisse, omissa ea quæ per nares fit, Galenus in Cõmentario aphorismi affirmauit. Nam qui sic educitur sanguis, venę alicuius disruptionem aut per ἀναστόμωσιν, aut διαπόησιν, aut tandem ἀνάβρωσιν significat. non enim egredi sanguis vlla ratione potest, nisi aut adaperto vase, aut rarefacta eius tunica, ita vt quasi transcolatus sanguis, siue sudoris modo transmissus prodeat: postremò quum erosa vena affatim exit. Vtcunque autem foras emanet sanguis ore reiectus, malum id esse constans medicorum omnium assertio est. Itaque quum hic præstans vir quo de nunc agimus, in graue sanguinis sputum derepente inciderit, vndenam erumperet sanguis, & quo vase vel rupto, vel dilatato, est accuratè perspiciendum, vt recta curationis via in hoc curando homine institui possit. Prodire autem sanguinem qui reiiciebatur adaperto in pulmone vase, reiecti sanguinis copia, tenuitas, floridus color, & spuma multa intermista, plena fide indicabant: idque magis quòd citra dolorem vllum in pectore perceptum, is cum molesta tussi egrederetur. Quicũque (ait Hippocrates) spumosum sanguinem expuunt, his è pulmone eductio fit. Quæ signa quum in hoc ægrotante apparerent, loci vnde manaret sanguis indubitatum testimonium præbebant, nempe è pulmonibus educi: his enim signis id deprehendi Auicenna testatur. Vbi enim cum molesta tussi sanguis confertim egreditur plurimus, tenuis, clarus, absque dolore, atq; spumosus, indicio est è vase in pulmone rupto educi. A pectore enim qui exit, cum dolore reiicitur, quòd pars ea membranosa sit & neruosa: pulmonum verò caro laxa, mollis & fungosa, vt Gal. lib. 4. de vsu partium

Lib. 4. aph. 25.

Com. 25. lib. 4.

Sanguinis à pulmone reiecti notæ.

Lib. 5. aph. 13.

Fen 10. 3. trac. 3. cap. 5.

cap.xv.& lib.item ſexto cap.x.abundè monſtrauit:atque ob id nutrimento indiguit exacto, puro, tenui & ſpirituoſo. Alitur enim pulmo (vt proximè citatis locis teſtatur Galenus) ſanguine exactè puro, flauo, ſubtili & vaporoſo. Quamobrem talis quum ore reiicitur, è pulmonibus educi certo teſtimonio eſt. Poteſt enim, vt Auicenna ait, manare ſanguis ex ore, gutture, aſpera arteria, pectore, pulmone, ſtomacho: ſed qui à partibus oris reiicitur, vtpote à gingiuis vel palato, ſine tuſsi educitur, & manationis locus ſenſui conſpicuus ſit. A gutture reiectus, modica cum tuſsi & cum ſonoro ſpiritu (quem Raſcationem barbara voce Auicennæ interpres vocat) educitur: veluti quum ab aſpera arteria maiore cum conatu & ſtertente magis ſpiritu educitur. A pectore verò manantem coarguit dolor ea parte perceptus qua venæ in pectore ſciſsio aut apertio fuerit: ſicuti à pulmonibus reiectum indicant quæ paulò antè commemorauimus ſigna. Qui verò ab ſtomacho manat, vomitu cum nauſea & grauitate percepta educitur, & thrumboſus plerumque, niger & craſſus emittitur. Sedem affectam in hoc viro deprehendimus, nempe pulmones. At verò quum pluribus modis excerni ſanguis ab eo loco poſsit, aut aperto in pulmone vaſe, aut nimium rarefacto, aut etiam eroſo: à quonam horum reiectio illa ſanguinis facta fuerit, inquirendum. Conſtat autem adaperto vaſe ob ſanguinis & copiam & feruorem atque acrimoniam, ſanguinem in hoc viro erupiſſe. Equidem quum hic vir calidi & ſicci temperamenti, calido tamen ſiccum ſuperante, plurimo ſanguine eóque calidiſsimo & bilioſiſsimo abundaret: (quod & floridus in facie color, & victus lauta ratio qua vſus eſt, & venarum amplitudo plena fide indicabant) effectum eſt, vt ab copia & calore ſanguinis diſtenta vaſa ſecundum eorum ora adaperta ſint: præſertim quòd huic internæ cauſæ occaſio externa ingens acceſſerit, quæ affectui creando haud parũ momenti attulerit, nempe vehemens ſanguinis ab igne cui ſe æger applicauerat calfactio. Equidem quum hyemis tempus eſſet, & ſe æger ad pagum vrbi proximum contuliſſet, aſſedit cœnans ad focum, vbi diu dorſo ad focum verſo conſtitit. Qua re factum eſt, vt excalfacto vehementer ſanguine in caua vena quæ ſpinæ dorſi adhæret, eóque attenuato magis, vaſa quæ in pulmone ſunt & ipſa quoque calido & acri ſanguine referta, inſtar vtris nimium pleni, dilatato eorum orificio, adaperta ſint, vnde ſanguis effluxerit copioſus & conferti m reiectus. Quem ſanè effluxus modum ἀναῤῥώσιν Græci vocant, ſicuti eum qui per reſudationem fit διαφόρησιν: eum verò qui ab eroſione producitur, ἀναβρῶσιν dici volunt. A qua parte reiectio hæc ſanguinis manarit, & quo reiectionis modo, iam demonſtrauimus: nempe & à pulmone, & per anaſtomoſin adaperto vaſe. Quænam cauſæ affectus huius fuerint iam prouidendum. Omitto externas illas, caſum, ſaltum, vulnera, ictus, ingentia frigora, clamorem acutum, elatam derepente vocem, intentum curſum, & cætera huiuſmodi, de quibus abundè Galenus lib.5.methodi, & Auicenna fen x. tertij locuti ſunt: quum horum nulla morbo in hoc laborante occaſionem dederit, niſi tantùm ea qua de paulò ante meminimus, nimia & diuturna ad focum ſeſsio. Ex corporeis verò & internis, ſatis conſtat plenitatem

Fen 10. 3. trac. 3. cap. 4.

Cauſæ huius affect.

nitatem nimiam & ſanguinis feruorem ac etiam acrimoniam antecedentem, reiectionis huius cauſam fuiſſe: vnde haud immeritò & copioſus & affatim reiectus ſit ſanguis, qui quum è pulmonibus educeretur, maius periculum minabatur. ſiquidem cui aduenit ſputum ſanguinis, paratus eſt vt in vlcus pulmonis incidat, vt rectè Auicenna dixit. Quàm verò grauia & penè curatu impoſsibilia pulmonum vlcera ſint, exactè 5. methodi explicauit Galenus: quoniam pulmo inter viſcera propter anhelitum perpetuo in motu eſt, quum vtique quietem requirant quæ ſunt ſananda vlcera: tum etiam quòd exulceratis pulmonibus ne in tabem tranſitus fiat periculum eſt. Nam, vt Hippocrates ait, à ſanguinis ſputo, puris ſputum: à puris ſputo tabes & fluxus: quum verò ſputum retinetur, moriuntur. Ob id rectiſsimè Auicenna, ſanguinis ſpumoſi è pulmone reiectionem, & maioris malitiæ & deterioris finis eſſe affirmauit: quaſi nos commonefaciēs, ne affectum contemnamus, ſed ſolerti cura ad eum curandum properemus, ne incurabilis ſegnitie noſtra reddatur. Explicata iam verò morbi eſſentia, cauſis, ſignis, & ſede affecta, ſupereſt vt curationis modum quo vſi ſumus ſubnectamus: ſi modò prius id explicauerimus, hominē hunc diutiſsimè ægrotaſſe, nempe menſes totos ſex, vt qui à ſanguinis ſputo in ſaniei ſputum inciderit, vlcere in pulmone creato: à quo tandem Dei clementia, & qualicunque opera noſtra integrè liberatus fuit; ſubiicienda nunc methodo.

Fen 10. 3. trac. 3. cap. 4.

Lib. 7. aph. 15. 16.

Vbi ſuprà.

CVRATIO.

Ad hunc laborantem virum optimum vocatus, vt primùm reiecti ſanguinis copiam, colorem, reiectionis modum animaduerti, & ex pulmonibus educi cognoui: nihil antiquius habui quàm vt celerrimè morbo mederer: id à Galeno edoctus, confeſtim à ruptura vaſis curationē inchoandam, antequam phlegmonem excitet ruptio vaſis, protinúſque glutinandum: quòd excitata phlegmone in pulmone, exigua ſpes ſit vaſis poſtea glutinandi, aut ſaltem in longiores moras morbus protrahitur. Ob id autem difficulter curari talia vlcera poſſunt, quòd phlegmone ſoluta eluenda ſit vlceris ſanies, demum glutinandum vlcus: quod magno certè negotio confici poteſt, ob continuum partis motum (moueri namque perpetuò ad reſpiratum perficiendum pulmones oportet) nec alia ſubeſt ad vlceris deterſionem via, quàm per tuſſes & ſpuitiones, vt lib. 5. meth. exactè tradit Galenus. Itaque ſi recta inſtituatur curatio, non rarò fœlix euentus ſuccedere ſolet, vt & idem auctor proximè citato loco vel ſuomet teſtimonio fœliciter euenisse teſtatur, & nos in hoc noſtro ægrotante teſtari plena fide poſſumus. Iubeo igitur mox venam brachij dextri mediam ſecari, atque per vices ſanguinem detrahi, non confertim. ſic enim melius ſanguis auertitur, & ſic etiam Galenus in hæmorrhagiis ſiſtendis auferre ſanguinem iubet. Detraho itaque prima vice ad vncias octo, & quieſcere in omni ſilentio ægrum iubeo: poſt horas ſex, iterum vncias ſex demo, cucurbitulas hypochondriis citra ſectionem affigo, vincula brachiis & cruribus admoueo. Oxycrato dilutiſsimo colluere os impero, & deuorare etiam aliquid ſuadeo: vti & faciendū Galenus iubet lib. 5. methodi. Quin & potionibus refrigerantibus atque adſtringentibus compeſcendum ſan-

Lib. 5. metho.

Lib. 5. meth. & com. 3. ad 6. Epid. ſuper textu 29.

Observationum medicinalium libri sex - page 241 sur 308

Lib.7.aph. 37. guinis impetum fategi, vt in huiusmodi profusionibus faciundum Hippocrates iubet. Præscripsi igitur potionem hanc: ℞. Boli Armeniæ, lapidis hæmatitis, ana ʒ j. aquæ arnoglossi quantum sat est, syrupi myrtini ʒ ij. pulueris diatragacanthi frigidi (vt ad pulmones deduceretur) ʒ ß. Misce: potio paretur, quam frigidam dare iussi: quod in omnibus sanguinis manationibus perpetuum esse debet, vt Hippocrates rectissimè iussit. Potio autem præscripta ab Auicenna plurimum commẽdatur: quam & ipsam non semel exhibui, additis pastillis ex electro, quos officinæ trochiscos de Karabé vocant, & summè ab Auicenna in hoc affectu commendantur. Sed quum adhuc parum res è sententia procederet, fluerétque sanguis, etsi non pari impetu quo antea, ad fortiora properandum duxi: nempe ad ea quæ & eadem opera sanguinem adstringendo sisterent, & tussim compescerent, ac somnum conciliarent. his enim scopis in hoc curando affectu plurimum egemus. Potionem igitur hanc paraui: ℞. Philonij Persici ʒ j. pulueris lapidis hæmatitis & boli Armeniæ, ana ℈ ij. pulueris diarreos simplicis ʒ ß. succi plantaginis depurati ʒ j. aquæ decoctionis hordei & plantaginis quantum diluendis omnibus sat est, syrupi capillorum ʒ j. (ad deductionem ad partes affectas.) Paretur potio, quam sub noctis initium, quum se in somnum daturus æger esset, dari iussi: ex qua mirificè profectò fuit adiutus. Nam & compressa sanguinis ea nocte manatio fuit, & conciliatus somnus, & consecutione quadam sedata tussis, ob vim opij quæ medicamento inest. Dedi porrò id medicamenti in vicem theriacæ recentis quatuor mensium, quam se illustri mulieri Romanæ dedisse Galenus lib. 5. methodi medendi testatur. Quæ quum ad manum non esset, illius loco propinandum Philonium iure optimo duxi: Philonium dico Persicum, quod mirificis laudibus Mesueus commendauit, cap. de fluxu sanguinis ab ore: dicens vehementis esse virtutis ad screatum sanguinis ex ore, quod & ipse profectò millies sum expertus. Eclegmate quoque ad sistendum sanguinem tali vsus sum, & contulit: ℞. Tragacanthi, gummi Arabici, sanguinis draconis, boli Armenici, amyli, ana ʒ j. seminis plãtaginis & papaueris albi, ana ℈ iiij. pulueris glycyrrhizæ, pulueris diarreos simplicis, ana ʒ j. Misce cum syrupo rosato de rosis siccis, & pauco syrupo capillorum ad deductionem in pulmones: fiat eclegma molle, quod contineri in os diutius, sensimque deuorari iubebã. Quin & saccharo rosaceo (conseruam rosarum officinæ vocant) vti plurimũ iussi, non solùm dum sanguinem screaret, sed & postea quum pus & saniem spueret, vt paulò pòst dicemus. Quantum enim phthisicis conferat, & ad glutinandum vlcus in pulmone valeat, ex historia mulieris deploratæ tabe laborantis, quæ hoc remedio integrè curata fuit, vel Auicennæ præclaro testimonio constare potest. Fen 10. 3. trac. 5. cap. 6. Ad pectus porrò admoueri vnctionem iussi huiusmodi: ℞. Olei rosati, & violacei (ne ab adstringentibus spiratio læderetur) cuiusque vncias duas, axungiæ renum hirci ʒ j. amyli, tragacanthi, boli Armenici præparati, ana ʒ j. croci ℈ ij. ceræ albæ quantum sat est. Misce: fiat linimentum, quo totus thorax vngatur tepidè, appositio lineo panniculo tenui & duplicato, ne à frigore externo pectus læderetur. His

Fen 10. 3. trac. 3. cap. 6.

Lib. 5. aph. 23.

remediis

remediis cum proba victus ratione sisti sanguis cœpit. Quòd verò ad purgationem pertinet, quoniam in eo morbi genere exagitantia & delectu trahentia medicamenta grauem noxam adferunt, abstinendum ab his meritò duximus, & tantùm ad bilioſum humorem educendum, qui sanguini commistus erat, & hæmorrhagiam magis excitabat, radice barbara ex tota substantia puluerata, & in aqua plantaginis soluta, vsi sumus ad drachmas duas, adiecta rosacei syrupi ex rosarum infuso parati vncia. Vbi enim viscera adstringendo roborare volumus tum puluerato rhabarbaro magis quàm diluto vtimur, vt Mesuei sententia est: Lib. de me dic. simpl. purg. cap. de rhabarbaro.
& vbi maiore adstrictione opus est, assum dari vel vstum idem auctor iubet. Plus autem in substantia datum soluit, & soluendo partes corroborat, ob terream & adstringentem in eo substantiam: etsi id non vsquequaque cuidam magni nominis viro, & de re medica optimè merito probetur. Qua de re quum integra dissertatione agere in animum induxerim, in præsens plura non addam, & ad institutum reuersus, vbi iam sanguinis fluor præscriptis remediis cohibitus fuisset: perstitit tamen tussis, febris assidua, spirandi difficultas: ad quæ, post sex aut octo à restincto sanguine dies secutum est puris sputum: quod plerumque sanguinis è pulmone reiectionem insequi solet, vt Galenus conceptis verbis com. xv. lib. septimi aphorismorum affirmauit: inquiens, non omne sanguinis sputum, sequens habere purulentum sputum, sed quod malignum existit: tale autem esse quod est omnino ex pulmone. hæc enim Galeni eo loco verba sunt. Vnde minimè mirum si in hoc viro quum à pulmone sanguis reiectus manaret, si inquam puris sputum insecutum sit postea: hæc enim, vt citato loco ait Galenus, superuenientia sunt. Tum verò merum pus excerni quum viderem, & solutam in pulmone phlegmonem, & vlcus creatum esse iure optimo iudicaui, pro Galeni lib. 5. methodi medendi sententia: atque ad detergentia & saniem expectorantia esse progrediendum ipsa rei natura indicabat: postea verò ad conglutinantia veniendum. quod subscriptis remediis perfeci. Decoctum hoc confeci, quo plures dies vsus est, & optimè contulit: ℞. Summitatum hyssopi, fœniculi, betonicæ (ea enim vel Dioscoridis testimonio ad tabem & purulentam excreationem probè facit, & sanguinem excreantibus plurimum confert) cuiusque manipulum: herbarum capillarium communium, cuiusque manipuli dimidium: prasij viridis duos aut tres simplices thyrsos (suspiriosis namque, tussientibus, & ad tabitudinem redactis, vt Dioscorides ait, vtiliter datur) passularum exacinatarum numero xx. glycyrrhizæ rasæ & contusæ vnciam vnam, caricarum pinguium numero x. (thoracem enim purgant, veteri tussi, & pulmonum vitiis conueniunt, vt Dioscorides auctor est) seminum maluæ, bombacis, & anisi, ana ʒj. seminum melonum cum cortice contusorum ʒ ij. florum violarum, borraginis & buglosi, florum roris marini, ana P. j. fiat omnium decoctio in aqua hordei receenter facta ad ℔ ij. & colatur. Colaturæ Lib. 4. cap. 1. Lib. 3. cap. 102. Lib. 1. cap. 145.

Observationum medicinalium libri sex - page 243 sur 308

adde mellis electi despumati ʒ iij. pulueris iridis Florentiæ ʒ j. Fiat apozema vt artis est: calidum & sensim deglutitum sumere iubebam: quo quum dies octo esset vsus, expuere crassiora & purulẽta magis cœpit, leuarique qua premebatur spirandi difficultate, & tussi; quam non solùm decocto hoc, sed & syrupis & eclegmatis variis alleuare tentaui. Nam decocto interdum admisceri syrupos expectorantes iubebam; nempe de hyssopo, mel rosaceum, syrupum capillorum. Quin & successu temporis ad syrupum de prasio transij, quòd in detergendo mirificam habeat facultatem: temperaui autem ipsius caliditatem violaceo syrupo, iubebámque ex his syrupis plurimum ore contineri, & sensim deuorari, vt fieri in his affectibus præceptum est. Eclegmata varia in id confeci à leuioribus ad fortiora progressus, quorum primum hoc fuit & lene: ℞. Pulueris diaireos simplicis ʒ ij. pulueris diatragacanthi frigidi ʒ j. ß. penidiorum, sacchari candi, ana ʒ ß. succi glycyrrhizæ ʒ j. ex syrupo capillorum fiat linctus, vt artis est. Item: ℞. Lochsani & experti Mesuei ʒ ij. pulmonis vulpis secundum artem præparati ʒ j. granorum pini mundatorũ & in aqua hordei præinfusorum ʒ ß. pulueris diapenidion sine speciebus ℈ iiij. syrupi de hyssopo & capillorum quãtum sat est. Misce: fiat linctus. Vtebar etiam sequenti confectione ad vires collapsas reparandas, & expectorãdam materiam in pulmonibus contentam, optimi gustus: ℞. Amygdalarum delibratarum ʒ iiij. granorum pini mundatorum, & in aqua hordei præinsorum ʒ iij. fisticorum similiter præparatorum ʒ ij. caudarum cancrorum fluuiatilium in aqua hordei decoctarum (plurimum enim in hoc casu valent) ʒ iij. carnis passularum sine arillis ʒ ij. seminum melonum mundatorum ʒ j. Pistentur omnia fortiter in mortario marmoreo, & cum aqua hordei per setaceum cribrum transmittantur: postea adde sacchari albissimi ℔ ß. sacchari candi, penidiorũ, ana ʒ iij. decoquantur ad conuenientem glutinositatem, continuè rudicula lignea agitando, & in fine adde pulueris radicis iridis Florentiæ ℈ iiij. Misceantur, & fiant globuli, vel tesseræ in crustatæ auri foliis: è quibus vnam aut duas sumere de mane & ante cœnam, & interdum sub conticinium noctis iubebam: & plurimum se leuari sentiebat, & vires refici. Sed quum iam præscriptis auxiliis sanies sat expurgata videretur, & in dies sputum purulentum minueretur, postea quam detersoriis auxiliis menses totos tres vsus esset, ad vlceris in pulmone creati agglutinationem esse ordine progrediendum methodo à Galeno tradita didicimus. Itaque tum plurimum vt quieti intenderet iussimus, non solùm omni corporis motione interdicentes: sed & ab omni forti spiratione, sermone, atque loquela, perpetuúmque indiximus silentium, non hoc tempore tantùm, quo erat vlceris glutinatio arte perficienda, sed & per omne morbi tempus, vsquedum à principio, quum sanguis ex ore plurimus manaret. tum enim quandiu fluxit ore sanguis, omnimodum silẽtium imperauimus: vt quæ vellet æger, signis tantùm & nutu, non sermone significaret: aut saltem demississima voce, & sine conatu emissa vteretur, vt quinto methodi iubet Galenus, atque post eum Auicenna. Quicquum omnia imperata vltrò ac volens perficeret, (nempe curari cupiens

Lib. 3, & 5. meth. med.

Fen 10. 3. trac. 3. cap. 6.

cupiens) adiecit se omnia quæ à medico imperarentur vel spontaneè esse facturum, etiam si difficillima essent, modò curari posset: quòd, pro Hippocratis sententia, non solùm medicum se suo munere fungentem præstare oportet, sed & ægrum & assidentes: illum quidem in obediendo, hos in rectè administrando quod iusserit. Duo in hoc ægri consensu facillima factu impero, sacchari rosacei, & lactis caprini vsum, quum asinini copia deesset. Suadeo itaque vt lacte caprino recèns è vbere animalis multo mensem totum vteretur; adiecto saccharo, & sub noctem conserua rosarum vteretur, & interdiu etiam, cui nonnunquam boli Armeniæ drachmam indebam: quibus quum multum diúque vsus esset, & in cibo furfuris colatura, & ptisanæ cremore, quibus plurimũ vti iubebam, iusculísque ad reficiendas vires aptissimis, integrè summi Dei præpotentis gratia liberatus fuit: viuítque nunc superstes & bene habitus, eiusdem Dei miseratione: cui sit honor perpetuus.

Lib. 1. aph. 1.

Lactis vsus & sacchari rosacei.

OBSERVATIO SEPTIMA.

NOBILIS quidam syphilide morbo correptus ingentem phlegmonem scirrhosam prope pudenda patitur: fit abscessus cum sinu magno ad coxendicem, gangræna in loco affecto cum summa putredine exoritur, vt sectionibus multis opus fuerit: magno labore curatur.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

QVAM multa, quàm grauia, quàm dira & periculi plena ex venerea lue homini mala accidant, experientia ipsa, fidissima rerum testis abundè demonstrat. Vnde euenit, vt ex eo morbo tanquam è Trophonio specu lerna omnis malorum originem ducat: hinc pustulæ in fronte, facie, capite, mento apparentes, totúmque dedecorantes & faciei & corporis habitum nascuntur. Hinc clamosi dolores, hinc tophi tumoréque, hinc pilorũ defluuium, dentium casus & vngium, oculorum chemoses & rubedines, interdum etiam & visus amissio. Quid gonorrhœan & fœdam scabiem, malúmque mortuum taceam? quid inguinum abscessus, pudendorum teterrima vlcera, carcinomata, herpetes, scirrhos silentio transeam? Sed quod omnem admirationem exuperat, annon ex syphilide morbo sæpe in elephantiasin transitus fit (id ego asserere sancta fide possum plurimos me vidisse qui ex lue venerea neglecta, aut potius celata, in elephantem ceciderunt. Hanc ego certissimam pestem in pernitiem hominum qui se totos libidinibus & venereis concupiscentiis dediderunt, à Deo vindice, ad punienda hominum scelera, immissam esse iure reor. Namque interdum à diis immitti morbos, & ab iis opem posci soliram & Homerus ipse inter Græcos, & inter Latinos Celsus noster doctissimè est testatus. Sed hæc mala nos ipsi nobis vltrò accersimus, impura nostra mente voluptatum illecebris deliniti.

Lib. 1. Ilia. Lib. & cap. 1.

Observationum medicinalium libri sex - page 245 sur 308

©BIUM

donitio ad auctodigna ad uersus eos qui syphilide morbo corripiuntur.

niti. Sed tamen, vt est in prouerbio, nocet empta dolore voluptas. Quis non enim si virile est illi pectus, non centies mori malit, quàm tot doloribus, vlceribus, abscessibus, tophis, & mille mortis generibus cruciari? præsertim id si animo cogitet, curationẽ ipsam ipso penè morbo grauiorem fore? Sed quid? cæci sunt qui habenis laxatis sese in præceps dedunt. Miseret profectò atque pudet æstimantem, quàm malè sibi consulant, qui ob momentaneam voluptatem in tantum malorum incauti incidunt. Ex hoc fonte (proh dolor!) graues affectus qui virum hunc oppresserunt enati sunt. Hic namque quum diu multúmque hoc morbo laborasset, nec plenè tamen curatus fuisset, quum sibi tamen sanus videretur, latente vtique morbosa intus excretione, tanquam seminario mali, vnde postea relapsus factus est, recruduítque morbus: dolor grauis & phlegmonosus hominem circa pudenda corripit, incipit apparere cum duritie vastus in crure dextro tumor, crus fere vniuersum complectens. Erat autem dolor grauatiuus potius & tensiuus quàm pulsatiuus, qualis plerunque in tumoribus qui à multis & frigidis succis fiunt, apparere solet. Quum verò multos dies cum dolore non aduocato medico, sed tantùm chirurgo, constitisset, nec ea essent per initia adhibita remedia quæ morbus exposcebat, grauior & sæuior fieri morbus cœpit. Nam (vt rectè Rasius in aphorismis scripsit) Aegritudinem paruam si contemperis, magna fiet. Quidni enim incrementum accipiat morbus, nisi confestim ab initio, pro Hippocratis sententia, quæ nocet materia subtrahatur? vnde rectissimè idem dixisse visus est, quum morbi inchoant si quid videtur mouendum moue. Eò fit, vt si quid ab initio derelictum contemptúmve per incuriam sit, difficulter postea, nec sine discrimine ægri resarciri queat, quòd cum quietem ingrauescente morbo habere oporteat, auctore Hippocrate, tum mouere materiam morbi oporteat, labefactata natura & concoctioni intenta; quo nihil deterius inueniri potest. Ea causa fuit cur tamdiu, tam grauiter, & periculosè æger hic ægrotarit. Nam quæ remedia adhibentur iam à morbi impetu fatigata natura (quod circa ſta um & decretoria fit) tantum abest vt iuuent, vt plurimum tum certè noceant. morbo namque consistente, neque sanguinis missionem, neque purgationem adhibere oportet, vt rectè Gal. lib. 2. aphorismorum com. 29. scripsit.

Lib. 6. aph. 75.

Lib. 2. aph.

Lib. 2. aph. 29.

CVRATIO. Itaque quum ad huius viri curationẽ vocatus, hominem valde & doloribus & vigiliis vexatum cernerem, essentque adhuc validæ vires, ingensque cum duritie tumor vniuersum fere crus occuparet, apparerétque in pulsu bonitas, & præ dolore nusquam consistere æger posset, de remedio adhibendo cogitans, nullum præsentius remedium ad doloris magnitudinem tollendam sum arbitratus, quàm si ægro missus esset sanguis: dicente Galeno, nullum se maius in maximis tollendis doloribus remedium sanguinis missione inueniſſe. Nam etsi tota iam ad partẽ scirrhosa phlegmone obsessam fluxisset materia: (quòd per initia fieri fluxio humoris ad membrum laborans soleat, non morbo increscente, quo tempore tota iam materia fluxit, vt Gal. lib. de totius morbi temporibus disertissimè explicauit) tamen quòd ea in parte fusa magis ob calorem putrescere incipiens

Lib. 1. aph. com. 23. & lib. de venæ sec.

Observationum medicinalium libri sex - page 246 sur 308

cipiens, & dolorem maiorẽ & calorem excitat, vt proximè citato ex Galeno loco conceptis verbis habetur, ea ratione sanguinem mittere percommodum visum est. Quod quum à me factũ esset, conquiescere ea nocte & placidè dormire æger cœpit. Sed tamen & grauitas in crure maxima, & ingens cum doloris sensu durities apparebat, scirrhosę vtique phlegmones indiciũ. Partem verò quum attrectarem, id vt experirer subesse ne pus contentum, & quasi inundans fluor, quod ad suppurationem vergentibus tumoribus fieri semper solet, nihil molle, nihil nutans aut vndabundum inueni, tametsi in imo pus iam gigneretur: nec tamen ob ipsius crassitudinem, & loci densitatem, & puri superpositam molem carneam apparebat. Quibus enim (ait Hippocrates) suppuratio in corpore existens non innotescit, iis ob crassitudinem puris aut loci non innotescit. Quæ causa fuit cur in abscessum nõ abiturum tumorẽ chirurgus arbitraretur: quum tamen & ex doloris & febris magnitudine pus intus gigni deprehendi sanè poterat: dicente vtique Hippocrate, Quum pus gignitur, dolores fiunt & febres magis quàm genito pure. Itaque quum abitionis in abscessum certa sese proderent signa, ex pulsatiuo dolore, qui tum post multos dies ægrum vexare cœpit, ex febris magnitudine, & mollitie quadam in parte perceptis, pus intus gigni, etsi minimè conspicuum esset, ob eas quas paulò antea memorauì causas, pronunciare non sum veritus, eséque ad puris generationem adiuuandam naturam. sequi enim naturæ motum medicus debet, & quà vergit, eo ducere, vt Hippocratis sententia est. Túmque admotis ad partem suppurantibus medicamentis, emollientibus admixtis, probè intentum finem consecuti sumus. Cataplasma autẽ suppuratorium quo vsi sumus tale fuit: ℞. Maluarum, bismaluæ, amborum cum radicibus, cuiusque manipulos duos (ingens enim erat locus tumore obsessus) capitum liliorum alborum ʒ iij. caricarum pinguium numero xxx. florum chamæmeli & meliloti, cuiusque P. j. seminum lini, althææ, fœni græci conquassatorum, cuiusque ʒ j. furfurum macri P. ij. fiat omnium decoctio in aquâ, postea pistentur, addendo farinæ frumenti, seminum lini & fœnigræci, ana ʒ ij. axungiæ porci sine sale ʒ ij. (emollit enim rectẽs & non salita, & vt minus discutit, sic suppurationem promouet magis) vitellorum ouorum numero ij. croci ʒ ij. olei liliorum & chamæmeli, ana ʒ iij. Misce, & secundum artem cataplasma fieri iussimus, quod calidè dies aliquot admouimus parti. Quum verò iam abundè suppurata materia videretur, aperiendum abscessum duximus, ídque cultellari candente ferro, tum quòd in profundo pus cõsisteret, tum quòd ad sistendam putredinem, & malignitatem quæ suberat coercendam, candente ferro vtilius nihil inueniri queat, vt Auicennæ & Albucasis sententia est. Sectione facta, quum pus fœtidissimum, liuens, & mali moris prodiisset ingenti copia, compescendum impetũ duxi appositis puluillis & linamẽtis pluribus, oui vitellis ex terebinthinæ oleo exceptis. Nam etsi oleum per se vlceribus aduersarium Galenus dixerit, quòd sordida reddere vulnera soleat, & glutinationem impediat: quod tamen ex resina terebinthina arte chymica elicitur, ad expurganda sordida vlcera & siccanda plurimum cõfert, vt quotidiana expe

Lib. 6. aph. 41.

Lib. 2. aph. 47.

Lib. 1. aph. 21.

Lib. 3. metho. med.

na experientia docet,& chirurgis omnibus est in more positum. Vbi verò probè deligato vlcere ægrum primo apparatu reliquissemus, paulò post ad eum denuò vocati perreximus, quòd per se ingens puris copia effunderetur ex vlcere, ægérque ferè animo linqueretur. Mox verò solutis ligaturis & vinculis, atque detersò pure, linamenta crassiora & multo plura intra cauitatē indidimus, ne puri exitus pateret tantus: sensim namque vacuandum est pus non confertim quod in vlceribus continetur. Sed interea dum vlcus procuramus, & ingens subesset sinus, nec satis vacuari contenta materia posset, liuor in parte coxendicis ima apparere cœpit, gangrænæ vtique initium: quod quum nunquam antea toto morbi discursu apparuisset, derepente tamen vno die gangræna in parte oborta est. Magnas namque phlegmonas gangræna sequi consueuit, vt Gal. lib. 2. artis curatiuæ ad Glauc. rectissimè dixit. Qua perspecta, mox nouacula sectionibus multis in parte factis scarificatu, partem demortuam salita aqua & vnguento AEgyptiaco admisto fouimus: quin quum mortificatio pergeret, lixiuio ex eodem vnguento admisto vtendum censuimus, quod mirè profuit. nam mox sana caro apparere cœpit. Vbi biduum hac essemus lotione vsi, nōnullisque carnis putris frustulis abscissis, in integrum partem restituimus. Quum verò ea parte pus multum contineri deprehensum à nobis esset, nec posse tamen ore vlceris effundi, quod & multo altius esset quàm vt eo peruenire contenta in profundo sanies posset, & multum interiectum spatium inter vtraque exitum impediebat: faciēdam in imo nouam sectionem, iuxta Galeni decretum, censuimus. Vbi nanque vlceri cauo effluxus non patet, huic moliri effluxum debemus, idque vel totā cauitate dissecta, vel in fundo tantùm aperta: quúmque totam scindere cauitatem periculosum fuisset, in imo aperire oportuit. Quoniam verò ab ore vlceris via quædam facta est ad alteram sectionem, laqueo imposito qui vtraque contingeret, & detersionem vlceris iuuaret, mirè vlceris sordiciem detersimus. Intra vlcus namque detersoria valida iniecimus, nempe decoctum agrimonij, absinthij, apij, aristolochiæ ex hydromelite primùm, postea ex vino & melle, adiecta vitæ aqua, quę in detergendis sordidis vlceribus, & à putredine vindicādis mirabilis semper à me inuēta est, & nunquam me fefellit. Quin & decocto ligni sancti cum aqua vitæ & myrrha vsi sumus fœlici successu. Linamenta verò post iniectiones has, vnguento ex succis apij, agrimonij & absinthij, adiecta myrrha, aristolochia rotunda, thure, mastiche, sarcocolla imbuimus, dato insuper emplastro ex diachilone ireato, & palmeo, quod Diapalma officinæ vocant, Diachalciteos Græci. Tandem verò glutinantibus & sarcoticis vtentes, vbi prius decocto ligni sancti ad dies triginta ægrū potionassemus, illum sanitati magno sanè labore nec minore molestia restituimus, quū ab omnibus deploratus haberetur. Pro quo beneficio Deo sint gratiæ immensæ, laus, honor, & gloria.

Lib. 3. metho.

OBSER

OBSERVATIO OCTAVA.

GASPAR à Varaderia Patritius Arelatensis aneo tormento (vulgò pistole vocant) secundum thoracem transuersim vulneratus, globulo vtrinque à latere ad latus secundum musculos externos permeante, curatur.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

QVAM grauia sint quámque periculosa quæ ab igniuomis telis vulnera infliguntur, ipsa experientiæ fides clarum facit. sunt enim plerunque lethalia ob ictus vehementiam & impetum, ob carnium dilacerationem plurimã, ossium fracturam, contusionem grauem, hæmorrhagiam immedicabilem: ad quæ, verenda symptomata vt plurimum consequuntur, animi deliquia, syncopes, conuulsiones, membrorum syderationes, gangrenæ, & cætera huiusmodi, quę vel citò hominem rapiunt, vel in magnum discrimen vitæ deducunt. Nec mirum profectò: si quis enim modum quo fistulæ æneæ globos plumbeos aut ferreos in earum sinibus inclusos eiaculantur consideret, mirabitur certè quempiam ab his percussum euadere posse. Instar namque fulminis afflati videntur qui ab igniuomo tormento ictum excipiunt: ita exusti à puluere tormẽtario, conterriti, attriti, demortui planè apparent, vt in mortem præsentem præcipites cadant, præsertim si quid interius vulneratum disruptúmve fuerit. Eiaculãtur autem tela igniuoma globos suos vi ignis in suum locum vi sese vindicantis. Quum enim vnumquodque natũra in suo loco consistat, & ab eo semotum, ad suum locum toto impetu feratur, nec extra locum suum quicquam nisi vi coactum consistere potest: efficitur, vt quum conceptus in fistula ænea ignis in puluere tormentario exceptus, ab globulo oppositò extrà ferri prohibeatur, globulum illum intẽtissima vi & magno impetu eiiciat, vt sese proferat, & in aëra pandat. neq; enim inclusus & abditus latere diu ignis potest, quin sese exerat. Fit autem ea in eiaculatione strepitus maximus & mugitus quasi tonantis cœli, quòd subitaria vi eiiciatur quod ignis motum remorabatur: vnde concusso & agitato citatissimo & confertissimo motu aëre, sonitum emittit instar tonitrui. Quemadmodum enim disiecta nube crassa, in qua exhalatio tenuis & calida latitat, tonitru fit, vt lib. 2. Meteororum Aristoteles docet: sic disiecto magna vi plumbeo globo, & percusso aëre, sonus fit qui tonitruum æmuletur. Quum enim arida materia ignem concipere apta intra æneam fistulam cauam contineatur, nempe puluis tormentarius ex sulphure, sale nitro, & saligno carbone constans, eáque globulo vel plumbeo, vel ferreo, aut æneo obducatur: vbi puluis ignem conceperit, quum is naturæ ductu in sublime feratur, nec suum possit nancisci locum, aut foras prodire, denso & crasso globulo obiecto impediente, efficitur vt potentissima vi sua detrudat quod impedit, exitum sibi quærens: in quo eluctans, at

Mod⁹ quo fistulæ æneæ globos plumbeos aut ferreos eiaculantur.

Cap. 8. Seneca lib. 2. natural. quæstio. & Plutar. lib. 3. de Placit. Philosophorũ cap. 3.

©BIUM

ctans, attritu quidem & effractura tonitrui fragorem similem edit, vehementer ac affatim percussō aëre. Maior verò aut minor sonus fit, pro ratione & pulueris & globi impacti. quò enim copiosior fuerit puluis, & tenuior, globúsque crassior & vehementer impactus, eò fiet ob vehementiorem effractum sonus maior: præsertim si ænea fistula magna sit, & globi crassioris capax. Vnde fit vt à bombardis quas vocant, ingens, dum globum eiaculantur, fragor fiat, tonitruo etiam horridior: quòd & maior vis ignis concepta sit, & globus amplior, qui vi eiaculatus, & aëra quatiens, ingentem sonum in aëre edat. Minor verò ob contrarias causas redditur sonus, vt in paruis æneis tormentis, quæ vulgò *Pistolles* vel *Pistoletz* vocant, 10
est cernere. minor namque in his globum emittentibus sonus fit, quòd & breuior sit fistula, nec multi pulueris capax, & ignis non tanto impetu feratur, quòd facilitate maiore quod motum & exitum remoratur disiiciat. Hæc dicere in præsens volui, id vt ostenderem, grauissima esse quæ ab huiusmodi telis inferuntur vulnera, nec nisi solerti cura magnáque adhibita & diligentia & studio curari posse, ob læsionis quam inferunt magnitudinem, quæ cuique euidentissima est. Hic itaque nobilis vir, quum de multa nocte vulneratus fuisset, protinus accersiti cum medico chirurgus, vulnus inspeximus, & specillis plumbeis prælongis immissis, quà vulnus ferretur, num intra thoracem, num tantùm in musculis externis consisteret, 20
experiri voluimus: tum in id etiam, vt si quid indumentorum intra vulnus intrusum esset, id agnosceremus, & amoueremus etiam: qui primus scopus in huiusmodi curandis vulneribus est habendus, vt quæ extranea sunt impacta auferantur. Inuenimus autem à latere in latus secundum musculos externos vulnus inflictum fuisse, globúmque altera parte prodiisse. Quoniam verò frustula indusij linei impacta erant, ea submouimus: apparébántque vulneris ora denigrata, quod à puluere tormentario factum esse certum erat. Nam de propinquo illatum illi fuerat vulnus: vnde factum est, vt non omnis pulueris tormentarij vis dissoluta sit, sed vnà cum globulo adhuc calente adusque vulneratam partem delata fuerit. Nam 30
quum eminus defertur globus tum à multo aëre intermedio dissipatur atque euanescit pulueris vis, atque languescit globuli eiecti impetus: sed quum comminus & è vicino infertur ictus, (vt in hoc factum est) tum maiore impetu globus fertur, & ignea comitante vi, nigricantia & adusta apparent vulnera.

CVRATIO. Vt verò nihil intra vulnus extranei contineri perspeximus, magnam tamen musculorum discissionem aut lacerationem potius factam, mox apparatu congruo tractandum vulnus censuimus. Debent autem vulnera huiusmodi non prout alia tractari, quoniam & contusa perpetuò sunt, & cum multis symptomatis complicata: vbi autem cum contusione vulnera constant, suppuratione opus est, vt ab Hippocrate & Galeno proditum est. Igitur quæ suppurationem mouere possunt, & dolorem sedare, ea protinus atque in primo apparatu sunt admouenda. Id nos præstitimus tali adhibito ad vulnus vnguento: 40

Hipp. lib. de vuln. & fract. capitis, Gal. lib. 3. meth.

℞. Olei liliorum, olei lumbricorum & violati, ana ʒ ij. vnguenti basilici ʒ j. ß. Misceantur, & cum laqueo lineo molli ad

mollí ad vtramque pertingente partem intra vulnus indidimus modicè calidum. Neque enim aliud tum primo apparatu imponere potuimus, quòd & multa nox eſſet,& mox erat tractandum vulnus.In craſtinum verò ſub auroram præmiſſo emolliente clyſteri, ſanguinem detraximus. id enim in omnibus vulneribus,ſi valentes vires ſunt, nec hæmorrhagia nimia obſtet,quæ vires deiiciat,præſentiſsimum eſt remedium, & ad dolorem ſedandum,& ad phlegmonem arcendam ac prohibendam. Tum verò ex oleo decoctionis catellorum pinguium, & vermiũ terreſtrium cum pauco florum chamæmeli & ſtœchados medicamen confecimus, quod intra vulnus biduum totum indidimus,ad ſuppurationem promouẽdam, Sed tamen in circuitu partis vulneratæ,hoc eſt ad partes ſuperiores vulneri,repellentia mediocria admouenda ſunt,ad fluxionem auertendam: quod & nos fecimus,vnguento ex bolo Armenio,ex oleo roſaceo & pauco oui albore liquato,& admoto. Quum verò iam detergendi & mundificandi vulneris ratio à nobis eſſet habenda, (qui alter eſt in huiuſmodi curandis vlceribus ſcopus) his ſumus remediis vſi,vbi prius puris coctionem moliti eſſemus oui vitello ex croco & oleo lumbricorum,adiecta reſina terebinthina cũ aqua vitæ lota, quæ profectò in omnibus vulneribus vlceribúsve detergendis,ſiccandis,& ad bonũ exitum perducendis,mirabilem vim habet,vt mihi iam annos plus quadraginta medicinã factitanti compertum diutina experientia fuit. Tale igitur mundificatiuum vulneri indidimus: ℞. Agrimoniæ,centaurij minoris, ana M. ß. incoquantur in vino puro,& colentur.Colaturæ adde ſuccorũ apij & plantaginis, ana ʒ j. ß. mellis roſati colati ʒ ij. farinæ hordei ʒ iij. croci ʒ j. terebinthinæ Venetæ aqua vitæ lotæ quartum vnum.Fiat vnguentum mediocris conſiſtentiæ. Cur autem in vino potius quàm aqua decoctum fieri iuſsimus, in aperto ratio eſt, quòd aqua vulneribus noxia ſit. Frigidum namque vlceribus mordax,vt Hippocrates dixit in aphoriſmis: & rurſus lib. de vulneribus conceptis verbis præcipit vulnera quæcunque vino non aqua ablui oportere.Quamobrem niſi magna partis vulneratæ calida intemperies adſit,nunquam conſulerem decocta fieri in aqua hordei aut ſimplici, quod plerique facere contra Hippocratis præcepta ſolent:ſiccanda namque non humefacienda vulnera ſunt. omne namque vlcus ſiccari poſtulat,auctoribus Hippocrate & Galeno.Præſtat igitur magis profectò, ídq; vtilius eſt,ſi decocta in vino non in aqua fiant:quod mihi ſolemne eſſe ſolet, nec vnquam aliter facio in vulneribus tractandis, vbi iniectionibus opus eſt. Quin quum & multa ſanie ſcateret vlcus hoc, lotione ſequenti abluendum ſyphone recto cenſuimus,vulgò *ſiringuam* vocant. ℞. Agrimoniæ,centaurij minoris,pimpinellæ,abſinthij,plantaginis, ana M. ß. radicis ariſtolochiæ rotundæ ʒ ij. iridis Florentiæ ʒ iij. fiat omnium decoctio in vino puro & potenti ad ℔ j. ß. In colatura cum forti expreſsione adde aloës hepatici ʒ iij. mellis roſati colati ʒ ij. bulliant iterũ leui ebullitione,& fiat iniectio intra vulnus. Decoctum namque hoc nedum probè vlcus à ſanie detergit,ſed ad conglutinationem promouet:ab hoc decocto mirè iuuabatur æger. Turundas verò ſuperiore vnguento imple-

Lib.5.20.

Lib.de vlc. Gal.3.& 4. meth.

Observationum medicinalium libri sex - page 251 sur 308

bamus, addito postea thure, sarcocolla, myrrha pauca, & aloë. In hoc autē vulnere cum neque putredo, nec mortua caro ineſſet, pulueribus cathæreticis vti minimè opus fuit: ſed ſolis vnguentis detergentibus, & poſtea vlcus glutinantibus, & ad cicatricem ducentibus, quod & nos fecimus. Nam vbi deterſa ſanies, & mundificatum vlcus abundè ſuperioribus auxiliis viſum eſt, tum tale præſcripſimus vnguentum ſarcoticum: ℞. Terebinthinæ Venetæ in aqua vitę ter lotę ʒ iij. mellis roſacei ʒ j. ß. farinę hordei & fabarū, ana ʒ ij. myrrhæ electæ, thuris, aloës, ſarcocollæ, radicis iridis Florentiæ, ana ʒ j. Miſce, & incorporētur omnia ſimul: fiat vnguentum vt artis eſt. Partem etiam ſequēti fotu fouimus: ℞. Abſinthij M. ß. plantaginis tantundem, roſarum rubentium P. ij. corticum granatorum ʒ ij. aluminis rupini ʒ j. fiat omniū decoctio in vino rubeo craſſo, & ex eo calente fiat fotus parti vt artis eſt. Quum verò æger ſpirandi difficultate premeretur, ſequentia præſcripſimus præſidia: ℞. Hydromellis ſimplicis cum melle electo recenter facti ℔ j. ß. in quo decoque ſummitatum hyſſopi montani & fœniculi, ana P ß. paſſularum exacinatarum numero xx. caricarum pinguium num. x. glycyrrhizæ raſæ & contuſæ ʒ ß. fiat omnium leuis ebullitio, addēdo in fine ſacchari candi, penidiorum, ana ʒ iij. bibere ex hoc hydromelite ægrum iubebamus de ſummo mane. Sumus item eclegmate vſi ex puluere diaireos, & diatragacanthi cum puluere glycyrrhizæ & ſyrupo violaceo. Pectori quoque linimētum admouimus ad ſpirationem facilitandam ex oleo violaceo, amygdalarum dulcium, butyro recēti, croco & puluere hyſſopi, ex cera alba exceptis. Corpus ſæpe purgauimus, modò rhacomate infuſo in decocto pectorali cū ſyrupo roſaceo infuſionis roſarum, modò catapotiis, tum & clyſteriis. Optimam victus rationem inſtituimus vulneribus accommodam: hácque methodo obſeruata, intra menſem hominem integræ ſanitati reſtituimus, Dei adiuti auxilio: cuius ſit nomen benedictum in ſecula.

OBSERVATIO NONA.

SVTOR Auenione agens, in capite graui vulnere percuſſus, cum cranij fractura ad duram vſque meningem pertingēte, reſolutione ſimul & conuulſione poſt ſeptimum diem correptus, & ſine voce mutus, dies totos ſeptem manet: curatur tandē magno labore, & nulla relicta labe, à tanto malo integra valetudine fruitur, Dei benignitate.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

Lib. de capit. vuln. & 6. meth. med.

VLNERA capitis bona ex parte grauiſsima eſſe, & plerumque lethalia, præſertim quæ meningas cerebri attingunt, & experientia ipſa edocet, & eſt ab Hippocrate & Galeno pluribus locis aſſertum. Nam quum ab illis principi parti cerebro noxa

bro noxa inferatur, efficitur non rarò vt vulnera huiuſmodi lethalia ſimptomata conſequantur: propterea magna adhibita diligentia & ſolerti cura eſſe tractanda, nec vllum huiuſmodi cõtemnendum (etiam ſi exiguum ſit) Hippocrates lib. ad id dicato conceptis verbis admonuiſſe eſt viſus. Quamobrem ſingula quę accidunt, & quoto quæque die accidant, qualiáque ſint, num ſecura, num timoroſa potius, expendi à medico diligẽter debet: quod & nos in hoc curando ægro, de Hippocratis & Galeni præſcripto, feciſſe fœlix euentus docuit. Nam quum hic ob vulneris magnitudinem, & ſæua quæ poſt ſeptimum diem conſecuta ſymptomata ſunt, moriturus putaretur, pro miraculo habitum eſt, ab orci faucibus hominem reuocatum. Et reuera Dei immenſæ potentiæ ac bonitati ſuos ſeruare volentis aſcribendum meritò eſt, quòd ſeruatus æger hic fuerit: moriturum nãque lethalia accidentia ſuperuenientia minabantur, cõuulſio, inquam, reſolutio, & vocis amiſsio delirio iuncta: inquiente nimirum Hippocrate, conuulſionem ex vulnere lethalem eſſe. Et in capitis ictu obſtupeſcentia & deſipientia malum. Et quibus cerebrum aliqua ex cauſa concuſſum fuerit, neceſſe eſt ſtatim mutos fieri. Cur verò mox ab initio mutus factus non ſit æger, quum tamen accepto graui & magno in capite vulnere concuti debuit cerebrum, in cauſa fuiſſe puto, quòd tum læſum non fuit ea læſione cerebrum, vt vocis ablationem potuerit inferre: quum verò primùm ad ipſum noxa peruẽnit, tum mutus factus eſt æger, nempe poſt ſeptimum, quo tempore & delirium & reſolutio cum conuulſione apparere cœperunt, ob membranæ duræ cerebrum contegentis tenſionem cum phlegmonoſa affectione: quæ talia qualia diximus peperit ſymptomata, cerebri læſionem per conſenſum indicantia. Quum enim in talibus diſpoſitionibus vis animalis à graui vulnere moleſtata in ſeipſam contrahatur: orta verò à cerebro, nempe nerui, tendantur, quidam etiam nonnunquam diſtrahantur, donec ſe rurſus vis animalis collegerit: mutum atque immobile totum iacet quod ſic afficitur animal, quæ docta Galeni ſententia eſt: quod & in hoc ſumus ægro experti, qui ob eam quæ modò dicta eſt cauſam, & conuulſus, & parte altera reſolutus, atque mutus remanſit. Recollecta verò pòſt animali facultate, adhibitis congruis quæ pòſt dicentur remediis, ceſſarunt quæ ab ea laceſsita proceſſerant accidentia, vt ipſo narrationis ordine clarum fiet. Nec opus in præſens habeo vel de morbi eſſentia, cauſisve, vel de ratione vulneris tractare, quòd ſenſibus eſſent hæc omnia euidentiſsima: tantùm id dicam, quum mors certa homini ob vulneris magnitudinem & caſuum grauitatem propoſita eſſet, non tamen euentura ſignificationi ſymptomatum reſpondiſſe. neque enim etſi lethalia apparent in morbo quopiam, aut etiam vulneribus, ſymptomata, neceſſariò mortem conſequi oportet. Verbum enim Lethale non ſemper pro eo quod ex neceſsitate mortem infert, ſed pro eo quod periculoſum, & crebrò mortem adferre ſolitum, accipi teſtatur libro quinto aphoriſmorum Galenus. Quin & ſi certa interdum mortis ſigna apparent, euenit tamen non rarò vt deſerti à medicis conualeſcant. Cur id? quòd naturæ motus non omnes, vt fiunt, à medicis cognoſci poſsint. Cõiecturalis nam

Lib. 5. aph. 1. & lib. 7. 14. & 59.

Lib. 7. aph. com. 59.

Com. 2. Curetſi certa mortis indicia ſint, deſerti tamẽ à medicis cõualeſcant.

Observationum medicinalium libri sex - page 253 sur 308

que eſt ars medica, rationémque coniecturæ talem eſſe, vt quum ſæpius aliquando reſponderit, interdum tamen fallat nos, vt doctè admodum Celſus libro ſecundo capite quinto explicaſſe eſt viſus. Quæ cauſa fuit cur hic ſeruatus ſit, ſi medica reddenda ratio eſt: etſi lethalia omnino ſeſe in eo proderent ſigna: facultas nempe in hoc robuſta & valida vim ſuperauit lethalis morbi: dicente Galeno, valentem facultatem omnia vincere ac ſuperare: imbecillam verò à minimis ſuccumbere ſolere: quod & experientia docet. Iam verò qua methodo in hoc curando homine vſi ſumus, in literas promendum. neque enim leue fuit tanto proſpexiſſe morbo, nec etiam indignũ quod non in accuratam obſeruationem cadat: quando nec ſæpius id euenit, vt tam grauiter ſauciatus curetur, & quum id accidit, referri curationis ratio in monumenta debet, vt poſteris proſit quod nobis euenisſe experti ſumus. Exemplorum namque (ait Galenus) ea pro potioribus habenda quæ ipſi oculis vſurpauimus.

Lib. 10. metho. med.

Lib. 9. metho. med.

CVRATIO. Igitur quũ de multa nocte vulnus æger hic accepiſſet, accerſito chirurgo ſine medico: (erat autem chirurgus Petrus Valens, vir certè ſua arte dignisſimus, & in curandis ægris diligentisſimus) hic primo apparatu, vt facere chirurgi ſolent, amotis prius capillis, & vulnere dilatato, craniíque fruſtulis multis, quæ ab ingenti fractura comminuta erant, vulnus accuratè inſpexit: viditque ad membranam vſque pertingere. Erat autem vulnus ad læuam capitis partem prope verticem, cum ſuturæ obelææ fractura, inclinans ad oſſa capitis petroſa, quæ pro parte etiam diffracta erant. Ingẽs ſanguinis effuſio inde facta fuerat, tum ob vulneris magnitudinem, tum quòd multo ſanguine æger optimo præditus habitu redundaret: appoſitóque puluere illo communi reſtrictiuo vocato, & albumine oui excepto, raſo prius capillitio, vulneri proſpexit: & calente loco cõſtituto ægro, ſic vſque dum luceſceret quieti permiſit. Vocor ipſe multo mane ab chirurgo: accedo, inuenióque grauiter & acutè febrientem, valentibus tamen viribus: vti confeſtim mittatur ſanguis cõſulo: quod & factum eſt, ex cephalica vocata brachij dextri, vt auerſio ad contraria fieret atque longinqua: vt rectè Hippocrates dixit, à tentata fluxione parte quàm longiſſimè ſemper reuellendum. nullo enim magis fluxio atque phlegmone, quæ fieri in magnis vulneribus parata ſunt, coercetur, quàm miſſo per initia ſanguine, ſi æger & florenti ætate ſit, & viribus abundet, qualis certè hic erat. Sub veſperam eius diei iniecto clyſteri, quieſcere hominem ſinimus: & apparatu chirurgico facto, vulnus tractauimus, concoctorio medicamento facto ex terebinthina reſina aqua vitæ lota, oui vitello & croco adiectis: intra vulnus autem pittacium ſerici coccinei melle roſaceo imbuti indidimus ſupra membranam. Quoniam verò caluariæ oſſa aliquot diffracta hærebant, ea terebellis & volſellis, atque propulſoriis ſeu eleuatoriis vocatis ferramentis auulſimus, & medicamentis appoſitis vulneri, caput oleo roſaceo omphacino (magis namque repellit, & adſtrictione ſua potenti partem roborat) vngentes, ſuiſque capitalibus tegumentis velato capite, hominem in lucem ſequentem iterum curandum reliquimus. Tertio die à vulnere accepto rhacomatis diluti drachmas duas, adiecto roſaceo ſyru

ceo syrupo infusionis rosarum, dedimus ex decocto florum & fructuum exceptis. purgatio namque in capitis vulneribus plurimum confert, auctoribus Hippocrate atque Galeno. Vbi rectè vacuatio processisset, cum tenui victu, quem ad septem primos dies imperaueramus, māsit æger absque vllo verendo symptomate: præter febrem quæ ægrum diuexabat, & conceptum ex vulnere dolorem. Sed sub septimū & aliena loqui, & contrahi secundum brachium dextrum, conuulsionéque tentari: secundum verò sinistrum brachiū resolutione diminuta affici æger cœpit, atque sub vesperum diei septimæ mutus & sine voce articulata mansit. Quibus symptomatis apparentibus, quum in deploratis esse ægrum propinquis prædixissemus, non tamen deserendum, sed magis instandum censuimus: generosi medici esse putantes in magnis qui sese produnt morbis vim artis experiri, nec terreri symptomatum aut multitudine aut vehementia: vt rectè Galenus fieri oportere lib. de crisibus tertio nos admonuit, præstaréque (quod Celsus ait) anceps quàm nullum remediū experiri. Itaque maius quidpiam aggredi in animum duximus, nempe tantorum symptomatum causam inuestigare. Quúmque, rem altius meditantes, à læsa animali facultate, ac principe voluntarij motus, & sensus effectrice parte cerebro, hæc symptomata nasci medica ratiocinatione à Galeno desumpta inuenissemus: opportunum duximus huic principi parti affectæ, ortisque ab ea malè affectis pro instantis periculi magnitudine mederi. Clysteri itaque acriori, ad reuellendam materiam, vtendum censuimus, & potione item medicata in posterum diem data: tum verò vnguinibus toti ceruici admotis, quæ & neruosas partes calore suo roborare, & impactam neruis materiam discutere ac digerere, & induratos neruos per conuulsionem emollire possent. Hi enim curationis scopi in hoc præcipiti casu habendi erant, si quid Auicennæ creditur. Addo etiam potiones cerebrum roborantes, & ea quæ foris admota exsiccare ac disiicere impactam intro materiam possent. Horum porrò omnium hæc fuit excogitata à nobis ratio.

Hipp. lib. de vlcerib. Gal. lib. 4. meth.

Lib. 3. de loc. affect. cap. 5. & 10. & lib. 4. de sympt. caus. plurib. capitis item lib. 5.

Fen 2. 3. can. pluri. capit.

Clysteris descriptio talis fuit: ℞. Quatuor remollitiuorum, foliorum hyssopi, sampsuchi, betonicæ, saluiæ, centaurij minoris, cuiusque manipulum: polypodij querni conquassati ʒ j. pulpæ colocynthidis ʒ ß. seminum anisi, marathri & rutæ, ana ʒ ij. florum camomillæ, meliloti & stœchados, ana P. j. radicis pæoniæ maris ʒ j. granorum eiusdem contritorum ʒ ß. furfuris macri P. j. fiat omnium decoctio ad ℔ j. & coletur. In colatura dissolue hieræ magnæ Galeni ʒ j. electuarij Indi maioris ʒ iij. mellis anthosati ʒ j. salis gemmæ ʒ ß. olei liliacei & rutæ, ana ʒ ij. Misce: fiat clyster, quo iniecto mira secuta excretio fuit, pituitæ multæ viscidæ & crassæ tum & aquosæ. Potio in crastinum data hæc fuit: ℞. Catholici ʒ j. diacarthami & diaphœnici, ana ʒ ij. syrupi rosacei solutiui sine scammonio ʒ ij. oxymellis scillini ʒ j. puluueris diamoschi dulcis, & radicis pæoniæ, ana ℈ ij. Misce, & ex decocto betonicę, melissæ, sampsuchi, florum cordialium, fiat potio: qua sumpta varij generis excrementa, tum biliosa tum pituitosa, deiecta sunt. Nec crimini nobis dari velim quod iis paulò vehementioribus simus vsi: nam vbi morbus maximus est, à maximis item remediis est inchoan

Clysteris descriptio.

Observationum medicinalium libri sex - page 255 sur 308

choandum, nec à leuioribus ad fortiorà progrediẽdum, vt rectè Galenus
Lib.1.aph. 16. lib.5.methodi medendi docet, docuítque primus Hippocrates, inquiens: Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt. metus namque, ne dum languidioribus auxiliis pugnamus, à morbi magnitudine vincatur æger, & mortem oppetat. Ideo si quid spei in remediorum vsu est, à valVbi suprà. lidioribus inchoandum in vehemẽtibus morbis rectè Hippocrates atque Galenus iusserunt: quos imitati nos, id in hoc ægro fecimus, flore iuuentæ & virium firmitati fidentes. Singulis diebus post purgationẽ Aureæ Alexandrinæ, vel mithridatij antidoti drachmam propinabam, adiecto puluere diamoschi dulcis, & pæonię semine, exceptis omnibus ex decocto hyssopi & betonicæ, adiecto oxymelite, interdum simplici, interdum scillino. Ad ceruicem verò vniuersam, vnctionem hanc mirè efficacem & vtilissimam admouimus, mihi profectò sæpe in huiusmodi affectibus expertam: quam non modò in resolutione, sed & in tetano, & omnibus ceruicis & neruorum contractionibus fidam semper inueni, cuius hæc est descriptio:

Fida vnctio in nerorũ contractionibus. ℞. Olei veteris ℔ iiij. betonicæ, sampsuchi, saluiæ, ana M. j. radicum althææ, acori & aristolochiæ rotundæ, ana ʒ j. vermium terrestrium cum vino lotorum ʒ iiij. opoponacis, castorei, ana ʒ iij. florum roriſmarini & stœchados, ana P. j. vini rubei potentis & generosi (& si Creticum haberi possit, præstantius erit) ℔ ß. succorum saluiæ & betonicæ, ana ʒ iij. bulliant omnia simul ad vini & succorum consumptionem, & coletur cum forti expressione: cui expressioni adde pinguedinis taxi & anatis, ana ʒ ij. medullæ cruris vituli (emollit namque vehementius medulla vaccina aut bonis) ʒ iiij. mucaginis fœnogræci ʒ iij. vtriusq; styracis, masticches, nucis moschatæ, caryophyllorum, ana ʒ ij. ceræ citrinæ quantum sat est. Fiat vnguentum secundum artem, quod calidum ceruici vniuersæ ad medium dorsi admoueri iubebam, insuper hapsis lanæ sordidæ pectinatæ superdatis, & suffitis styrace calamitide & laserpitij Indici lacryma (vulgò benioin vocant.) Optimè profectò ab hoc vnguine habuit: nam & quæ conuulsa erant, mox relaxari, & quæ resoluta erant, robur accipere visa sunt, vbi dies totos quatuor aut quinque his essemus remediis vsi. Quo perspecto, vtendum adhuc censuimus dies aliquot, vnde commodum maius ægro adfuturum sperabamus. Nec nos spes nostra concepta fefellit: nam vbi ad decimumquartum æger peruenisset, & loqui cœpit, & quod immobile brachium erat, lentè moueri, & quod contractum erat atque conuulsum, retrahi in naturalem statum cœperunt. Quod quum esset ab assidentibus animaduersum, miris laudibus & artem medicam & illius professores extollere cœperunt: túmque in melius proficiens æger, attentiores nos reddidit, & in suam salutem proniores: quòd solerti cura ac diligentia cum neruis omnibus intenderemus, nihil prætermittẽtes eorum quæ ad curam tanti vulneris facere posse viderentur: tandémque Dei misericordia ac bonitate in spe præter spem seruatus est. Quibus verò topicis auxiliis ad vulneratum caput vsi sumus, antequam obseruationi huic colophonem addam, recẽsebo, ne quid cupidus lector desideret. Ad vlceVide lib.1. cap.5. ris detersionem præter rosacei mellis vsum, emplastro Alexandri Benedicti vsi

dicti vsi fœliciter sumus: quod ille in sene capulari ex casu ab alto muto effecto, & moribūdo adhibuit, vnde illi restituta salus est. Plenum namque ingenui pudoris est (vt Plinius ait) profiteri per quem profeceris: absit enim à me vt quenquā meritum sua debita laude fraudē. Vnguento etiam Conciliatoris vsus sum, quod ille differētia 171. descripsit ad detersionem saniei à vulnere: item postea puluere capitali & emplastro ex betonica parato vsi fuimus. Hac vtique ratione ita in bonum proficientes, vt qui in horas singulas moriturus sperabatur, Dei gratia in integrum restituatus, plenè conualuerit: valet, viuítque vegetus, & nulla sui parte aut functione læsus. Deo gloria & honor, à quo omnis medela.

OBSERVATIO DECIMA.

HELENA Senequeria Iacobi Gondardi Pharmacopœi Arelatensis vxor honestissima, ætate florens, primipara, dum post filiæ partum sibi parum cauet, frigore imprudenter admisso, altero à partu die pleuritide acutissima corripitur, cum intensissima febre, tussi valida, & spirandi difficultate tanta, vt præfocari sibi videretur. neque enim nisi summa cum angustia spiritum trahere poterat, lateris dolore premente adeò, vt in præfocationis periculum ægram induxerit. Misso sanguine contra suorum omnium vota (quòd enim puerpera esset, & adhuc à partu fatigata, & sat sanguinis per purgationes muliebres exisset, horrendum ducebant à nobis medicis de mittendo sanguine mentionem fieri) aliisque opportunis auxiliis adhibitis, integrè & magna omnium admiratione curatur, quum moritura in horas ob spiritus intercluſionem speraretur.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

IN magnis malis puerperas esse, si parum sibi caueant, & primiparæ sint, & experientia ipsa docet, & est ab Hippocrate cum libro de fœminea natura, tum lib. de fœminarum morbis sæpenumero repetitum. Nam quum earum quædam in enixu plurimum laborent, fiátque difficilis partus, pleræque vel ob timorem, vel virium imbecillitatem, vel ætatem adhuc immaturam grauiter in partu afficiantur: in varia mala eáque grauia incurrere sæpe solent: quæ qui scire volet, Hippocratem præcitatis locis legat. Hæc itaque iuuencula primipara, quum satis fœlici partu filiam esset enixa, nec quicquam mali persentisceret, nec febri aut alio symptomate vexaretur, viribus suis & ætati fidens, sese secundo à partu die in lecto erigit, sese componit (quòd eo die ad sacrum fontem baptismate lauanda puella esset:) quod dum malè cauta facit, sub vesperum rigore & febri valida tentari cœpit: móxque dolor in latere dextro punctorius, tussis, spirandi difficul-

Observationum medicinalium libri sex - page 257 sur 308

tas oborta: dolore quidem ad mammillam & iugulum ascendẽte, totúmque thoracem complectente. Quarto à partu die vocor ipse, iam prius Ludouico Laurentio medico, collega meo, viro non minus doctrina quàm virtute ac probitate ornato, accersito. Vbi de morbi essentia, causis, tum præincipientibus & externis, tum de internis & corporeis inter nos conueniisset, tum & de parte affecta: quid nobis agendum esset longo & accurato sermone disquirentes, in eam iuimus sententiam, vt visa morbi magnitudine & periculo, spectata ætate iuuenili atque florente, virium robore, de mittendo sanguine cogitaremus: quum à morbi natura & viribus ægrotantis præcipui curationis scopi desumendi sint, vt est ab Hippocra-
Textu 16. te lib. 4. de ratione victus acut. proditum, quum ait, In acutis affectibus sanguinem detrahe, si vehemens videatur morbus, & infirmus ætate floreat, & viribus abundet. Et perpendendam imprimis vim & speciem mor-
Lib. 2. de rat. vict. acut. textu 38. bi atque hominis naturam idem docuit Hippocrates. Quod quum à nobis esset accuratè factum, pleuritidémque veram ex pathognomicis signis cognouissemus mulierem infestare, dolore quidem ad partes supernas septo trãsuerso ascendente: mittendum esse sanguinem omnino censuimus, ita suadente morbi natura, & approbantibus Hippocrate, Galeno, Paulo, Auicenna, & omnibus. tametsi id quum incunctanter & sine mora faciendum esse adstantibus ac propinquis dixissemus, reluctati sunt illi quidem his quas initio obseruationis attuli rationibus, quòd puerpera esset, & tribus tantùm quatuórve diebus à partu semota, nec dum à laboribus quos in partu pertulisset recreata, & quòd pulchrè muliebres purgationes prodiissent: nec opus habere eã quæ puerpera esset, vt illi mitteretur sanguis, ne laborem perpessæ imbecillitas adiungeretur, virium sanguine detracto, idque insolitum esse. Quibus rationibus verisimile quid habẽtibus quum nos toto nixu à concepto de mittendo sanguine scopo auertere cogitarent: Respondimus, plus quidem viribus morbi & indicationi quam ille de se suggerit esse tribuendũ, constantibus præsertim ægræ viribus, quàm omnibus iis quæ in contrarium essent adducta. futurum enim prædixi-
Gal. lib. 5. de loc. aff. Cels. lib. 3. mus, nisi in tempore mitteretur sanguis, vt intra paucos dies præfocata periret iuuencula, quòd tanta premeretur spirandi difficultate, vt vix ad septimum pertingere posset: præsertim quòd cruda existẽte pleuritide nihil ægra expueret: quod lethale esse & Galenus & Celsus cæteríque medici prodidere. Nam quòd puerpera esset, id minimè obstare quo minus illi sanguis mitti deberet: non enim iam amplius de aborsu periculum esse, edito in lucem infante, nec præterea tantum in partu laborasse ægram, vt inde dissolutæ essent vires (fuerat enim facilis & citus partus, & vires in
Puerperiũ medico qd indicet. ipsa constantes ex pulsu deprehendebantur.) Tantùm enim id indicare puerperium medico videtur, vt si vel mittendus sanguis sit, vel purgandum, id modicè & magna cum cautione faciat, ne vires dissoluantur: non tamen indicare puerperium quin si morbus postulet, non sit tum mittendus sanguis, si vires constent & ætas non dissuadeat. Itaque præstantiorem esse indicationem quæ à morbo suggerebatur, quàm quæ à puerperio. Quòd verò tribus aut quatuor tantùm diebus esset à partu distans, etsi id

maioris

maioris esset momenti quod in considerationem caderet: tamen quum tanta vis morbi esset, vt nisi mitteretur sanguis, breui moritura ægra esset, vicit quidem periculum hoc reliquas omnes contrarias indicationes. Vbi enim à quoquam vel affectu vel symptomate maius ægro impendet discrimen, ab eo inchoanda curatio est, reliquo non neglecto, vt Galeni sententia est. Itaque quum & marito & ægræ parentibus vtrisque mitti sanguinem oportere, si saluam filiam vellent, persuasissemus, misimus opportunè sanguinem è interna dextri brachij vena: latus namque dextrum phlegmone obsessum erat. Esse autem ab eodem latere in inflammationibus internis, pleuritide præsertim, mittendum sanguinem, quâ dolor infestat, ab Hippocrate & Galeno proditum est. Quoniam verò in puerperio mulier erat, & purgationes muliebres moderatè fluxerant, minus detraximus quàm alioqui detraxissemus: (tantùm enim vncias sex dempsimus) sed nihilo secius perstabat & ingens lateris dolor, & spirandi summa difficultas: túmque iniecto sub vesperam leni clysteri, fouere locum cœpimus chamæmeli, meliloti, & maluarũ decocto in vas æneum impositò, vnctione desuper data ex vnguento resumptiuo & dialthææ, cum croco & oleo violaceo. Tum verò ad expectorandum humorem eclegmatis variis vsi sumus, interdum decoctis pectoralibus atque syrupis, omníque molimine promouendo sputo & sedando dolori intenti eramus: quod nonnisi magno labore & diutino tempore consequi potuimus, ob materiæ crassitiem & inobedientiam, consecuti tamen id sumus nutu Dei. Horum omnium remediorum hic fuit modus: ℞. Maluæ, bismaluæ, mercurialis, bliti, brancæ vrsinæ, & foliorum caulium rubeorum, ana M. j. florum chamæmeli & meliloti, ana P. j. seminum lini, althææ, fœnogræci, anisi, & anethi conquassatorum, ana ʒ ß. furfuris macri P. j. fiat omnium decoctio ad ℔ j. & coletur. In colatura dissolue catholici ʒ j. mellis violacei, olei violacei, sacchari rubei, ana ʒ ij. Misce: fiat clyster, qui opportunè datus excrementa detrusit biliosa multa, pituitosis & flatulentis admixta. nam & flatus plurimos cum murmure in ventre percepto eiectos esse, & ægra ipsa & assidentes retulerunt. Eclegma hoc fuit per initia: ℞. Pulueris diarrhœos simplicis ʒ iij. pulueris glycyrrhizæ ʒ j. sacchari candi, penidiorum, ana ʒ ß. cum syrupo violaceo fiat eclegma, quo lambendo vti sæpe iubebamus. Postea verò quum non satis procederet sputum, hoc vsi sumus: ℞. Syrupi capillorum, de glycyrrhiza, & violati, ana ʒ ij. syrupi de hyssopo ʒ j. ß. oxymellis simplicis ʒ j. Misce, & capiat sæpe ægra cochlearia duo lambendo, à quibus assumptis iuuari se magis quàm ab eclegmatis ægra affirmabat. Atque post vndecimũ, sputum procedere cœpit crassum, spumosum, viscidum, lentum. Nos illius humoris crassitiem & lentorem hoc decocto attenuare & incidere tentauimus: ℞. Hyssopi, capillorum veneris, melissæ, ana M. j. summitatum fœniculi & prasij, ana M. ß. bugłosi vtriusque cum radicibus, ana M. j. radicis enulæ campanæ mũdæ ʒ ij. glycyrrhizæ rasæ & contusæ ʒ j. passularum enucleatarum numero xx. caricarum pinguium numero x. seminum melonum cũ cortice contusorum ʒ ß. seminum bombacis recentis non rancidi ʒ ij. hordei cum cortice P. j. fiat om

Lib. 4. de rat. vict. acut.

fiat omnium decoctio in aquâ hordei recenter facta ad ℔ ij. In colatura dissolue syrupi capillorũ, oxymellis simplicis, syrupi de hyssopo, ana ʒ ij. Misce, & cum saccharo fiat apozema clarificatum & aromatisatum cum puluere radicis iridis Florentiæ & cinnamomi electi, ana ʒ j. quo dies totos sex vsa est, & intermediis diebus clysterem indebamus. Transacta septima die, modicum & leue propinauimus medicamentum, quod ex agarico in melle rosato infuso cum pauco zinzibere, (mirificè enim thoracis affectibus prodest) ac postea expresso, item pusillo rhacomatis in decocto pectorali infusi & expressi, adiecto rore Syriaco & syrupo rosaceo, melléque rosaceo, confecimus ex decocto pectorali: quo assumpto multa cum leuitate & tolerantia varij generis excrementa tum pituitosa tum biliosa deiecta sunt, séque alleuatam ægra in posterum diem sensit, vt & paulò facilius spiraret, & liberius sputum procederet: quum tamen lateris dolor & thoracis (nam & secundùm thoracem valde dolebat, musculis externis multo frigore imbutis, & præfocari se dicebat, translata vtique in pulmones humoris portione: quod quum fit, vt in hac factum esse experti sumus, malum esse Hippocrates verè dixit) minimè adhuc remitteretur. Lib. 7. aph. 11. Itaque ad latus hoc sumus emplastro vsi: ℞. Massæ emplastri de meliloto ʒ iij. styracis rubei ʒ j. ß. spicæ nardi ℈ iiij. sulphuris viui ʒ j. Misce, & cum resina terebinthina oleo chamæmeli liquata fiat ceratum, quod lateri admotum plurimum profuit. Ad pectus verò vnctionẽ fecimus ex oleo violaceo & amygdalarum dulcium, addito butyro recenti, gallinæ axungia, croco & puluere hyssopi montani, cera alba exceptis. Nullo tamen alio magis auxilio leuata ægra est quàm decocto florum papaueris rubei, quo vtendum omni die cum syrupo de hyssopo iubebamus, calida accepta potione. Mirabiliter enim flores huiusmodi leuandis laterum doloribus valere experientia quotidiana docet, & mihi familiare & expertum id remedij esse solet. Tantum verò hac curandi ratione profecimus, vt intra trigesimum diem expectorata noxia omni materia, integræ valetudini ægra sit restituta. Dedimus item in potione, quum difficultate spirandi premeretur, puluerem diacameron, ex decocto florum papaueris rubri, & mirè contulit. Deo laus, honor & gratiarum actio.

OBSERVATIONVM MEDICINALIUM libri quinti finis.

Observationum medicinalium libri sex - page 260 sur 308

OBSERVATIONVM MEDICINALIVM, FRANCISCO VALLERIOLA MEDICO AVCTORE,

LIBER SEXTVS.

OBSERVATIO PRIMA.

IOANNES Bastonius Patritius Arelatensis, & generis nobilitate & moribus insignis, quum & nephritidi obnoxius sæpe in grauem renum dolorem incurreret: & arthriticis doloribus sæpe afflictus, tum & cruditatibus plurimis & ventriculi flatuosis doloribus malè torqueretur: tandem glutinosis & multis in rene dextro impactis humoribus, in eóque retentis, & à calore immodico quasi efferuescentibus, in phlegmonem eius partis incidit, graui comitante febre, doloribus grauatiuis & extensiuis in rene dextro perceptis, nonnunquam etiam pulsatiuis. Fit inde abscessus atque vlcus: pus multum post eruptionem apostematis mingitur multos dies. Sanatur magna adhibita cura, sed multo tempore, nec sine summa difficultate.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

QVOD ab Hippocrate dictum est, artes esse quasdam quæ laborem artificibus, vtilitatem iis qui vtantur impertiant: quæque aliis artis imperitis auxilio sint, peritis autem dum exercentur, dolores anxietatesque pariant & molestias, in arte medica experiri cuique licet. Medicus namque (vt idem ait auctor) visu, tactúque malorum molestia afficitur, & ex alienis calamitatibus proprios colligit dolores. Quod mihi in hoc nobili curando viro accidisse testari ipse plena fide possum. Quem quum tot tantisque vexari malis issque grauibus atque diuturnis cernerem, malè animo afficiebar, bene illi cupiens, sategique quatum in me virium fuit, omni salutari officio per omnem vitam homini adesse, ne non beneuolentis hominis & amici medici munus atque officium prætermisisse videri possem: siquidem (quod Celsus

Lib. de flatibus.

Lib. 1. in fine proœmij libri. Celsus ait) vtilior amicus medicus quàm extraneus. Quum itaque generosus hic vir temperamento frigido & humido, frigidi & humidi ventriculi atque cerebri pari temperamento prædi ti, calidi tamen hepatis ac renum, dolorem in renibus grauem sentire se profiteretur, admonui vt sibi caueret, ne impactis in renum substantia densa crassis & glutinosis humoribus, quibus plurimum ob crebras cruditates diminutámque ventriculi in concoquendo facultatem abundabat, hisdémque à calore immodico exassatis, calculum denuò gigneret. Nam & aliàs crebrò arenulas & lapillos multos eiecerat, ita vt semel grandi generato in renibus lapide, & vi facultatis expultricis ad vesicam detruso, indéque ad colem, cum præ magnitudine propelli non posset, colis sectione ad lapidis eiectionem opus fuerit. Quúmque & parco victu vtendum, & sumendum aliquid quod infarctu liberare obstructos renes posset, consuluissem, id quidem ab eo me consulente neglectum minimè fuit: sed nihilo secius, etsi aliquandiu melius habere visus est, post paululum temporis recurrere dolor in renibus, dextro præsertim, cœpit: accedit cum horrore febris, mira in dextra renum parte grauitas, vt vix aut se in cubili attollere, aut in latus conuertere posset, præ ponderis ac grauitatis perceptæ magnitudine: vrinæ crassæ, & turbatæ, vbi morbus aliquandiu processisset. Ab initio namque tenues, aquosæ, crudæque apparebant, sed magna cum difficultate emissæ. Nec solùm grauatiuo dolore, sed & tensiuo & pulsatiuo nonnunquam premi se æger testabatur: repetebant horrores sæpe & febris reduplicationes, atque exacerbationes cum animi deliquiis. Ex quibus quum coniectura artificiosa Galeno vocata, renes phlegmonosa dispositione laborare deprehendissemus, accuratè notas omnes collegimus quibus id cognosci ex arte posset. Sunt autem hæ, quas paulò antea descripsimus, quibus adiungebatur vomitus bilis vitellinæ per assationem genitæ: interdum etiam porraceæ bilis meræ vomitus, cum summa animi angustia ac deliquiis, conuulsiuisque quibusdam motibus, & leui delirio accedebat. Nedum verò ex his in corpore renis dextri phlegmonē subesse suspicati meritò sumus, sed & in membrana seu panniculo integente ac suspendente, ex doloris magnitudine erectionem, tussim, ac sternutationem prohibente: tum ex decubitus forma. neque enim nisi supinus cōsistere vsquam poterat: quòd si se in latus oppositum conuertisset, grauissimus tum excitabatur dolor, grauitatisque sensus in parte affecta maior deprehendebatur. Ex quibus sanè notis, à Paulo & Auicenna positis, certissima ratione asseuerare ausi sumus, virum hunc inflammatione renis dextri tentari: quod & euentus apertissimè declarauit. Suppurata namque inflammatione, & in abscessum conuersa, pus multum erupit, rupta vomica, & ex apostemate creatum in rene vlcus graue, malignum & diuturnum: quod nos tamen, summa adhibita diligentia, Dei misericordia adiuti, non sine magno labore curauimus. Nec difficile fuerit inuestigare quibus ex causis in hunc affectum hic vir inciderit. Nam quum sibi parum in victu caueret, multáque in corpore subesset tum plethora, tùm cacochymia, quam natura ferre non posset, ínque partes illas fluxio irrueret crassorum lentorúmque cum

Lib. 1. de loc. aff. Signa. Lib. 3. cap. 45. Fen 18. 3. trac. 2. cap. 2. Causæ.

sanguine

ſanguine humorum, renibus à ſe repellere minimè potentibus, tum ob infarctum quo redundabant, tum ob intemperaturam calidam, vnde eorum facultas imbecillior reddita fuit: effectum eſt, vt conſiſtente illic humorum colluuie, impactis in renis dextri ſubſtantia humoribus, & mora calefactis, apoſtema genitum ſit, quod in vlcus tandem abierit.

Curationem his ſcopis perfecimus, tenui victu & refrigerante, citra ad ſtrictionem obſtructionémve, auerſione humoris per ſanguinis miſsionem atque lenes clyſteres. medicamenta namque delectu vacuantia in hoc caſu prohibita ſunt, ne maior fiat ad partem affectam humorum tractus, vt doctа Auicennæ ſententia eſt. Et non eſt via, inquit, ad adminiſtrandum ſolutiuum, quoniam dolorem facit, & nocet per id quod deſcendere facit deſuper. Tum verò repellentibus ab initio, dolorem ſedantibus ac diſcutientibus poſtea vſi ſumus: quæ quum minimè proficerent, & in ſuppurationem phlegmone vi naturæ abiret, ad ſuppurantia primùm, demum rupta vomica ad detergentia, & vlcus mundificantia, vltimo loco ad conglutinantia & exſiccantia nos conuertimus: quibus fœliciter completis, ad optatum peruenimus finem. Horum omnium hæc fuit ratio. Clyſter emolliens ac refrigerans: ℞. Maluarum, althææ, amborum cum radicibus, cuiuſque manipulum, radicis liliorum alborum ʒ iij. (valde emollit, ac dolorem leniendo ſedat) quatuor ſeminum frigidorum maiorum cum cortice contuſorum (ſic enim magis detergunt) ʒ j. florum violarum & nymphææ, ana P. j. hordei P. j. fiat omnium decoctio in aqua ad ʒ viij. (neque enim magna quantitate iniici clyſteres in abſceſsibus renum debent, ne in renibus, impletis inteſtinis, coarctatio fiat: quæ doctа Auicennæ ſententia eſt) adde ſeminum lini ʒ ß. In colatura diſſolue caſsiæ fiſtulæ ex ſaccharo confectæ (vulgus Pharmacopœorum Loch de caſsia cum ſaccharo vocat) ʒ j. mellis violati, olei violati, cuiuſque ʒ ij. olei chamæmeli ʒ j. ß. ſacchari rubei, butyri recentis, ana ʒ j. Miſce: fiat clyſter, quem duabus horis ante ſanguinis miſsionem exhiberi iuſsimus. A quo ſoluta leniter aluo, ſanguinem è interna dextri brachij vena, quam baſilicam vocant, detrahi imperauimus, tantùm ad vncias ſex. Nam etſi plenitudo & morbi vis amplius detrahi ſuadebant, tamen mollities hominis, & parum conſtans animi robur plus detrahi non permiſerunt. ſiquidem vix dum eductis vnciis ſex, in animi leue deliquium æger incidit, ſed mox vini hauſtu reſtitutus. In iis enim qui pituita multa redundãt, & frigido ſunt tẽperamento, vel à minima vacuatione facilè vires diſſoluũtur. Ea tamen, vbi magnitudo morbi poſtulat, incunctanter obeunda eſt, virium habita ratione. Miſſo ſanguine renes ſequenti vnctione liniuimus: ℞. Vnguenti albi Galeni ʒ iij. vnguenti roſati Meſuei ʒ ij. ſuccorum plantaginis & polygoni, ana ʒ j. aceti roſacei modicum: reducantur in linimẽti formam, & renibus admoueatur. Quoniam verò & ad vomitum æger pronus erat ac nauſeabundus, pituitáque ſecundum ventriculum onuſtus, vomitum vt cieret conſuluimus. Plurimum namque materiam reuellit, & ad contrarium deducit, vt concors eſt omnium ſententia. vnde & eo citato alleuatum ſe eſſe teſtabatur, nec ita dolore torqueri. Mox verò ſyrupos,

CVRATIO.

Fen 18. 3. trac. 2. cap. 3.

Vbi ſuprà.

Observationum medicinalium libri sex - page 263 sur 308

©BIUM

dies aliquot illi vtendos præſcripſimus,quorum eſſet vis refrigerare modicè,dolorem ſedare,& fluẽtem humorem repellere: ℞. Endiuiæ non lotæ,ſcariolæ,plantaginis,ſummitatum maluæ,polygoni,cuiuſque manipulum,pulpæ ſebeſten ʒ j. ſeminum portulacæ, berberis & papaueris albi,cuiuſque ʒ ij.ſeminum plantaginis & acetoſæ,ana ʒ j. florum violarum, roſarum & nymphææ,hordei,ana P.j. fiat omnium decoctio in aqua hordei recenter facta ad ℔ j. ß. In colatura diſſolue ſacchari quantum ſat eſt. Fiat ſyrupus clarificatus & aromatiſatus cum pulueris diatragacanthi frigidi ʒ ij. pro tribus doſibus, reiterando aliis tribus. Mirificè hoc decocto iuuabatur,quòd & febris ardorem mitigaret,& dolorem leniret, & ſomnum conciliaret. Intermediis diebus, clyſteribus aluum mouebamus.

Fen 18. 3. trac.2.cap. 3. Quin & fiſtularem caſsiam ex Auicennæ præſcripto dare auſi ſumus, quæ (vt ipſe ait) in renum affectibus congrua eſt, & ſine labore euacuat: etſi ab eius exhibitione abhorreat vir quidam magni nominis, ac eruditionis minimè vulgaris:quod qua ratione inductus id faciat, minimè perſpicere ipſe poſſum. Nam neque caliditate ſua trahit,temperata vtique exiſtens, nec delectu euacuat,nec humores exagitat:ſed tantùm lubricitate ſua aluum mouet leniendo,& renum affectibus plurimum prodeſt, vti ab Auicenna & Meſueo proditum eſt. Hanc ipſam profectò Arabs Auicenna in renum apoſtemate curando plurimi facit,valdéque commẽdat, vti apud illum fen 18. 3. tractatus ſecundi cap. 3. legere eſt,quo loco ex profeſſo de curatione apoſtematis renum tractat. Vnde mirari ſubit quid præſtantiſsimo illi viro ac medico ſingulari in mentem venerit, qui caſsiam, in hoc caſu ſolemne aliis & conſuetum medicamentum, ſuſpectam exiſtimarit, ob id quòd caloris aliquid eam habere dicat. In quo ſanè deceptum fuiſſe planè exiſtimo. Nam vel tẽperata profectò eſt, vel ſi quid habeat caloris, à nimia ipſius humiditate obtunditur: & planè guſtus arguit ipſam vel nullo vel modiciſsimo calore præditam eſſe. dulcis namque aut potius inſipida eſt cum multo lentore. Sed eò vnde digreſsi ſumus redeuntes, quum & dolor,& grauitas,& tẽſionis ſenſus ſemper adeſſent,& febri continente æger tentaretur, iudicaui in ſuppurationem phlegmonem abituram;iuxta illud Hippocratis, Quum pus gignitur,dolores fiunt ac febres, magis quàm genito pure. Itaque ad intra aquam ſacchari primùm ſyrupo violaceo exceptam,nonnunquam ſolam dedi, ex Auicennæ præſcripto, ab ea ad aquam mellis progreſſus. ambarum namque abſterſio, inciſio & ſubtiliatio diſcutere renum apoſtema poſſunt abſque mordicatione, vt idem affirmat. Renibus verò initio vnguentum roſaceum Meſuei, & album Galeni,additis ſuccis plantaginis & polygoni & momento aceti adhibui. Poſtquam augeri apoſtema ſum conſpicatus, & in ſuppurationem ire, cataplaſma ſequens admoueri iuſsi: ℞. Maluarum & violarum, ana M. ij. althææ M. j. florum chamæmeli P.ij. ſeminum fœnogræci ʒ j. furfuris P.j. fiat omnium decoctio in aqua:pinſata & cribrata reducantur in cataplaſmatis formam,additis farina fabarum & hordei,oleo chamæmeli & violaceo. Optimè iuuit,& dolorem mirificè ſedauit. Tandem verò vi naturæ,potius quàm ſuppurantium medicamentorũ vſu ſuppurata phlegmone,rigor

Lib.1.aph. 47.

Fen 18. 3. trac.2.cap. 3.

ne,rigor creber, & febris exacerbationes hominem vexare cœperunt, Signa ertumóxque animi deliquia:vnde tum rectè cõieci vomicam rumpi. Nec me ptionis amea fefellit opinio:nam ſub veſperam grauitate magna in veſicæ regione poſtemapercepta,& mingendi ſumma cupiditate,ægrè vrinam reddebat:puris col tis.
luuie veſicæ meatum occupante ac obſtruente. Túmque foribus ex oleo calente,decoctionis maluæ,foliorum raphani & petroſelini Macedonici, cum ſeminibus anethi & maluæ,& chamęmeli floribus,& vnguine ex vnguento dialthææ, adiectis ſeminibus milij ſolis & ſaxifragiæ, & cuniculi axungia, ſcorpionúmque oleo perineo admotis, copia vrinæ purulentæ, craſſæ,fœtidæ prodiit:vnde ruptam vomicam certo experimento deprehendimus. Multos autem dies mictus puris perſeuerauit, túmque ad detergentia & vlcus mundificantia intenti, ſequentia præſcripſimus: ℞. Summitatum maluarum M.j. capillorum veneris recentium M.j.ß. plantaginis cum ſuis radicibus (vlceribus namque renum & veſicæ plurimum prodeſt, vel Dioſcoridis teſtimonio) M. j. ſeminum maluæ & melonum Lib.2.cap.
cum corticibus contuſorum, cuiuſque vnciæ dimidium:granorum halica 19.
cabi ʒ vj. glycyrrhizæ raſæ & contuſæ ʒ j. hordei cum cortice P.j. Fiat omnium decoctio ad ℔ ij. & colentur. Colaturæ adde mellis electi deſpumati (vlcera namque egregiè mundificat abſterſoria ſua vi, vt Dioſcorides Lib.2.cap.
ait) ʒ iij. ſacchari candi ʒ ij. (nam & hoc,eodem Dioſcoride teſte,renum 75.
vlceribus optimè facit) Miſce:fiat iulebum, quo vti ad vncias octo iubebamus in aurora:ſi quidem quæ ad renum, veſicæ & vteri affectus exhibentur,magna doſi exhiberi debent,ne eorum vis in media via pereat. Mirificè profectò hac potione adiutus fuit. Prodibant enim vrinæ cum facilitate quidem,ſed purulentæ,craſſæ, fœtidæ:quæ tandem puriores redditæ ſunt,vbi decem aut duodecim totos dies potione hac vſus fuiſſet. Sed inter cætera vomitus præſentaneum fuit huic viro remedium,quum ſuapte ſponte in eum naturæ ductu prorumperet, ventriculo multis & pituitoſis humoribus referto,vnde nauſea & vomitus ſequebantur. facillimè nãque omnium hic vir vomere conſueuit. Quantum verò renum vlceribus vomitio conferat,expreſsit conceptis verbis Auicenna cap. de vlceribus re- Fen 18. 3.
num,quum & in contrarium humorem auertat, & probè renes mundifi- trac.2.cap.
cet. Melius (inquit) quo renum vlcera curantur, eſt vomitus, propterea 12.
quòd mundificat & euacuat,& trahit ad contrarium partis renum:& profectò à vomitu magnam alleuationem æger ſentiebat, ob eas quas modò ex Auicennæ ſententia recenſuimus cauſas. Interdum etiam maioris deterſionis gratia aquam mellis dedimus, in qua maluæ thyrſos & glycyrrhizam incoquebamus,adiecto ſaccharo cando. His verò peractis,quum iam puriora lotia redderentur,& ad glutinandum vlcus intentio eſſet vertenda,non neglecta tamen leui deterſione,vtrumque tum potionibus exhibitis,tum foris admotis ad renes vnctionibus perfecimus. ℞. Foliorum plantaginis, & hippuris, conſolidæ maioris, cuiuſque manipulum: adianthi (ad deferendam glutinantium vim ad renes apponitur) M.ß. glycyrrhizæ raſæ & contuſæ ʒ j. (ei namque radici ineſt exſiccatio vlceris, Fen 18. 3.
mundificatio, maturatio,& conglutinatio, auctore Auicenna) ſummita- trac.2.cap.
12.

Observationum medicinalium libri sex - page 265 sur 308

©BIUM

tum maluarum,fœniculi & petroſelini, cuiuſque M. ß. (oportet, inquit Auicenna,vt miſceantur cum glutinantibus diuretica,& medicinæ ſubtiliatiuæ,vt deducant ad renes medicinas rectificantes & glutinantes) amyli,gummi Arabici,tragacanthi,boli Armenici præparati, cuiuſque ʒ j. dactylorum per fruſta inciſorum,detracta interna cute & nucleis,paria iij.ſeminũ lactucæ & portulacæ cuiuſq; ʒ j. ß. (ſemen namq; portulacæ tũ dolorẽ ſedat,tum adſtringit & ſiccat)florũ roſarũ rubentiũ P.j. fiat omniũ decoctio in aqua pluuiali ad ℔ j.ß.& coletur.Colaturæ adde ſacchari candi ʒ iiij.penidiorũ ʒ ij.fiat in modũ iulebi,de quo ſumere omni mane iubebã vncias octo, continuata potione ad dies duodecim. Renes verò vnctione ſequẽti illinebã: ℞.Olei maſtiches,olei roſati,olei lentiſcini,cuiuſq;ʒ ij. myrrhæ,aloës,ſarcocollæ,ſanguinis draconis, ana ʒ j.amyli, tragacanthi, ana ϑ iiij.ſtyracis calamitidis ʒ j.ß.ceræ albę quantũ ſat eſt. Fiat vnguentũ pro renibus. Dedi interdum lacrymam terebinthinam ex aqua hordei lotam,adiecto ſaccharo cando, à qua probè renes detergebantur, etſi illam æger abhorreret ob ingratum guſtum.Hac ſeruata medendi ratione, victúque congruo ægro præſcripto,ſublata eſt omnis vis morbi, ipſeque æger integrè intra ſeſquimenſem liberatus Dei præpotentis manu,qui ſolus vitæ & mortis poteſtatem habet:cui ſit laus,honor & benedictio.

OBSERVATIO SECVNDA.

ANTONIVS Bodiere chirurgus apud Arelaten, graui pleuritide affectus, intra vndecimum moritur: cui nulla opportunè adhibita remedia auxiliari potuerunt. Eius vxor confeſtim à morte mariti & ipſa quoque in pleuritidem incidit, paribus ſymptomatu atque vir eius affecta, vndecimo moritur.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

TANTVM ea narrare in hac Obſeruatione decreui quæ huic viro mira acciderunt. Neque enim remedia recenſebo, quæ etſi omnia quæ profutura ſperabamus, accurata methodo adhibita illi ſunt:ægris tamen qui inſanabiles ſunt (vt ait Galenus) nullum neque præſidium nec tempus vllum opportunum eſt. Inde eueniſſe par eſt, vt neque hunc opportuna ſanguinis miſsio, non eclegmatum,ſyruporum expectorãtium,& ſputum promouentium vſus, non quicquid morbum leuare poſſet, vllatenus iuuerit: quòd (vt rectè ab Hippocrate & Celſo dictum eſt) natura repugnante ſint omnia vana, nec quicquam medicina proficit. Proinde abundè fuerit,ſi quæ huic viro animaduerſione digna ſymptomata acciderint, qualiánam eſſent,& vnde nata enarrauero.Pulcherrimæ profectò contemplationis latiſsimum præbent talia ſymptomata campum. Quis enim non miretur in optimi temperamen

Lib.11.metho.

Hipp. lib. de lege, Celſ.lib.3. cap.1.

peramenti homine, qualis hic erat, valida virtute, nec malis omnino humoribus, pleuritidem incoctam cum grauissima spirãdi difficultate, præfocationis metum inferente, cum sputis pessimis, liuidis, virentibus, nigris, conuulsione in septimo die obortа, delirio, tandem in vndecimo morte? Grauis porrò & præfocatiuæ respirationis causa erat, materiæ copia, tum instrumentorum respirationi seruientium impedita à phlegmone actio. ob magnitudinem namque phlegmones & musculi intercostales, & septum transuersum respirationis (vt vult Galenus) instrumentum, valde afficiebantur: musculis quidem internis humore sanguineo oppletis, septo verò transuerso per consensum & viciniam ad partẽ affectam distento, ita vt liberè thoracem attollere non posset. Septum namque mouendi thoracem gratia factum fuit, vt idem Gal. affirmat. Quamobrem minimè mirum si grauis & præfocatiua appareret in homine respiratio. Sputa verò ob humoris malignitatem talia erant, nempe liuida, interdũ viridia, postea nigra: quæ omnia mala esse Hippocrates in prognosticis verisimè dixit, & Galenus in Commentario ad eam partem. Præter enim sanguinem quiuis alius humor si syncerus appareat, prauam indicat affectionem, flammeo calore obtinens generationem, vt citatis proximè locis dixit Gal. Proueniunt namque sputa huiusmodi ob assationem humoris ab immodico calore instar flammæ deurẽtis, tum nigra præsertim à vehementi adustione, aut etiam interdum ratione extinctionis & refrigerationis natiui caloris: quod quum fit, (vt in hoc viro euenit) iam propè mors est. Delirium porrò, transmisso in caput flammeo vapore multo & acri sequutum fuit, inflammatis cerebri meningibus. Conuulsio verò portione materiæ in neruos translata, & principio, nempe cerebro, affecto. Ad hæc mors in vndecimo cum præfocatiuo stertore in aspera arteria percepto secuta est. Eius vxor altero post die à morte mariti in similẽ affectum pariáque symptomata incurrit, eadem atque vir sputa habens, deliriũ, conuulsionémque, tandem vndecimo moritur, præfocata vt vir. Vndénam in duobus ætate, temperamento, victu, sexu dissimillimis eandem morbi speciem genitam esse dicemus, eadem symptomata, & pari dierum numero insecutam mortem? Magnæ profectò indaginis hæc sunt, & nisi per contagem, affricatam esse vxori parem atque in marito erat dispositionem dixeris, infirmi halitu vxori assiduè astanti communicato, à quo similis in vxore nata est ægritudo: vix causam inuenias in quam euentum huiusmodi rarissimum profectò & obseruatione dignissimũ reiicere queas. Est profectò quid diuinum in morbis, spirituale, abditum, nec medico satis perspectum, per sympathiam quandam aut naturarum aut humorum cuius merito hæc eueniant: vti in his duobus ægrotantibus, viro & vxore, euenisse certum est. Consensu namque naturæ tacito paria in vtroque symptomata accidisse credere consentaneum est. Nec alia iudicio quidem meo tam rari euentus ratio reddi potest: ita vt quum Apostolo Paulo exclamare cogar, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Illi laus, honor & gloria.

Lib. 5. de vsu part. cap. 15.

Lib. 13. de vsu part. cap. 5.

Lib. 2. prognos. textu 46. 47. 48. & in com. Gal.

Hipp. lib. 1. præsag.

Ad Rom. 11.

Observationum medicinalium libri sex - page 267 sur 308

Obſeruationi huic appendicis & corollarij loco addam quod à me & Arelatenſibus omnibus viſum, mirabile haberi poſsit: Angletonus Pharmacopœus (id erat illi cognomen) atque vnà cum eo eius vxor eodem die, eodem diei momento horrore & febri corripiuntur: incenſiua quidem & ardenti in vtroque excitata febre, in viro quidem acutior, in fœmina paulò remiſsior. Vtrique grauia ſymptomata, & paria ſuccedũt, decretoria in ſeptimo, vndecimo imbecillia ſine coctione. neque enim decretoria vera erant, ſed naturæ irriti motus, paucis ſecutis & ſine alleuatione morbi, per ſanguinis è naribus ſtillationes & ſudores exiguos, euacuationibus, pari progreſſu in mortem incedunt: cum vrinarum cruditate & virium mira imbecillitate, vterque die decimoquarto moritur. Idem quoque à me Monſpelij obſeruatum in Domino Boqua & eius vxore æta te confectis, eodem die mortuis & eodem feretro terræ matri demandatis: item Auenione in Franciſco Merula legum doctore & viro graui, & eius vxore, eodem die fato concedentibus.

OBSERVATIO TERTIA.

MVLIER quædam teterrimo carbone ſecundum os & labra correpta, in mortis diſcrimen incidit, cum crebris animi deliquijs, tumore ingenti vniuerſam faciem occupante: curatur, ſed tamen ore deformis manſit.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

CARBONEM ex ſanguine craſſo feruentéque fieri, qui comburendo cruſtoſum faciat vlcus quodcũque membrum obſederit, à Galeno veriſsimè proditum eſt: nec ſolùm vlcus cum eſchara creat, ſed circumpoſita loca in vaſtum tumorem cum inflammatione attollit, & efferueſcentem grauémque dolorem infert, nec periculo caret. Nullus enim carbo vnquam ſine periculo fuit, vt idem Gal. in Epidemiis dixit, quòd mali moris ſit, & ex materia ea gignatur quæ venenati aliquid in ſe latens continet: vnde ſyncopes, animi deliquia, vomitus, & febres grauiſsimæ, tumoréſque ingentes, & inflammationes circumiacentium partium oriuntur. Tali affectu mulier hæc laborabat in inferiori labri dextri parte, tumente facie vniuerſa, mento ac ceruice tota.

Lib. 2. ad Glauc. cap. 6.

CVRATIO. Ad hanc ſecundo die vocatus, probè cognito morbo, venam tundere iubeo è directo partis qua malum infeſtabat, nempe externa dextri brachij vena, cephalicam vocant: plurimúmque ſanguinis detraho, quòd & bene habita & ætate florens & viribus pollens ægra eſſet. Clyſterem duabus poſt horis tribúsve iniici iubeo, circumpoſitis locis in tumorem ſublatis refrigerans & repellens medicamentum adhibeo: puſtulæ verò, ea prius vndique in circuitu raſorio cultro excarificata, cauſticum adhibeo.

nam

nam candens ferrum admittere noluit, nec commodè etiam ob partis naturam (nempe in buccis consistente carbone) admoueri poterat. Corroborantibus medicamentis tum intrò assumptis, tum foris adhibitis, confirmo, bezearticis vocatis medicamẽtis. Eschare casum procuro, vlcus detergo, carne postea impleo sarcoticis medicamentis, & ad cicatricem duco: hácque ratione intra dies plus minus viginti sanata Dei nutu ægra fuit. Horum porrò omnium hæc fuit ratio. Clyster refrigerans & emolliẽs: ℞. Maluarum, althææ, lactucæ, foliorum cucurbitæ & portulacæ, ana M. j. foliorum oxalidis (putredini namque obsistit) M. ß. seminum frigidorum maiorum conquassatorum ʒ j. florum violarum & nymphææ, hordei cum cortice, ana P. j. prunorum paria tria. fiat omnium decoctio ad ℔ j. In colatura dissolue catholici ʒ j. cassiæ cum saccharo ʒ v. olei violacei ʒ iij. sacchari rubei ʒ ij. fiat clyster. Bezeartica seu antidota corroborantia: ℞. Puluueris bezeartici ʒ j. puluueris de bolo & theriacalis Guidonis, ana ʒ ß. aquarum scabiosæ, acetosæ, buglossi, cuiusque vnciam: syrupi de limonibus ʒ ij. Fiat potio: quam ter in die sumere iubebam. In quo illud obseruandum, quòd & sæpe in talibus affectibus, & in bona dosi dari cardiacæ potiones debent. Epithema corroborans: ℞. Aquarum melissæ, acetosæ, nenufaris, rosarum, buglossi, cuiusque vncias tres: vini albi electi ʒ iiij. puluueris diamargariti frigidi, granorum tinctorum, caryophyllorum, ana ʒ j. trochiscorum de caphura G. vj. moschi grana tria. Fiat epithema. In quibus illud obseruabis, vt refrigerantibus aliqua calida admisceas, vt Auicẽna fen xj. tertij rectè cõsuluit. Ex panno coccineo in hoc liquore tincto epithema admouebam. Loco in quo carbo insidebat prius scarificato, tale appositi medicamentum: ℞. Vitellorum ouorum numero ij. rutæ viridis & scabiosæ (à proprietate namque carbonibus prodesse omnes volunt) cuiusque M. j. ficuum siccarum numero vj. fermenti acris ʒ j. piperis ʒ j. Pistentur omnia, & in formam cataplasmatis reducantur: admoueri iubebam pustulæ, quod biduo carnem putrem à sana diduxit. Item hoc altero sum vsus: ℞. Succorum symphyti maioris, scabiosæ & calendulæ, cuiusque vnciam vnã: theriacæ electæ & veteris ℈ iiij. (venenum namque ad se trahit, auctore Galeno) salis ʒ j. oui vitella duo incorporentur simul. Hoc apud me arcanum est, nec me vnquam fefellit. Calendulæ namque succus mira proprietate ad carbones pestilentesque bubonas valet, vt Alexander Benedictus lib. de peste testatur. Eschara porrò ex adipe suillo, butyro loto, farina triticea cum basilicone vocato vnguento decidere feci. Postea verò amota eschara vlcus detersi vnguento hoc: ℞. Succorum calendulæ, absinthij, scabiosæ & apij, cuiusque vnciam, myrrhæ electæ, radicis iridis Florentiæ, aloës, sarcocollæ, cuiusque ʒ j. mellis rosacei ʒ ij. Fiat linimentum: optimè enim detergit, & carnem generat. Locis circumiacentibus repellens hoc apposui: ℞. Vnguenti de bolo ʒ vj. omnium santalorum ʒ j. ß. puluueris myrtillorum & rosarum, ana ʒ ij. olei rosati & myrtini, ana ʒ j. ß. aceti rosati ʒ ij. albuminum ouorum numero j. agitentur simul: fiat linimentum. Leuem adhibui purgatio nem ex catholico & tryphera Persica, cum syru-

Lib. de theri. ad Pisonem.

Observationum medicinalium libri sex - page 269 sur 308

po rosaceo infusionis rosarum:& congruo victu præscripto, integrè sanata mulier fuit, sed deformis remansit contorto ore. Sit Deo laus & gloria.

OBSERVATIO QVARTA.

FAMVLVS patris mei Antonius nomine, Belga, ex casu ab alto, quũ Saturnalibus festis vino onustus se in fenestras sublimes domus contulisset, vino soporatus cadit in mediam viam publicam, diffracta vniuersim propè caluaria tota: pro mortuo habitus, sine sensu, sine voce, stertens & moribundus dies totos septem manet. Curatur tamen ingenti labore & magno studio à principibus medicis Monspelliensibus, Griffio seniore, Falcone, & Tremoleto, tum à chirurgis peritissimis Petro Alzina, Antonio Barrelerio, & Nicolao Blesio: cæcus tamen ferè, ac omnino surdus mansit reliquo vitæ curriculo.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

REI magnitudo & euentus raritas quæ in hoc adolescente acciderunt, efficit, vt in literas dem quod à me & Monspelliensibus medicis, viris in arte medica principibus, & ab omnibus fere ciuibus qui patri meo clarissimo viro familiares erant, visum est. Nam quum res eiusmodi sit, quæ fidem omnem exuperet, & præter omnium expectationem fœliciter cesserit, promẽda in literas ea maximè est, vt etiam reliqua omnia quæ artem superare videntur: ne quis ita existimet de morbis esse certa assertione iudicandum, vt non sæpe iudicium fallant. Ob ídque iudicium difficile esse vetustissimus auctor Hippocrates rectè censuit: quòd in plerisque coniecturalis sit ars, nec ita certæ euentuum notæ haberi possunt, quin sæpenumero fallant, quum non rarò deserti à medicis conualescant: quod est à Celso proditum. Ob id casum hunc referre volui, vt intelligant medici omnes à Deo seruari quos ars morti adiudicat. Quis enim si artis dogmata sectetur quæ de capitis vulneribus prodita sunt, non hunc continuò moriturum iudicasset, quum & obmutescentia, & sensuum omnium defectio, & vomitus, & sanguinis per os, nares, & aures manatio, & stertor apoplecticus, & perpetuus sopor ad septem ferè dies, nisi cum adstantium clamoribus & strepitu excitaretur, illi inessent? quę cuncta in capitis vulneribus lethalia esse, & Hippocrates, & Galenus, & Celsus affirmarunt. Is tamen Dei miserentis magis quàm artis operantis nutu curatus est.

Lib. 1. aph. 1.

Lib. 2. cap. 6.

Curatio mira caluariæ diffractæ.

Quis fuerit curationis modus breui recensebo (nam tum quum hæc acciderunt nondum medicinæ sacris eram initiatus, sed Lutetia reuersus Philosophiæ & artibus operam dederam:) Accersiti à patre confestim medici ac chirurgi: sed pro deplorato relinquẽtes prima visitatione ægrũ, nihil

nihil aliud quàm facto de morte prognoſtico agere in animum induxerunt: tantùm raſo capillitio, quum vniuerſim diffractam caluariam cõſpexiſſent, moribundúmque ægrum viderent, manum apponere euellendæ diffractæ caluariæ noluerunt, ne in ipſo opere deficeret æger: tum quòd apoplecticum iudicabant, tum quòd cogere medicorum ad id peragendum cœtum volebant. In craſtinum conueniunt medici omnes Griffius, Falco, Tremoletus, atque vnà cum his chirurgi tres: conſultant: & poſt multa, id concludunt, præſtare anceps quàm nullum remedium experiri. Nouacula in crucis modum capitis cutem ſecant: modiolis & vncinis diffracta oſſa amouent, quotquot tum amoueri potuerunt, relictis reliquis in alterum apparatum: ſanguinem è vena detrahũt, ceruicem totam oleis imbuunt & ſuccida lana: clyſterem præſcribunt & potionem, ſed quam ſumere non potuit: iterũ oſſa diffracta ferramentis detrahunt, quoad omnia quæ fracta & comminuta erant ſublata ſunt. Mox intra vulnus mel roſaceum indunt, capitalem puluerem, & quæ detergere vulnus poſſent: tantúmque profecerunt, vt vi adaperto ore ſpeculo linguæ vocato organo, potionẽ medicatam indiderint: à aqua eductis plurimis excrementis, reſpirare facilius & ſine ſtertore æger cœpit, & ſenſim auditum recuperare: etſi ſemper ſtupidus & quaſi ſoporato ſimilis maneret. Potiones medicatas dierum interuallis iterant, & clyſteres: (quòd, auctore Hippocrate, purgatio in capitis vulneribus plurimum proſit) capiti bene proſpiciunt puluiſculis, vnctionibus, emplaſtris, & tegumentis frigus repellentibus. Quo ordine medicationis effectum eſt vt intra menſes duos integrè coaluerit vulnus, ipſéque æger ſanitati reſtitutus: præter quàm quòd ferè cæcus, & omnino ſurdus remanſit, ob læſionem auditorij meatus & neruorum optico rum. Quod quum Dei præpotentis manu factum eſſe omnes iure merito affirmarent, id pro miraculo haberi debere aſſeuerabant: & profectò monſtroſum videri id poterat. Sed quæ nobis talia apparent, occulta Dei virtute facilia illi ſunt, qui habet necis & vitæ poteſtatẽ, & deducit ad inferos & reducit. Neque enim eſt currentis aut volentis, ſed miſerentis Dei, qui quos vult ab interitu ſeruat: illi honos & gloria.

OBSERVATIO QVINTA.

MAGDALENA Franciſci Martineti vxor, iuuencula & bene habito corpore, vtero grauis, in octauo geſtationis menſe febri continente ex putredine ſanguinis corripitur: ſecundo die opiſthotono afficitur, ceruice in poſteriorem partem inclinante: loquela priuatur eodem ipſo die: oculis conuulſis, & in vnam ſemper partem ſpectantibus manet, febris acutiſſima intenditur magis. Quarto à morbi initio die filium parit, purgationes commodè exeunt, à partu tamen omnia grauiora & periculi plena apparuerunt. Poſtridie partus conuulſa

moritur,

Observationum medicinalium libri sex - page 271 sur 308

moritur, infánſque horis aliquot poſt matris obitum & ipſe quoque diem obiit, mater filium geſtans eodem feretro humo traduntur.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

Lib.5.aph. 30.& 55.

RECTISSIME illud ab Hippocrate dictum videtur, mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale eſſe. & rurſus, Quæcunque vtero gerentes à febribus corripiuntur, & fortiter calefiunt ſine occaſione manifeſta, difficulter pariunt & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur. Id miſeræ huic iuuenculæ primiparæ optimo quidem temperamento præditæ, & pleriſque aliis eueniſſe teſtari ipſe certiſsima fide poſſum. Quum in octauo geſtationis menſe conſtituta ægra hæc eſſet, & magnum geſtaret fœtum, puſillo ipſa corpore, ſed ſolido tamen & compacto & ſucci pleno: rigere cœpit ſub noctem, móxque à rigore fortiter incaleſcere, febri graui oborta cum incredibili faciei rubore, pulſu magnó & citato, vrinis vinoſis & ſpiſsis, cum magna anxietate & anguſtia, vt vno loco conſiſtere ægra non poſſet. Secundo à morbi initio vocátur medici: inter quos & ego quoque accerſor, ac quæ dixi ſigna atque ſymptomata intuitus, protuli & graue ægrotanti imminere periculum, & abortum paſſuram: quòd vix fieri poſſe putarem vt fœtus cum tam valida febre ſeruari incolumis poſſet, & ad legitimum partus tempus in vtero ſiſti, prout citatis ex Hippocrate ſententiis firmũ haberi poterat. Itaque de curatione conſilium capientes, quum ægram tam miſerè conflictari cerneremus, & in tanto vitæ periculo verſari, marito & filiæ parentibus periculum prædixi mus, (quod faciendum & Hippocrates & Celſus & Galenus monent) ne ſi ars victa malo fuerit, aut neſciſſe nos & ignoraſſe rerum futurarũ euentum, aut fefelliſſe videri poſſemus. Prædictio namque eſt quæ medicum à calumnia tutum facit & obſeruantia dignum, quum quæ nec æger, nec aſſidentes norunt, ea in tempore præſagit atque prædicit medicus. ſic enim efficitur vt pareant propenſius ægri medico, ipſéque præſentiendo futura de longinquo, obuiam eat futuris caſibus, & demum crimine vacet internecionis: quæ docta Galeni ſententia eſt. Quam nos ſequẽtes, quum & morituram ægram prædixiſſemus, & his remediis quæ morbum leuare poſſent locum nõ eſſe, nempe quòd illi neque mitti ſanguis poſſet, vtique iam partui proxima, & ingreſſa noni menſis initium, neque ſolutiuũ pharmacum dari, (quòd nec deuorare poſſet, conuulſis maxillarum neruis ac muſculis, nec etiam ſi aſſumpſiſſet, continere valeret, omnia reiiciens) abſtinendum cenſuimus, illud Galeni ſectantes: In quibus deplorata ſalus ægris eſt, in iis nos à culpa immunes ſeruaturos, ſi & ægrotantem moriturum prædixerimus, & nullo fuerimus vſi generoſiore medicamento. Nam etſi morbus, vtpote à plenitudine, conſtantibus viribus ſanguinis miſsionem poſtularet: illam tamen impręgnatio & partus tempus quod inſtabat, immo iam præſens aderat (ſi quidem quarto à morbi principio die filium infœliciter peperit) nec aſſidentes etiam illam vnquam tuliſſent, mitti illi non po

Hipp. & Gal.lib. 1. præd. Celſ.lib.2.

Lib.1.preſ. com.1.

Lib.12.me tho.

non potuit ſanguis, nec purgatio adhiberi, nec alia fieri quæ morbi ratio exigebat. Et propterea rectè admodum Auicenna huiuſmodi ægritudines in quibus adiunctum eſt aliquid quod medendi ratione prohibeat, non ſa natiuas nuncupandas cẽſuit, quòd medico non concedatur vt pro morbi ratione medeatur ægro. Nos tamen leuiſsimis & tutiſsimis vſi auxiliis, ne arti impingi poſſet quod morbi proprium erat, vt potuimus ſuccurrere tentauimus, glandibus acrioribus in anum ſuppoſitis, & vnctione ceruici admota, ex his quæ conuulſioni debentur, locum prius fouentes veſicis ſuillis oleo calente impletis, in quo betonica, ſampſuchus, ſaluia, maluarum & althææ folia cum floribus chamæmeli, roriſmarini & ſtœchados in cocta erant. Sed nihil proficientes, deſiſtendum cenſuimus & à dandis potionibus, quum fruſtra id iam bis tentaſſemus, & ab aliis exhibendis, quòd in certam mortem progredi ægram videremus, neque eſſe deploratis admouẽdam manum, vt Hippocrates iuſsit. Quamobrem quum quarto die à morbi initio marem hæc mulier peperiſſet, & commodè purgationes à partu exirent, nihilo ſecius in peius omnia proceſſerunt. Nam & viribus omnino deſtituta, & tota conuulſa, ceruice quidem in poſteriora rigidè inflexa, manibus & brachiis contractis, quinto die in fata, Deo ſic diſponente, conceſsit. Hanc verò obſeruationem non alio fine deſcribendam duxi, quàm vt tantùm hiſtoriam obſeruatu dignam referrem, & oſtenderem etiam in huiuſmodi caſibus præſtare vt à dandis medicamentis conſultò abſtineamus, ne quem mala ſors peremit, medicus datis in præcipiti non profuturis remediis occidiſſe videri poſsit, ſéque hoc pacto à calumnia vindicet. Sit laus Deo in cunctis optimo maximo.

Fen 2. primi doct. 2. ſum. 1. cap. 8.

Lib. de arte.

OBSERVATIO SEXTA.

FILIA Trophimi Icardi viro nupta, vterum geſtans in ſeptimo geſtationis menſe, in pleuritidem grauem incidit, cum oregmone, id eſt ſtertente ſpiritu in aſpera arteria inter reſpirandum percepto: difficillimáque ſpiratione comitante, cum febre acutiſsima, delirio, atque vigiliis. Sibi ſanguinem mitti non paſſa eſt, ob impregnationem & matris ac aſſidentium repugnantiam. Tandem in ſeptimo natura vi ac ductu ſcreare cœpit, remedijs tamen adiuta multis, eclegmatis, potionibus expectorantibus, fotibus, ſyrupis, vnguinibus. Remitti febris vndecimo die incipit, procedit ſputum coloratum, coctum, ſine magna difficultate emiſſum: vigeſimo integrè decreuit, & liberata eſt, ſudore copioſo manante: filiam poſtea peperit vitalem & incolúmem ſuo tempore, nempe nono exacto menſe. Vt videre ſit Deum opt. max. quos vult ſua miſericordia ſeruare, eos præter ſpem omnem & hominum opinionem ſeruari, artis etiã curatiua neglectis canonibus: & ſeruari interdũ eos de quibus medicus deſperarat, quod eſt à noſtris proditum.

OBSER

©BIUM

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

Lib. 6. Epid. Cap. 5. NATVRAM, morborum medicatricem esse vetustissimus Hippocrates verissimè prodidit. Ea enim est quæ viribus suis vtens, quod alienum est expellere nouit, quod vsui futurum seruare: vt lib. priore de febrium diff. prodidit Galenus: si modò ægri valida virtus sit. Hoc vt in pleriſque aliis, sic in hac ægrotante experiri mihi licuit: quæ quum vtero grauis in pleuritidem incidisset siniſtri quidem lateris, quæ, teste Auicenna, cæteris periculosior esse Fen 10. 3. solet, naturæ tamen ope magis quàm medicamentorum potentia curata fuit. Quod inde perspici vel aperto testimonio potest, quòd neglecto præsentissimo remedio, sanguinis missione, neque admodum remediis vsa, quæ ob imprægnationem omnia fastidiret, curata tamen naturæ beneficio fuit, decernente in vigesimo fœliciter morbo. Quæ verò ratio in hac curanda à me obseruata fuerit breui recensebo.

CVRATIO. Ad hanc vocatus, quum & pleuritide laborare eam ex pathognomicis signis deprehendissem, dolore lateris siniſtri punctorio, tussi, dolore ad mammillam ascendente, febri, & pulsu duro, spirandíque summa difficultate, & in præcipiti rem ipsius esse adstantibus prædixissem, quòd & prægnans esset, & acutum pateretur morbum, præsenti esse remedio opus dixi, sanguinis vtique missione, si matrem saluam vellent: etiam si cum discrimine fœtus & aborsus periculo id futurũ esset: quòd pro Hippocratis Lib. 5. aph. 31. sententia: Mulieri vtero gerenti si sanguis mittatur, abortus fit: magis verò quum maior fuerit fœtus. Sed tamen præstare vt quæ morbi ratio postularet ea fierent, vt saluaretur mater, quàm neglecto tanto præsidio periclitari & matrem & fœtum. Ad quæ quum à marito, ab ægra ipsa quoque, & illius vtroque parente responsum esset, se id non passuros, ægráque ipsa plus cæteris reluctaretur, trahere eos in meam sententiam haud vllis persuasionibus potui: tantùm me rogarunt vt quæ possem alia præsidia in ægræ salutem præscriberem, clysteres, decocta, potiones medicatas, & quicquid ex vsu esse ducerem, modò sanguinis missionis nulla à me fieret mentio. Quod quum esset ab eis magna asseueratione constitutum, facturum me sum pollicitus quantum præstare ipse ex arte possem: sed si fœliciter non cederet, mihi ne noxam imputarent. Itaque clysteribus lenibus & aluum leuiter mouentibus vti cœpi: decoctis sputum promouentibus, ex pectoralibus herbis & fructibus vnà cum papaueris rubri floribus adiectis (qui in pleuritide leuanda mirã profectò habent vim, & mihi pro arcano esse solent) tum syrupis de hyssopo, capillorum veneris & violaceo sum fœliciter vsus. Linctibus quoque variis, & ad dolorem sedandum vnctione ex vnguento dialthææ vocato & resumptiuo, addito butyro recenti, cera alba, & oleo amygdalarum dulcium, tum etiam emplastro ex meliloto ad latus admoto. Supra vnctionem verò lanas pingues puluere sulfuris respersas ad latus apponi & institis ligari iubebam. Tandem verò procedente copiosius & facilius sputo (quòd tenuis esset qui morbum creabat sanguis, atque copia non admodum multus) sudoréque decimo-

quarto

quarto & vigesimo die copioso, multo, cum facilitate emisso, naturæ ductu liberata integrè eo ipso die mulier fuit, fœtu saluo & incolumi, qui ad tempus illi à natura præfixum in sinu matris constans, nono posteà exacto mense in lucem fœliciter matre salua prodiit. Id verò longissima experientia obseruaui in prægnantium acutis morbis, præstare vt mitissimis auxiliis morbum leuare tentemus, potiusquàm vt maioribus etiam morbo debitis ægræ naturã vexemus. Solent enim vtero gerentes à minima quaque re offendi, & id à quo offenduntur medico adscribitur: quam calumniam vt vitemus, præstat naturæ familiaribus vti. Deo laus & gloria in omne æuum.

OBSERVATIO SEPTIMA.

MEDICVS Lusitanus, senex septuagenarius, febri continente grauissima Auenione correptus, soporatus & ferè apoplecticus factus decimo quarto die, ad multos dies sine cibo & potu vitam ducens, præter exiguum quid iusculi quod vi illatum in os ægrè deuorabat, sine voce, & sensibus omnibus destitutus, tamquam mortuus iacens, & à medicis pro deplorato relictus (in queis & ipse ascitus eram) tandem sensim naturæ ope reuocatus, post bimestre tempus & eo amplius conualuit, integraq; sanitati restitutus fuit. Erat autem senex temperamento frigido & humido, pituitosus & excrementis abundans, carnosus, vorax, & parum in victu cautus.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

QVAE natura robusta in ætate iam inclinata facere queat, ex hac quam obseruauimus in medico sene & valido historia palam fiet: vt verissimum illud Galeni haberi possit, validas vires omnia sustinere, imbecillas à minimis lædi. Hic nanque validus senex septuagenarius, vasti corporis & bene carnosi, plurimisque humoribus (pituita præsertim) refertus, quum in continentem febrim incidisset ex humorum intra vasa putredine, maximè verò pituitæ (qua plurimum abundabat:) erat quidem in eo calor iugis, sed non admodum acris: quòd instar ignis in lignis viridibus succensi calor hic febrilis in sene persimilis foret. Equidem quum senibus paucum adsit calidum, siue quis ad qualitatem sermonem referat, siue ad substantiam, plurimisque ob cruditatem & concoctionis imbecillitatem excrementis humidis abundent: efficitur, vt non similiter atque iuuenibus febres acutæ fiant, quòd frigidum sit eorum corpus, & ob hanc causam neque senes magna ex parte febricitant acutas febres, sicuti iuniores: & si quando rarenter talis his accidit febris qualis iuuenibus, omnino hæc ad interitum ægrotantis terminari plerunque solet, ob virium imbecillitatem, quæ senibus adesse

Lib. 10. me tho.

Ex Gal. cõ. 14. prim. aph.

Hipp. lib. 1. aph. 14.

ætatis merito ſolet. Hæc cauſa fuit cur in tam graue diſcrimen hic æger inciderit, quòd ignis conceptus in magna humorum crudorum, lentorum ac viſcidorum copia, negocium naturæ ſenili faceſſeret, quæ tantam humorum putrentium molem ſuſtinere non potens, oneri ſuccumbebat, neque extinguebatur in eo natiuus calor per viam oppreſsionis: perinde atque exiguus focus ſub ingenti lignorum viridium ſtrue concluſus præfocatur atque extinguitur. Quamobrem quum hic vir ob ingraueſcentem ætatem morbo par non eſſet, effectum eſt, vt effumantibus è venoſo genere multis ſurſum humoribus, & à vaporibus copioſis grauato cerebro, in ſoporem altum inciderit, καῦσαφορὰν Græci vocant, quæ vtplurimum febribus grauibus accidere ſolet. Nec ſolùm ſoporatus erat, ſed cum ſtertore iacens, difficultérque ſpirans, ſenſu motúque deſtitutus & voce apoplepticus apparebat, & ſi reuera non eſſet. Nam non omnino motu voluntario deſtituebatur, & interdum ad interrogata reſpondebat, quamquam ægrè: móxque in ſoporem reuertebatur, vt verius lethargum fuiſſe dicere rectè poſsimus, vti reuera erat. Ad hunc vocati non quidē ab initio morbi, quòd ipſe ſibi mederi volens, quæ illi in mentem veniebant præſidia conſcribebat: ſed quum in hæc quæ dixi ſymptomata incidiſſet ſub diem decimumquartum, vocati tum ſumus, Ioannes Guilielmus ſenior, alter medicinæ parēs, Hieronymus Lopius medicorum longè excellētiſsimus, atque ego. Intellectíſque ab aſsidentibus quæ præteriiſſent, & vnde mali origo, videntes ægrum in tanto diſcrimine, de curando homine conſilium ineuntes, optimum factu duximus vt materiam quo poſſemus modo à cerebro reuelleremus: quod quum ſectione venæ fieri ob ætatem minimè poſſet, cucurbitulas cum ſcarificatu admouendas cenſuimus, quæ miſſionis ſanguinis vicariæ eſſent, vt voluit Auicenna. Itaque natibus & ſcapulis ad reuulſionem admotæ fuerunt: item & clyſteres paulò acriores ex decocto remollentium & ſaluiæ, betonicæ, ſampſuchi, centaurij minoris, agarico, polypodio & ſeminibus melonum, aniſi & marathri, additis in colatura hiera Galeni, electuario Indo, roſaceo melle & anthoſato & oleo liliaceo, cum drachma ſalis gemmæ. Dedimus & hieram magnam in potione cum drachma pilularum cocciarum Raſij in puluerem redactarum, adiecto oxymelite ſcillitico. Ad cerebrum roborandum potiones dedimus ex mithridatio antidoto cum puluere diamoſchi dulcis, & aliquot pæoniæ granis, quæ in omnibus capitis affectibus, præſertim à frigidis humoribus, plurimum valent. Quin & rurſus hieram interpoſitis diebus ſex cum caſtorio propinauimus. Sed tamē etſi omnia ex methodo faceremus, nedum interiùs adhibitis, ſed & foris admotis remediis, frictionibus, vinculis extremarum partium, clamoribus, capillorum vellicationibus, ſaculis etiam capitalibus capiti admotis, ex caryophyllis myriſtica nuce, macere, cocco tinctorio, coriandro, gummi hederæ torrefacto, olibano, ſtyracæ, gummi iuniperi, ac ſimilibus, ſyrupóſque propinaremus attenuantes, incidentes, & à capite reuellentes (quos tamen æger ſumere nō poterat:) nihilo ſecius tamen in peius omnia ruebant, adeò vt ſine voce, ſine ſenſibus, & penè ſine pulſu, cum facie Hippocratica relictus pro moribundo

Fen 4. pri. tab. 21.

in horas

in horas singulas fuerit: mansitque eo in statu triduum totum, interfacerdotes animam agens. Ope tamē Dei naturæque sese exsuscitantis sensim respirare cœpit, & querula ac lamētabili voce nonnihil inter fauces mussitare: nihil tamen assumens alimenti, prēter parum iusculi quod dabatur. Reuocatis autem ad subsidium iterum medicis, opem tulimus, naturam iusculis, potionibus ex confectione alchermes, & aliis roborantes: sícque post multum tempus conualuit integrè ad laudem Dei misericordis.

OBSERVATIO OCTAVA.

MARGVARETA honestissima ac prudentissima mulier, Iacobi Anfosij ciuis Arelatensis honoratissimi honoratissima coniunx, causo febre acutissima corripitur, cum linguæ nigredine, siti intolerabili, anxietate maxima, delirióque graui dies totos tres vexata. Putans enim se in enixu esse, validis clamoribus & conatibus sese exagitans, ac si paritura esset, defecit ferè, virium repentina concisione, & in syncopen delapsa, à qua vix resurgere poterat, & plures horas sine pulsu manens moritura putabatur. Tandem decimoquarto die soluta sponte aluo, & sudore copioso manante, liberata fuit præter omnium expectationem.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

MIRA profectò sunt quæ in acutis & ardentissimis febribus apparere symptomata solent. eiusmodi namque pleraque eorum sunt, vt in vitæ discrimen hominem rapiant: qualia potissimum sunt animi defectio, delirium, & syncope. malignitatem enim hæc febris, & raptum vitiosi humoris ad cor & cerebrum, aut virium à morbo prostrationem indicant: quod in hac prudentissima muliere experiri, vt in plerisque aliis, mihi licuit. Hæc enim quum per æstatem corpus ingenti labore fatigasset, horrere cœpit refrigerato corpore, quum parum sibi à refrigerante aura post laborem cauisset: mox febris acuta & grauis subsequitur, vtique in calido & feruente humore succensa. erat enim ægra rari habitus, temperamento calida & sicca, calidissimi hepatis, acutissimi & biliosissimi sanguinis, & plurima bile referti, quæ intra vasa putrescens & validum feruorē concipiens, eius generis febrim concitauit, quam Græci καῦσον, ardentem, ab ardore nimio quo ægri infestantur Latini appellare solent. Erat enim ad tactum calor febrilis mordax, acutus, atque insuauis, sitis ingens & implacabilis, ob flammæ copiam, dolor capitis pulsatiuus, cum mordicationis sensu: linguæ siccitas & nigredo cum scabritie mira, vigiliæ & delirium ægram sub septimum diem infestare cœperunt. Quum enim filiorum desiderio miro teneretur ægra (neque enim nisi semel in vita conceperat) existimabat per delirium se

Signa causi.

Observationum medicinalium libri sex - page 277 sur 308

& grauidam esse & eniti puerum: concepta eius rei falsa, sed fixa imagi-
natione: vnde clamoribus validis & nixu corporis intento sese exagitans,
tanquam paritura elidere fœtum conabatur: túmque deficiens, in syn-
copen grauem delapsa est, à qua magno labore est leuata. Hæc morbi natu-
ra, hæc præcipua symptomata erant, quibus vt à me prospectum sit iam
narrare ingredior.

CVRATIO. Ad hanc quarto ab initio morbi vocatus, quũ & de omnibus quæ scitu
Lib. 4. de rat. vict. acut. textu 51. necessaria essent ægram & assidentes interrogassem, (quod faciendũ Hip-
pocrates iussit) perspectáque morbi specie & ægrotantis natura, dato re-
frigerante clysteri aluum leniter molliente, sanguinem eodem ipso die
Lib. 11. metho. med. mitti iubeo: quòd pro Galeni sententia in continentibus febribus & in
aliis omnibus quas putrens humor excitat, saluberrimum sit venam tun-
dere, modò neque vires neque ætas prohibeant: vt leuata natura eo quo
veluti sarcina premebatur, facilius quod reliquum est vincat, sui mune-
ris haud oblita. Nec audiendi sunt qui id in causo fieri vetant, bilis incen-
sionem veriti. Nam plus commodi ægro accedit refrigerato per sangui-
nis missionem corpore, & difflatis humoribus, quàm noxæ accidere pos-
sit ex bilis incensione: quæ tantum abest vt in huiusmodi incensiuis febri-
bus per sanguinis missionem accendatur, vt plurimùm in suo feruore
temperetur, humorum difflatione venæ sectionem consequente: & si in-
terdum accidat vt in valdè bilioſis misso sanguine bilis efferuescat. Quam-
Fen 4. pri. obrem rectè monuisse Auicenna visus est, dum cauendum monet ne in
sanguinis missione ægrum ad alteram duarum rerum perducamus, bilio-
sorum humorum ebullitionem, aut frigidorum cruditatem: quod tamen
(vt antea dixi) in febre ardenti minimè metuendum est, represso vtique
per sanguinis missionem bilis feruore. Sanguine misso, refrigerantibus
syrupis febris ardorem bilísque ebullitionem compescere satago, & le-
uissimo medicamento post septimum diem dato. In quo illud perpetuò
obseruandum, meo quidem iudicio, medicis omnibus est (quod & mihi
in huiusmodi febribus solemne esse solet) ne fortia, ne scammoniata dent
medicamenta: quæ præter id quòd febrem accendunt caliditate sua, tum
verò motu violento exagitantia humores, in maiorem deducunt putredi-
nem, & naturæ in concoquendo opus impediunt, crisímque peruertunt:
Auic. lib. de viri. cor dis tract. 2. ca. 2. & fen 1. 4. trac. 2. ca. 7. & 40. & fen 4. 1. cap. 3. & 4. Auẽzoar. lib. 1. trac. 7. cap. 1. Auerroes lib. 4. colliget. Gal. 4. metho. Cels. lib. 3. tum verò ægri vires omnino frangunt, quæ postea deiectiores redditæ, de-
cretorio perficiendo minimè sufficiant, sícque periclitetur æger: vt Aui-
cennæ, Auenzoari, & Auerroi ex Arabibus, Galeno ex Græcis, Celso ex
Latinis visum est. Itaque tutius multò est mitioribus medicamentis rem
agere, quàm validioribus noxam inferre, ídque in acutis & ardentibus fe-
bribus: quod facere ipse perpetuò soleo: & si quando scammoniatis vsus
esse videatur, quam minimum ex illis propinandum bene correctis. Vbi
verò & syrupis febris ardorem restinxi, & leui medicamẽto humorem no-
xium depuli, lenibus clysteribus transigendum, donec naturæ motũ per-
spicerem, duxi: ne illius in concoquendo humore motus impediretur,
ac minus rectè decretorium procederet. in vigore nanque morbi quietem
habere oportet, nec corpus vllo pacto exagitare: quod est ab Hippocrate

atque

atque Galeno literis proditum. Quum verò vndecima die madores quidam in cute roſcidi apparerent, & vrina aliquantò concoctior, prædixi futurum vt decimoquarto decretoriè ſudaret: quod & effectum eſt. nam quæ diem decimamquartam præceſsit nox valde inquieta, moleſta & grauis fuit: iuxta illud Hippocratis: Quibuſcunque criſis fit, iis nox grauis ante acceſsionem. Ea igitur nocte rubor ſummus in facie ſolito maiore, oculi micantes, & lucidi, mador in cute, & pulſus vndoſus cum ſumma velocitate, oriri cœperunt. Mox verò die decimoquarto copioſus ſudor erũpere cœpit per vniuerſum corpus, calidus ille quidem & nidore infectus, atque vnà cum ſudore alui fluor largus bilioſi & feruentis humoris corruptiſsimi, qui ad ſeptem ferè dies perſeuerauit, & remediis adhibitis ſedatus fuit: plus namque æquo nimium fluebat aluus cum virium deiectione, vt cohibitione fuerit opus. Lib.2.aph. 29. Lib.2.aph. 13.

Qua autem ratione tantis ſymptomatis à me ſit prouiſum dicam. Siti validæ, largo aquæ hordeaceæ potu cum ſyrupo violaceo, interdum ſyrupo de limonibus, qui ad arcendam putredinem & bilis feruorem retundendum mirificas habet vires: vigiliis, lotione crurum & brachiorum hora ſomni & diluculo ex decocto foliorum lactucæ, cucurbitæ, ſalicis, pampinorum vitis, & corticum papaueris albi, additis floribus roſarum, violarum, & nymphææ: tum dato ſyrupo ex papauere cum aqua decoctionis lactucæ & portulacæ: illitione etiam fronti & temporibus facta ex oleo nenufarino, & violaceo, demum ex vnguento populeone cum puluere requiei Galeni. Nigredini linguæ, ſacculis confectis ex mucilagine ſeminis cydoniorum & pſylij, fruſtis redolentium pomorum in aqua madefactis, & contentione in ore ſacchari candi, & penidiorum, & ceraſorum acidorum ex ſaccharo conditorum: interdum portulacæ folia aqua madefacta continere iubebã, & penicillo argẽteo detergeri ſæpe linguam iubebam, crebróque hordeacea colluere: Porrò anxietati proſpexi, iubẽs vt ſe vno loco quòad poſſet contineret ſtrato molli, odoribus bonis cor & ſpiritus fouebam aqua roſacea ex aceto roſato mixta & pulſibus ac naribus admota. Dabam ſæpe teſſeram vnam electarij ex margaritis cum aqua bugloſsi, & conditum paraui ex cõſeruis nymphææ, roſarum, violarum & bugloſsi, additis margaritis in pollinem tritis, & ſaccharo, foliis auri aliquot in bracteas partiti adiectis: Loco obſcuriore contineri ægram iubebam, & frequentiam hominum à cubiculo arcebam, irrorabam ſolum aqua & aceto: & lecto florum & ramuſculorum odoratorum copiam inſternebam. Delirio prouidi clyſteribus non omnino lenibus ad reuellendum, crurum vt dixi lotionibus, & aliis ad ſomnum conciliandum aptis: iuſsíque vt in ſilentio ſtaret, quod tamen impetrare nequiuimus, quòad ſe morbi vis remittere cœpit. Capiti, abraſo capillitio, columbos iuuenes dorſo exectos, & floribus chamæmeli, nymphææ, & violarum & ſeminum papaueris & anethi (ſomnum namque conciliat & fumos diſcutit) refertos calentes impoſuimus, vbi primùm oxyrhodino caput perfudiſſemus. Syncopi autem, vini albi & generoſi exhibitione, vt iubet Galenus, & iuſculis bonis, tum confectione alchermes vocata ex aqua bugloſsi, & epithematis cordi admotis. CVRATIO. Lib.12.method.

Observationum medicinalium libri sex - page 279 sur 308

admotis. Syrupos dedi concoquentes humorem, & leue poſtea medicamentum propinaui, ex diluto rhacomatis, roce ſyriaco, & ſyrupo roſaceo infuſionis roſarum: ſícque integrè curata fuit nutu Dei, qui ſit benedictus.

OBSERVATIO NONA.

Maria, Ioannis Icardi vxor honeſtiſsima, continente febri ardente correpta, cũ grauiſsimis ſymptomatis & delirio longo contabeſcens ad extremam maciem deducta, & tota tabefacta, magno labore curatur poſt diutinum tempus.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

MVLIER hæc honeſtiſsima, ſedula, & induſtria, cum magnis laboribus & curis domeſticis corpus fatigaſſet, laſſitudinem vlceroſam ſentire in vniuerſo corpore cœpit quaſi mucronatis aculeis pungeretur, bilioſi vtique humoris ſobolem vitioſam, ſi quid Galeno creditur. Oritur namque huiuſmodi laſſitudo, ab excrementorum copia tenuium ſimul & acrium in muſculos delatorum, à quibus, ceu tenuibus & acribus, neceſſe eſt pungi & quaſi vulnerari tum cutem, tum ipſam carnem, ſic vt etiã horror interim ſuboriatur, imò etiam & rigor, ſi tum copioſus, tum acer is humor ſit: quæ docta Galeni lib. 3. de ſanitate tuenda ſententia eſt. Hoc ægrotæ huic accidit: nam aliquot diebus, poſteaquam vellicari ſibi carnem & cutem ſenſiſſet, in rigorem vehementem incidit, ac mox in febrim, eámque continentem, & cauſonicam, ex bilioſi humoris intra vaſa putredine, quo plurimo mulier abundabat, eóque aſſato à vehementi hepatis caliditate & totius corporis. Symptomata quæ patiebatur, grauia erant, & varij generis: ſitis immenſa, delirium longum, vigiliæ, alui fluor, & inappetentia cum plurimo bilis citrinæ vomitu: tum & capitis dolore ingenti, & quod grauius erat, ſine decretorio bono plures decretorij dies tranſierunt. Ad hanc ego vocatus, omnibus ritè perpenſis, cùm iam circa ſeptimum conſiſteret morbus, eſsétque mulier valde attenuata & imbecilla, ſanguinem mittere tum ob virium infirmitatem, tum veritus humoris bilioſi feruorem, auſus non ſum: ſatius arbitratus cholagogo bilem infernè detrahere, quàm ſanguinem à bilioſiſsima muliere auferre: iuxta illud Auicẽnæ, Caue (ait) ne ægrum ad alteram duarum rerum perducas, aut bilioſorum feruorem, aut frigidorum cruditatem. Itaque quum iam ſeptima præteriiſſet ſine vllo decretorio dies, quum in ſexta fuiſſem vocatus, inſciens num quartus dies de ſeptimo indicaſſet: decretorio die, nempe ſeptimo, mouere nihil volui: quo tamen ſine vlla criſi elapſis, opportunum factu cenſui, mox dare cholagogum medicamentum lene, non expectata concoctione, quod in bilioſis & acribus humoribus atque ſeroſis faciendum Galenus pluribus in locis iubet. Paro itaque medicamentum, quod & alterare, & vna eadémque ope

Lib. 3. de ſanit. tu.

Fen 4. 1. cap. 20.

Lib. Quos oportet purgare & li. 3. præſa. com. 31. & lib. 7. meth. & lib. 1. aph. cõ. 24.

que opera vacuare bilioſum humorem ſine agitatione rectè poſſet. ℞. Prunorum dulciũ paria tria, tamarindorũ electorum ʒ ß. pulpæ ſebeſten ʒ iij. glycyrrhizæ raſæ & contuſæ ʒ ij. ſeminũ frigidorũ maiorũ mundatorũ ʒ ß. trium florum communium cordialium, ana P.j. fiat omniũ decoctio ad ʒ v. & coletur. In colatura diſſolue rhabarbari electi in aqua endiuiæ cũ pauco cinnamomo per noctem infuſi, & mane leuiter expreſsi ʒ ij, catholici ʒ ß. ſyrupi roſati infuſionis roſarum ʒ ij. ſyrupi violati ʒ j. fi at potio: qua exhibita octauo die, plurima vacuata ſunt excrementa bilioſiſsima & feruentiſsima, cum ingenti nidore ac fœtore mirabili, vnde ſe alleuatam ægra non minimum ſenſit. Syrupos alterantes & bilis feruorem retundentes propinaui, ſyrupum violaceum, oxyſaccharam compoſitam, & ſyrupum de bugloſſo ad humorem atrabilarium, qui ſat multus etiam ſubeſſe in venis apparebat: exceptis ſyrupis ex decocto borraginis, bugloſsi ſylueſtris, quem Cyrſion vocant, intybi vtriuſque, fumariæ, lupi ſalictarij, oxalidis, adiecto adiantho, polypedio, glycyrrhiza, & floribus communibus: ex quibus omnibus arte paratis apozema conficiebam, quo dies totos octo vtebatur, datis interea clyſteribus lenibus. Quum verò decretoria mala in ea muliere apparerent, nempe imperfectæ & debiles per ſudorem euacuationes, & quæ relinquuntur poſt criſes ne dum bonas, ſed multo magis malas & imperfectas recidiuas facere conſueuerũt, vt rectè Hippocrates dixit: inde ægrotæ metuens, leniter per temporum interualla euacuabam interdum decocto ſenæ & epithymi cum ſyrupo roſaceo, interdum tryphera perſica, nonnunquã verò etiam confectione hamec in pauca doſi, ad humorem atrabilarium vacuandum. Sed quoniam in longum procedebat morbus, nempe ad quadrageſimum iam protenſus, metuens ne tandem ex putrida hectica fieret, quòd in talibus corporibus attenuatis & ſiccis fieri perquam facilè ſolet: omnem ſcopum ad id dirigendum putaui, vt refrigeratione & humectatione corporis citra obſtructionem membra ſolida reficerem atque fouerem, ne calore febrili contabeſcerent (tabefieri namque iam incipiebat, tranſacto quadrageſimo die mulier.) Itaque ſyrupum violaceum ex hordeacea aqua ſingulis matutinis dari iubeo, dies totos viginti: dorſum & pectus oleo violaceo & nymphæa inungi iubebam, cremore hordei mulierem cibabam: tandem verò etiam ad lactis aſinini vſum me contuli, quo integrè reſtituta & ſanata mulier fuit, ad Laudem Dei optimi maximi.

Lib. 2. aph. 12.

OBSERVATIO DECIMA.

RICHARDVS Sabaterius honoratus & ditiſsimus ciuis Arelatenſis, ſenex annorum ſexaginta, optimi habitus & ſolidorum membrorum, angina præfocatiua corripitur: interna illa quidem, & à qua nihil foras apparebat, in diſcrimen vitæ incidit, prohibita voce, & penè phlegmonoſo intus tumore in faucium radice conſiſtente

Observationum medicinalium libri sex - page 281 sur 308

ſtrangulatus, ita vt exerta lingua & tumefacta, cum magno ſtertore ſpiritum duceret, inſtar eorum qui ſtrangulantur. Suppuratur angina, & auxilijs multis adhibitis introrſum rumpitur, purgatur & ſanatur ingenti cura & labore ſenex, qui iam fermè deploratus moribundus iacebat, ſuperuixitque annos totos duodecim.

OBSERVATIONIS EXPLANATIO.

ANGINAM, periculoſiſsimum eſſe affectũ, & qui ſtrangulatu citò interimat, præſertim ſi nec in ceruice, nec in faucibus conſpicuum quid appareat, ab vetuſtiſsimo auctore Hippocrate proditum eſt. Fit autem (vt Paulus & Auicenna inquiunt) aut interioribus faucium muſculis inflammatis, aut interioribus etiam muſculis in ſuperiore gutturis parte ſitis (quã partem λάφυγα Græci nominant) inflammatis. Huiuſmodi affectum venerandus hic ſenex paſſus eſt, diſtillatione graui & affatim à cerebro in faucium ſumma ruente, ibíque conſiſtente, & phlegmonem faciente. Sunt enim fauces, auctore Galeno, præiacens gulæ ac gutturi ſedes quo in loco ſi inflammatio oriatur, ſynanche Græcis, latinis angina talis affectus dicitur: ſicut vbi exteriorum harum partium muſculi inflammantur, paracynanchen appellant. Senem hunc ſic affectum, grauis ſpirandi difficultas comitabatur, vt nonniſi recta ceruice ſpirare poſſet, quotiéſque aërem attrahere vellet, collum vehementer protendere cogeretur: dolor in faucibus extenſiuus & pulſatorius aderat, febris pro ætatis ratione ſat magna: faciei rubor & quaſi tumefactio quædam, nedum verò grauis ſpirandi difficultas hominem premebat, ſed & deuorandi cibi multo maxima, ita vt quum ſorbitionem liquidam ſumere vellet, magnã illius partem per nares reiiceret, indicium in gulæ muſculis inflammationem conſiſtere. Nam etſi ægrè ſpiritum duceret, multo tamẽ leuiùs ſpirabat quàm ingeſta deuoraret. Lædebatur autem vtraque in eo & deuorandi & ſpirandi actio, quoniam tumore in gulæ muſculis conſiſtente, neceſſariò laryngis muſculi propter viciniã & conſenſum coafficiebãtur, quod ab Auicenna rectè dictum eſt. Et tu quidem ſcis (ait) quòd apoſtema oppilat meatus vicini ſui: & quòd coarctatio membri vicini oppilat meatus vicini. Vnde euidentiſsimè conſtare poteſt inflammatis alterutrius partis muſculis, laryngis inquàm aut gulæ, facilè reliquos qui vicini ſunt in conſenſum trahi: ac proinde fieri, vt in eiuſmodi anginæ ſpecie perpetuò & ſpirandi & deuorandi atque deglutiẽdi difficultas ſeſe comitentur, vt capite de ſuffocationibus albaba conceptis verbis notauit Auicenna. Quin præter hæc ſymptomata, impedita loquela erat, & ita loquebatur ac ſi è naribus loqueretur, ob meatus obſtructionem: lingua in eo craſſa, tumefacta, limo ſordido & pituitoſo plena conſpiciebatur. Pituita multa per os excernebatur ſpontè fluens, aquea ac diluta, interdum viſcidior, & craſsior. Capitis dolore & grauitate maxima vexabatur, ità vt ſe in lecto continere minimè poſſet, nec caput pului-

Lib. 3. præ. textu 18. Paul. lib. 3. Auic. fen 9. 3.

Lib. 3. prædic. cõ. 18.

Fen 9. 3. cap. 8.

Fen 9. 3. cap. 9.

no applica

applicare, cogebatúrque in ſedili quaſi erectus ſedere, puluinis mollibus ſubſtratis: ſic enim facilius & ſpirabat, & minus dolore angebatur. Hæc præcipua quæ hominem tenebant ſymptomata fuêre, quæ ad anginam omnia conſequebantur, & eius germina erant.

Ego verò ad hunc ſenem vocatus mox, primo die, quum & ægritudinis naturam aſsidentibus, eiúſque præſens periculum ſignificaſſem, quò me calumniæ eximerem, dixi neceſſarium fore ſi ſenem ſaluum vellent, vt illi ſanguis è cubito mitteretur: nec ob ætatem iam grauem cunctandum eſſe, quòd validiſsima virtute in tanto ſenio & muſculoſo & bene habito corpore ſenex eſſet, nec verendum vt ſanguinis miſsione vires in eo deiicerentur: tantum enim ſanguinis exhaurire nobis in animo erat, quantum ſenis vires citra iacturam ferre poſſent. Atque quum omnes facilè in meam ſententiam pertraxiſſem, dato prius molli clyſteri (quod adſtricta aluo eſſet) mox è cubito vena mediana vocata ſanguinem detraho (cephalica namque nuſquam inueniri in eo potuit, quæ tunſa, in hoc affectu commodior fuiſſet:) aufero autem ſanguinis ad vncias tantùm ſex, ætati parcens, ídque non confertim nec vna vice feci, ſed duabus eodem die: quod & Auicenna iubet, partiẽdam inquam eſſe ſanguinis detractionem, nec ſemel auferendum. In craſtinum vero è venis ſub lingua iterum ſanguinem detraho, à qua detractione mirificè ſe leuatum ſenſit: tanta ſiquidem virtute ſenex hic erat, vt præſenti animo plus ſibi detrahi ſanguinis cuperet. Vbi hæc peracta, cruribus cucurbitulas, item & ſcapulis admoueo: ſed cruribus ſine ſcarificatu, ſcapulis verò cum inciſione. Mox verò ceruicem & collum, gutturíſque partes mollibus & pinguibus lanis, id eſt ſordidis, oleo chamæmelino imbutis & calentibus circumuoluo. Gargariſmatis vtor à principio repellentibus, nec tamen admodum refrigerantibus, poſtea in progreſſu lenientibus & ſuppurationem iuuantibus, poſtea rupta vomica detergentibus & ſiccantibus. Horum omnium hæc fuit à me in rem præſentem excogitata ratio. Vnctio ad ceruicem, qua per initia vſus ſum: ℞. Oleorum chamæmeli & liliorum, cuiuſque ʒ iij. Miſce: vngatur calidè locus affectus pinguibus lanis ſuperpoſitis. Item hoc altero ſum vſus vnguine: ℞. Vnguenti dialthææ ʒ ij. vnguenti reſumptiui ʒ j. ß. fæcis olei de lilio ʒ ij. croci ʒ j. mucilaginis fœnogræci ʒ j. cum oleo liliorum fiat linimentum, & loco dolenti admoueatur. Sed præſtantiſsimum fuit cataplaſma, quo ſecũdo tertióve die ſum vſus, à quo ſecuta ſuppuratio tumoris eſt, & reſpirandi ac deglutiendi facilitas, & ab hoc æger mirificè ſe alleuari ſentiebat, ita vt perpetuò adhærere loco affecto iuberet: ℞. Nidum hirundinis cum toto, nempe ſtramine, luto & ſtercore hirundinũ, numero ij. bulliant in oleo chamæmelino & liliorum: piſtentur, & ſetaceo cribro tranſmittantur, addendo ſtercoris canis oſſa comedentis ʒ ij. œſypi humidæ ʒ j. olei liliorum quantum ſat eſt. Fiat puls in modum cataplaſmatis, & loco affecto calidè admoueri iubebam. Eſt enim in hoc caſu præſentaneum remedium, ſicuti & cinis crematarum hirundinum deuoratus ad drachmæ pondus ex hydromelite, vel etiam illitus, vt Dioſcorides & Galenus affirmant. Gargariſmata quibus tum

CVRATIO.

Fen 9. 3. cap. 11.

Dioſc. lib 2. cap. 49. Gal. lib. 11. de ſimplic. fac.

à prin

©BIUM

à principio, tum in augmento & ſtatu vſus ſum: ℞. Diamor℞n ʒ iij. aceti roſati ʒ j. ſucci granatorum muſorum ʒ ij. aquarum plantaginis, ſolani, & caprifolij, cuiuſque ʒ iiij. ſacchari candi ʒ j. Fiat gargariſmus, quo omni hora vtebatur: poſtea relicto aceto illius loco ſyrupum de roſis ſiccis appoſui. In augmento hoc vtebar, admixtis cum repellentibus quæ digerendi vim haberent: ℞. Summitatum rubi, plantaginis & lentiſci, ana M. j. glycyrrhizæ raſæ & contuſæ ʒ j. vuarum paſſarum pinguium exacinatarum ʒ j. ß. caricarum pinguium numero x. hordei cum cortice P. j. fiat omnium decoctio. In ℔ vna colaturæ diſſolue diamor℞n ʒ j. mel. lis roſati colati, ſyrupi violati, ana ʒ ij. Miſce, fiat gargariſatus. In ſtatu hoc decoctum fieri iuſsi: ℞. Hyſſopi M. j. calamenti M. ß. glycyrrhizæ raſæ ʒ j. cyperi ʒ j. caricarum pinguium numero xij. paſſularum exacinatarum numero xx. hordei integri P. j. fiat decoctio. In ℔ j. colaturæ adde mellis roſati, oxymellis ſimplicis, ana ʒ ij. ſapæ dulcis ʒ iij. dianucum ʒ j. Fiat gargariſma, quo vti hominem iuſsi etiam poſt ruptam vomicã: optimè namque detergit. In fine verò olibani triti ſemunciam addidi, & optimè contulit: quin & mel linctu deuorare poſt ruptum apoſtema iuſsi: eſt enim ad id præſtantiſsimum. Linctibus præterea variis ſum in hoc curando ægro vſus: ℞. Pulueris diatragacanthi frigidi ʒ ij. pulueris diaire℞s ʒ j. ſacchari candi, penidiorum, ana ʒ ß. diamor℞n ʒ j. cum ſyrupo de iuiubis fiat linctus. Item ex puluere diaire℞s, Salomonis, & diapenidio ſine ſpeciebus, cum ſyrupo de glycyrrhiza, eclegma paraui. Item ſyrupis ſiquidis miſtis inuicem, ſyrupo de hyſſopo, de glycyrrhiza, & oxymelite ſcillino. Quum deuorare potuit ſyrupos concoquentes pituitam, dedi de hyſſopo; oxymel ſimplex, mel roſaceum ex decocto pectorali, addita meliſſa & betonica. Purgaui electuario diacarthamo, ex infuſo agarici trochiſcati, interdum catapotiis coccijs: & ſic conualuit nutu Dei, qui ſit benedictus. Amen.

Operis concluſio, & gratiarum actio.

Lib. 1. Rhetor. ca. 30.

EST illud quidem ſcitiſsimè ab Ariſtotele proditum, mentis intentionem eam qua quippiam diſcimus, iucunditatem voluptatémq; haud vulgarẽ adferre ſolere: quòd quum ad intelligendum præcipuè & agendum natus homo ſit, ingenitúmque & inexplebile habeat ſciendi deſiderium (ſiquidem omnes homines natúra ſcire deſiderant, vt idem auctor prodidit) efficitur, vt diſcere, inueſtigare, obſeruare, rerum cauſas inquirere perpetuò aueãt. Hoc namque, vel ipſiuſmet Ariſtotelis teſtimonio, diſcere, eſt naturæ perfectionem & numeros aſſequi: quod iucundiſsimum eſſe, ac miram homini parere voluptatem atque iucũditatem idem auctor affirmauit. Siquidem quum nihil iucundius, amabilius nihil, aut optatius homini ſtudioſo accidere poſsit, quàm quæ in naturæ receſsibus abdita ſunt, meditationis vi reſerare & in apertum ducere, eorúmq; cauſas vnde talia fiant, & qua ratione eueniant reddere, (quum diuturna obſeruatio notãdis rebus artem efficiat, vt pulchrè eſt

Lib. 1. Metaph. cap. 1.

Lib. 1. Rhetor. ca. 30.

Vbi ſuprà immediatè.

Observationum medicinalium libri sex - page 284 sur 308

chrè eſt à Cicerone traditum) in id præcipuè animum intendunt, qui ſe totos Philoſophiæ excolendos tradidere, vt obſeruatione ſingularum rerum in quibus ipſi ſtudiosè verſantur, quid à quo fieri natum ſit, quid quamque rem conſequatur, vnde rerum inopinati euentus, qua ratione quæ fiunt, fieri dicantur, magna cum ratione & animaduerſione explicẽt. Vnde tam multa priſcis illis Philoſophis Chaldeis atque AEgyptiis cœlorum motus rimantibus, de Aſtrorum viribus totóque curſu cœli, dicendi data materia eſt. Hac item ratione ſummus auctor Hippocrates, diuinitatem quandam conſecutus meritò eſt viſus, dum quæ in morbis, ægrotis accidere̅t, ex vultu, oculis, decubitu, forma, ſpiratu, vrinis, deiectionibus, ſudoribus, ſputis, vigiliis, inſomniis, ſomno, mentis alienatione, decretoriis excretionibus, abſceſsibus, aliiſque multis euẽtibus diuinitus à ſe obſeruatis (quod libri Prognoſticorum & epidemiorum abundè teſtantur) annotare ſolitus, ſcriptis diligenter mandauit. nos ad illa eadem imitanda quæ ille nobis omnium bonorum in medicina auctor & dux tanquam conficiendæ artis ex obſeruatione ſimulachrum quoddam reliquiſſet, adhortans. Sic enim perficiuntur & complentur artes, rerum in ipſis contentarum notatione & obſeruatione. Quæ mihi ratio in hoc ipſo Obſeruationum Medicinalium opere (cui iam auſpice & adiutore Deo extremam manum impoſuimus) propoſita ſemper fuit. vt quæ diuturna in morbis experientia obſeruaſſem, ea in literas, emolumento futura darem. quod candidè & fide bona his ſex libris feciſſe videor: in publicam meæ ſortis hominum vtilitatem prolatis. Id enim mihi medicinam factitanti ſolemne ſemper fuit, quid in morbis grauioribus accideret annotare, & ſiue morerentur ægri, ſeu ſeruarentur, qua ratione vel ſalus, vel mors contingeret animaduertere: quæque remedia profuiſſent, quæ minimè, in tabulas referre, hoc eſt, cùm ab vno aliquo à me præſcripto auxilio ſe alleuatos ægri commodum ſentientes referrent, ea remedia in bonis ducere: & qua ratione id factum fuiſſet obſeruare, rationémque reddere. Neque verò velim mihi vitio dari, quòd cùm ſexcentas obſeruationes ferè iis ſimiles reconditas habeam: tã paucas nunc euulgare in animo propoſuerim: interea enim dum has in lucem do, vt aliarum ex his guſtum aliquem ſtudioſi percipiant, volui priorem hunc tomum in manus hominum dare. vt ſi quem ex his meis vigilatis obſeruationibus fructum capere medicinæ ſtudioſi poſſent, eo ne carerẽt: dum alios duos huic ſimiles adorno breui in lucem emiſſurus ſi fata dederint. Quoniam verò multis herclè vigiliis opus hoc confeci atque ad extremum faſtigium deduxi, mihi ſanè, vt optata, ſic ſanè periucunda res ea fuit. inchoata namque abſoluere atque perficere, iucũditatem ob id adferre maximam Ariſtoteles veriſimè dixit, quòd res quę perfecta eſt, quaſi opus eius efficitur qui manum extremam imponit, cùm ſit finis, perfectio & optimum rei vt lib. quinto Methaphyſices idem dixit. Itaque cùm ſumma Dei indulgentia eiuſdémque immenſa bonitate effectum ſit, vt quod in ſui nominis gloriam publicámque vtilitatem inchoaueram opus, id iam ductore ſe perfecerim & ad ſummum deduxerim faſtigium, An non dignum fuerit atque æquum, tanto opifici & beneficio largitori

Lib. 2. de diuin. ad finem.

Lib. 1. Rhetor. ca. 30.

©BIUM

largitori Deo, qui dat abundè ſapientiam ijs qui indigent, neque impropérat, ſummas meritáſque gratias, gratitudinis & obſeruantiæ ergò agere atque habere? beneficentiam illius erga me immenſam recognoſcere, admirari extollere? Præſtabo id quidem piè pro virili mea, ſequenti hymno tota mente in Deum effuſus.

Gratiarum actio Deo opt. max.

ERGO pientiſsime Deus exaudi vocem ſerui tui ad te damantis. Collaudat te anima mea ô Deus & omnia quæ intra me ſunt nomen tuum ſanctum. Gratias tibi agit anima mea & nunquam tradet obliuioni vniuerſa beneficia tua. Laudibus te celebrabo Domine Deus, quoniam erudiſti me & illuminaſti tenebras meas. Gratias ago tibi Domine Deus ex toto corde meo, & nomen tuum ſanctificabo. confitebor nomini tuo magno & admirabili, quoniam ſanctum eſt. Confiteor inquam nomini tuo magno, quòd mihi in hoc edendo opere dux & autor fuiſti, quòd mentem meam ad veritatem proferendam illuſtraſti, manus direxiſti, ignoratię tenebras depuliſti, & erroris caliginem ſuſtuliſti, viam qua mirabilia tua patefacerem monſtraſti. Reuelaui quidem tibi viam meam, in te ſperaui & tandem optata tu in me perfeciſti: In nomine igitur tuo exultabo ſemper, & in tua miſericordia omnis mea gloria. Quærentibus te pius & propitius ades, nec deerit ſapientia tua quærenti illam, neque erit inopia eruditionis iis qui te quærunt. Tu enim dirigis vias quærentium te: & aurem præbes inuocantibus te in veritate. Et propterea canet lingua mea laudem tuam. Domine Deus inæternum confitebor tibi, quia fuiſti mihi ô Domine in munimentum: & in proferenda ſapientia tua dux mihi fuiſti. & in miſericordia tua aſſumpſiſti me. Notas mihi feciſti vias tuas, quæ veritate & ſapientia nituntur. nec abſcondiſti à me conſilia tua. Aperuiſti labia mea & os meum vt nunciarem laudes nominis tui qui viuificas & mortificas, deducis ad inferos & reducis. ſanans omnes infirmitates noſtras & redimens de interitu vitam noſtram. Pro his tot & tantis beneficiis quid retribuam Domino pro his quæ retribuit mihi? Benedicam Dominum in omni tempore & ſemper laus eius in ore meo ſacrificabo illi hoſtiam Laudis, & nomen Domini inuocabo. Tibi igitur Regi Seculorum inuiſibili, immortali, ſoli ſapienti Deo, qui dediſti mihi ſeruo tuo velle & perficere, qui ſanationum harum quas tu feciſti exarandi dediſti poteſtatem: Tibi inquam, Deo ſeruatori & Patri pientiſsimo, in quo ægrotantium omnium ſpes ac ſalus repoſita eſt, omnis honor & gloria in æterna ſecula ſeculorum. Amen.

OBSERVATIONVM MEDICINALIUM *ſexti & vltimi libri Finis.*

Observationum medicinalium libri sex - page 286 sur 308

INDEX LOCVPLE-TISSIMVS EORVM QVAE TOTO HOC OPERE NOTATV DIGNIORA HABENTVR,

Cuius Prior numerus paginam, alter lineam indicat.

ACCIDENTIA magnã partem conferunt ad cognoscendu quod quid est. 116. 33. & 121. 18

Actio, efficientis motus est. 78. 6

Actio omnis in corpore, ab anima ceu à fonte manat. 78. 24

Vt Actio partis cuiuspiam lædatur fieri nequit, illæsa quæ ipsam efficit parte. 141. 32

in Acutis non satis certæ sunt salutis pronunciationes & mortis. 24. 12

in Acutis valde medicari eadem die expedit. 126. 31. & 215. 30

Adiectione citissima indigentibus, humidum remedium ad recuperandas vires optimum. 7. 5

Admiratio quid. 49. 5

propter Admirationem homines philosophari cœpisse. 114. 27

Admiramur minimè quæ nobis cognita sunt ac perspecta. 90. 9. & quæ admiremur. 49. 12

Admirari est interdum in minimis maxima. 212. 31

Aegri de se malè sperare solent. 69. 15

Aegris quibus desperata salus est, ijs nullum neque auxilium nec tempus vllum opportunum est. 162. 9. & 164. 5. & 244. 37

Aegrum dicto audientem medico esse oportere. 91. 44

Aegri periculum prædicendum assidentibus. 122. 12

Aegrorum è cubiculo turba hominum abigenda. 69. 10

Aegritudinem paruam si contempseris magna fiet. 224. 20

Aegritudines non sanatiuæ, quæ. 251. 2

Aer cubiculi in quo iacet æger diffiari debet. 183. 15

Aetites lapis coxæ sinistræ alligatus partum facilitat, sed mox amoueri debet, ne matricem trahat. 57. 2. & super ea re experimentum.

ad Affectus animi aliorum ipsi compatimur. 81. 40. & cur id fiat 42

Affectus vnde primũ maximéque imminet homini periculum, hic primò curari debet. 69. 7

Affectus magnos tripliciter fieri. 159. 41

in Affectuum repugnantijs quid faciendum iubeat Gal. 181. 27

in Affectibus pestilentibus sæpe & in bona dosi dari bezeartica debent. 247. 17

Agens omne eo in quod agit potentius esse oportet. 30. 5

Alceste Peliæ filia pro viro suo nimio amoris ardore perire in animum induxit. 97. 17

Alcippen mulierem elephantum peperisse. 170. 23

Alienationis duo genera. 98. 9

Observationum medicinalium libri sex - page 287 sur 308

Alimenti proprium quid. 65. 28
Alluuio aquarum quæ contigit anno. 1548. mira. 59. 15
Alonsi Hispani militum tribuni mira vulnera, & curatio eorundē. 194. 5
Alui fluor in pleuritide superueniens, malum. 28. 12
Alui fluxus in pleuritide nonnunquam salutarē opem adfert. 23. 20. & 28. 12
Amantis perditè curatio ab auctore facta à pag. 103. vsque ad pag. 209
qui Amant perditè, nec amata potiri queunt, macilenti & pallidi fiunt. 97. 39
Amantes, partim quod optant habent, partim non habent. 94. 21
vt Amantes & voluptate & dolore simul tangātur quid causæ sit. 100. 43
Amantes à quibus irretiantur. 102. 6
Amantibus ex temperamenti diuersitate quid accidit. 103 per totam pag.
Amatæ rei inspectio ardorem in animo amantis ingenerat. 94. 30
Amatoriæ illaqueationis contrarium, solutio. 103. 29
Amantes & dementati qui iure dicantur. 98. 12
Amor quid. 93. 43. & paulo pòst. & 103. 27. sanguinis esse perturbationē. 103. 16 ex indigentia & affluentia generari 94. 23
Amor cur ἔρως dictus. 94. 28
Amorem à visione instinctum habere. 94. 27 in animos hominum influit oculorum ministerio & quomodo id fiat deinceps. 95. 4.
Amorem ἔρωτα dici, & cur. 95. 14
Amor cælestis cur sine matre natus. 95. 35
absq; Amore venerē nunquā esse. 95. 24
in Amore quid Plato improbare videatur. 96. 30
Amore quis rectè vtatur apud Platonem. 96. 35
Amorem magnum deum esse & antiquissimum. 96. 44 fato & necessitati imperare. 97. 1 cuncta gignere. 2. eius in nobis potentia. 10 eius in animos nostros imperium, & vt animum diuexet si intemperatus accedat. ibidem
Amor in corpus nedum in animū impetū facit, & quæ mala inferat. 79 18
Amorem, insaniæ speciem esse. 98. 7 vt ex eo insanire homines contingat. 98. 3, & 38
Amor res est plena timoris soliciti. 98. 43
Amor vulgaris fascinatio quædam est. 98. 44
ex Amore homines immutari, vt eundem esse non agnoscas. 100. 18
ab Amore insano quomodo solui amans possit. 103. 30
Amorem infandum quæ mala consequantur. 103. 34 ei protinus obsistendum. 104. 8
Ampulla quid. 55. 12
Anasarcæ causa. 83. 37
Ancillam quandā serpentē enixā. 170. 24
Anginam periculosissimum esse affectum. 115. 31. & 260. 10 illius curatio. 261. 5
Anginæ differentiæ. 115. 35
Angina quomodo fiat. 116. 3
Angina laborantes cur è naribus loqui videantur. 116. 17
in Angina quantum prosint cucurbitulæ cum scarificatu. 118. 1
in Angina ruborem extrà apparere bonum. 118. 19
in Angina nidi hirundinis efficacia. 118. 41
in Angina & pleuritide dentis apri vis mira. 119. 21
Anima ipsa tota virtus est. 77. 45 actus est. 78. 23. ab ea actiones omnes in corpore fiunt. 78. 7
Animam corpori imperare posse. 81. 6 eius in corpus imperium quantum valeat. 143. 12. & 77. 28
Animam nedum in proprium corpus, sed & in alienum imperium habere. 81. 32 & deinceps.
Animæ essentiam ignorare se fatetur Galenus. 78. 26.
Animam à partium temperamēto mutari

tari voluit Gal. 98. 37
Animalium quæ præter canem in furorem agantur. 129. 11
Animi imperio, corporis seruitio vtimur. 77. 32
Animus noster vires geminas possidet, intelligendi & generandi. 96. 15
Animi solo impetu morbos quosdam curari. 82. 1
Animum ægri consulendum vbi de secando aut vrendo tractatur. 206. 27
Anni 1548. conditio qualis. 59. 15
Antiochus Seleuci filius Stratonices nouerca amore captus in vitæ discrimen incidit. 97. 11
Antonij Bochæ vulneris magnitudo. 109. 23
Appetentia quid. 12. 40 vt rectè fiat. 41 eius defectio. 13. 9
Apostematis rerum eruptionis signa. 243. 2
Apozema deobstruens & hepar roborans. 14. 19
Apozema ad atrabilarium succum & veneni à morsu canis rabiosi vim retundendam præstantissimum. 132. 35
Aqua pluuia aliquid adstrictionis habet. 199. 44
Aquæ metus in his qui à cane rabioso demorsi sunt vnde proueniat. 130. 3
Aqua intercus vt gignatur. 84. 4 eius tres præcipuæ differentiæ. 83. 24
Aqua intercutè qui laborant, siti inextinguibili cur premantur. 84. 29 & deinceps.
Aqua intercus scirrhum sequi consueuit. 163. 44
ad Aquas educēdas decoctum optimum. 14. 44
Aqua vel flatus in hydropicis vbi contineatur. 12. 2
Aquæ vitæ in detergendis, & à putredine vindicandis vlceribus mira vis. 196. 44. 208. 7. 226. 31, & 229. 18
Aqueus Plinij interpres carpitur. 62. 33
Aquilonij flatus vesicæ affectibus noxij. 143. 36
Ardens febris ab ardore quo ægri infestantur dicta. 255. 39
Ardentis febris curatio. 256. 7
Arduum nihil tam ac difficile quin intenta mentis acie inueniri possit. 54. 43
Arelatensium ciuitatis situs. 59. 20
Argentum sublimatū quid. 30. 24 quomodo fiat. 26
Argenti sublimati potio cur vrinam supprimat. 36. 4 per totam pag.
Aristolochia vtraque valde partus adiuuat. 7. 37. 56. 25
Ars medica coniecturalis est. 22. 26. & 24. 21, & 248. 30
Artem iuuat ingenium solers ac perspicax. 125. 45
Arte incedentem ab vniuersalibus ad particularia progredi oportet. 105. 26
Artes quædam laborem artificibus suis atque molestiam: iis autem qui ea vtuntur vtilitatem pariunt, atque ex his medicinam esse. 239. 31
Articulorum morbi hæreditarij. 16. 7
Ascitis causa. 83. 27 omnium aquæ intercutis specierum pessima. 83. 42
Ascite laborantium pulsus qualis. 84. 24 cur ipsi contabescant. 84. 13
Ascites & Tympanites sese mutuò consequuntur. 164. 32
in Ascite curanda scopi curatiui. 86. 19.
Asthma hæreditarius morbus. 13. 29
Astris in amatorio influxu nihil tribuendum. 102. 28
Auctorum scriptis credere hominē qui iudicio non polleat, infidum & periculosum. 127. 42

B

Babras radix mirabilis in oppido Machero. 50. 14 eius radice dæmones effugari ex Iosepho. 50. 19.
Balneum ad vrinæ suppressionem. 34. 10
Beatum nihil ab omni parte. 2. 31.
Beneuolentia flagrans. 94. 13
Betonicæ vis ad tabem & purulenta vlcera pulmonum. 221. 33.
ad Bilis vacuationem præparantibus

Observationum medicinalium libri sex - page 289 sur 308

ſyrupis minimè opus. 71. 23
Bili aduſta qui vexantur, quid patiantur. 98. 18
Bilis atra ſi in corpus cerebri comitiales, ſi in animum melancholiam parit. 98. 25
Bilis vomitus & deſipientia in capitis vulnere malum. 121. 11
ad Bonum omnia ferri, idque appetere. 94. 2
Braſſica marina. 88. 8
Bullas & ſpumas à valido motu creari. 55. 30
Bullæ cur interdum tenues & paucæ, interdū multæ & craſſæ fiant. 55. 14
Bullas multas excitari caloris merito, in lebetibus aquæ feruentis videmus. 55. 33

C

Cadenti Deus, ne collidatur ſupponit manum ſuam. 24. 14
in Calculo & vlceribus veſicæ non vtendum medicamentis delectu ſoluentibus. 144. 35
Calculoſis & vlcus in veſica patientibus motus valde nocet. 144. 19
quæcunq; Calefiunt ſpiritum emittunt. 54. 18
Calendulæ ſuccus ad carbones & peſtilentes affectus efficax. 247. 34
Calor natiuus noſter quid Galeno. 28. 25
Calor natiuus exſuſcitatus quid poſſit. 80. 7
Calor natura noſtra eſt Hippocrati. 80. 13 atque etiam curationis auctor. 15
Caluariæ vniuerſim diffractæ mira curatio. 248. 42
Cancros fluuiatiles vrendi modus ex Aetio. 133. 3
Cancrorum fluuiatilium vis. 222. 23
Canis rabioſi morſus exitiale venenum. 128. 15
Canum rabies quid. 128. 31
Canes æſtu & ſqualore in rabiem aguntur. 128. 36 eorum rabiei cauſæ omnes. 128. 33 & deinceps.
Canum qui ad rabiem aptiores. 129. 8
Canis rabioſi morſus quid in homine pariat, & quibus ſignis deprehendas à cane rabioſo demorſum hominem. 129. 29
Canis rabidi notæ atque indicia ex Gal. 130. 21
Canis rabioſi morſus quid differat à non rabioſo. 130. 43
à Cane rabioſo demorſi curatio. 131. 5
ad Canis rabioſi morſum, mari ſe abluere, ſalutare. 131. 10
in Canis rabioſi morſu quæ præcipua cura medico eſſe debeat. 132. 8
Canini ſtercoris ſicci vis in angina. 119. 3
in Capitis ictu obſtupeſcentia & deſipientia malum. 231. 15
Carbonis generatio atq; natura. 246. 25 nullus ſine periculo fuit. 246. 32 eius curatio. 246. 39
Cauſa ſublata auferri & effectum. 81. 4
Cauſi ſigna, 255. 40
in Cauſo mittendum ſanguinem: nec audiendi qui id fieri vetant metu incenſionis bilis, quum bilis miſſo ſanguine potius in ſuo feruore temperetur quam incendatur. 256. 15 & deinceps.
in Cauſo febre quid obſeruandum in dandis medicamentis. 256. 30
Caryophyllorum in tremore cordis curando vis. 41. 2
Cataplaſma venenum foras euocans. 133. 17
Cera dyſentericis opitulatur. 140. 2
Cerebrum eiúſve membranas per conſenſum affici indicatur, dolore capitis ad radices oculorum pertingente in vulnere capitis. 123. 40
Cerebrum vbi præciditur neceſſe eſt febrem & bilis vomitum ſuperuenire. 123. 45
Chalcitis vſta in ſanguine ſiſtendo efficax. 190. 23 & 212. 40
Chammergi inſula apud Arelatē. 60. 40
Chirurgi Arelatenſes in extrahendis mortuis fœtibus expertiſſimi. 211. 15
Cibus ſimilitudine ſubſtantiæ, natiui caloris actione in noſtri corporis ſubſtan

ſtantiam vertitur. 29. 40
Cinnamomum roborat omnia membra aromaticitate ſua. 151. 23
Clamoris rigidi in pleuritide laborantis cauſa. 27. 42
Clamor fortis ruptura venarum cauſa. 68. 5
Clamor ſuccos exagitat. 91. 38
Clyſteres ex vrina pueri impubis ad hydropem & ſcirrhum hepatis optimi. 14. 13
Clyſteres in renum & veſicæ affectibus plurimum proſunt. 144. 25
Clyſteris magna quantitas in renum affectibus iniici non debet & cur. 241. 23
Coctionem, criſis celeritatem & ſalubrem ſecuritatem oſtendere. 24. 1
Colis erectio in veſicæ calculo cur fiat. 142. 12
Colorem talem efflorescere foras oportet, qualis ſuccorum intus latentium natura fuerit. 4. 36. 85. 19, & 161. 1
Columborum caro ſylueſtrium præſertim reſolutioni neruorum & tremori benefacit. 18. 26
Comitialis morbus quid Galeno. 152. 8
Comitiali correpti cur ſtertant inter reſpirandum. 152. 20
ſub Comitialis acceßionis finem ſpuma cur oriatur in ægrotantium ore. 153. 45
Concepti fœtus indicium. 2. 33
Conceptura ſi mulier eſt, ſemen intrò conſiſtere oportet. 53. 19
Conceptionis nomen vnde manarit. 53. 21 & quid ſit. 24
Confectio mirè corroborans. 106. 32
Congreſſus & generationis officio quis rectè vtatur. 96. 37
Conſuetudinem non eſſe derepente in diuerſum mutandam. 86. 28
in Conſultationibus medicis nihil abſolutè & aſſeueranter proferendum. 202. 20
Continentis febris materiam intra vaſa contineri. 187. 46
Continentium febriũ prorogationis cauſa. 188. 8
in Continentibus febribus & acutis exagitans medicamentum dari non debet. 189. 4
in Continentibus febribus & aliis omnibus à putredine ortis mittendus ſanguis, ſi vires & ætas valeant. 256. 11
Contrariis, rerum æternitas conſtat. 59. 37
Conuenire omnibus eadem non poſſunt. 134. 15
Conuulſio in vulnere capitis lethalis. 121. 9
Cordis tremor ſi creber ſit, quantum periculi adfert. 38. 2 & deinceps.
Cordis tremorem in ſyncopen & mortem mutari. 38. 10 cauſa pag. eadem. 16
Cordis tremorem ventriculi culpa interdum fieri. 38. 21
Cordis deprauatus motus magnam natiui caloris & ſpirituum copiam diſſoluit. 38. 38
Cordis tremore qui tenentur, contabeſcunt. 38. 40
Coriandro ineſt vis continendi cibum in ventriculo. 137. 35
Corpus vniuerſum confluxile eſt & conſpirabile. 24. 36, & 148. 38
Corporis temperati naturã reliquis omnibus præſtare. 15. 44
inter Corpora & medicamenta analogias eſſe, ſympathias atque antipathias. 126. 9
in Corporibus quibuſdam accurata medicinæ ratio parui valet. 134. 18
Corpora quædam medendo ægreſcunt. 134. 19
in Corporibus tenuioribus ſanguinem magis, in craßioribus carnem abundare. 187. 36
Corticum & laminarum in vrinis apparentium cauſa. 143. 21
Criſes intempeſtiuæ Galeno quæ. 23. 36
Cræſi filius mutus vocalis euaſit, & cur? 81. 25 & deinceps.
Cruda & incocta & in abſceſſus conuerſa

Observationum medicinalium libri sex - page 291 sur 308

uersa quid significent. 24. 2
Crystallus peculiare antidotū aduersus argēti sublimati vim. 32. 61. & 42. 14
Cucurbitulæ cum scarificatu quantum in angina prosint. 118. 1
Cucurbitulæ, missionis sanguinis vicariæ sunt. 445. 33
Curanti quæ consideranda. 176. 45
Curatio omnis tribus perficitur instrumētis, diæta, potione, chirurgia. 18. 14
Curatio omnis cōtrario perficitur. 103. 28
Curatio ab eo est exordieda vnde à quo quā graue periculū imminet. 194. 38
Currentis non est aut volentis, sed Dei miserentis. 249. 30
Cyrenaicæ regioni locustæ cladem segetibus & plantis inferunt. 59. 8

D

Decocta pro sanandis vulneribus in vino non aqua fieri oportere, nisi ingens adsit intemperies calida. 229. 30
Defluxionibus tentati, siti, fame, vigiliis iuuari solent. 19. 1
Deiectionis crebræ causa. 135. 22
cùm Demonstratione quidpiam dicturi, ab rei essentia ingredi tractationem oportet. 29. 37
Dentibus commotis & gingiuis nigrefactis remedia. 33. 30 & deinceps.
Dentis apri vis mira in angina & pleuritide. 119. 21
Deploratis non esse admouendam manum. 251. 13
Deserti à medicis cur non rarò conualescant. 22. 23 & 24. 20
Deus sanat omnes infirmitates nostras, & redimit de interitu vitam nostram. 1. 13 vitæ & mortis habet potestatem. 2. 3 quoad vult & quandiu vult rebus à se in subsidium hominum creatis adest. 2. 5. sanat contritos corde. 6. 11 naturæ motus pro nutu suo regit. 25. 10 eius bonitati tribuendum quòd ab impendenti vitæ periculo eruamur. 2. 20
à Deo seruari quos ars morti adiudicat. 248. 33
à Diis interdum morbos immitti. 223. 42
Deorū auxilia nec lacrymis, nec votis, aut suppliciis muliebribus parari, sed vigilādo, agēdo, probè cōsulendo. 5. 42
Discere, est naturæ perfectionem & numeros assequi. 262. 39
Discissiones magnæ mortem vt plurimum adferunt. 202. 13
Disruptiones quid vocare Hippocrates soleat. 23. 31, & 39
Diuina virtute natus est homo veritatem videre pag. 1. lin. 1.
Dolor quid. 135. 38 eius præcipuæ causæ. 11. 24 & 142. 27
Dolor omnis vehemens fluxionem ad partem dolentem commouet. 124. 14
Doloris præteriti recordatio voluptatem habet. 36. 2
Domesticorum cura habenda. 9. 36
Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. 1. 16
Dominus si subtrahat manū suam nihil profici. 2. 18
Dysenteria quid. 134. 30

E

Elephātus à muliere progenitus. 170. 23
Enarrationum liber Francisci Vallesiolæ. 68. 12
Effectiones rerum miræ atque virtutes vnde. 50. 10
Electuarium de styrace. 71. 42
Epicrasis quid. 165. 41
in Epithematis cordialibus cum frigidis calida admiscenda. 247. 22
Ἐρῶσα cur ἀπὸ τῆ ἐρώμης dici voluerit Plato. 95. 16
Etesiæ venti quales. 63. 23
Euacuatio repentina periculosa. 105. 11
Euentus rari quæ sunt, in obseruationem cadere debent. 232. 10
Excessus ad crassitudinem malus. 17 36.
Excrementa mouent, Sol, Venus, balneum, motus. 201. 24
Exemplorum quæ pro potioribus habenda. 232, 13
Experientiæ perpetuò fidendum. 159. 31
Extenuatio defectum cibi, virium autem defectio extenuationem consequi solet. 148. 45 & cur id fiat. 149. 4

Observationum medicinalium libri sex - page 292 sur 308

F

Factor potens Auicennæ quis intelligatur. 50. 37
Fames quid. 85. 31
Fascinationis amoris quis modus. 98. 46
Fascinatrices mulieres obtutu pueros fascinare. 81. 37
Faseolorum decoctionis aqua mirè partus facilitat. 8. 16
Fauces quid Galeno. 260. 18
Febris quid. 148. 24
Febris accidens & febris morbus. 13. 36
Febrium ardentißimarum præsens auxilium sanguinis mißio. 188. 37
in Febribus ardentibus & continuis diagrediata non danda. 205. 21
Febris continens vnde gignatur. 51. 21
earum materia intra vasa est. 90. 17
& quæ sic dicantur. 18
Febriũ continuarũ differẽtiæ tres. 90. 22
Folium oculi nitidißimi. 99. 25
Ferdinãdi Fari strenui militis historia. 198. 42
Ferrum candens in abscessibus plurimũ confert. 119. 6
Ferrum candens vulneribus venenosis admotum præstantißimum remedium est. 131. 28
Figulus figulo inuidet. 157. 45
Filij ferè semper parẽtum notas, gestus, atq; motus, tũ et formã referũt. 146. 41
Fistulæ æneæ modus quo globulos plumbeos aut ferreos eiaculantur. 227. 21
& deinceps.
Flatus Galeno quid. 110. 23
Flatus perpetuò sequitur substantiam aquosam. 164. 31
Fletus succos exagitat. 91. 38
Fluxioni excipiendæ quæ partes paratiores. 17. 15
à Fluxione tentata parte reuellere non ad eam trahere oportet. 112. 13
Fluxionis in aliquã partẽ causa. 121. 34
Fluxionem mouet dolor omnis vehemens. 121. 37
ad Fœcũditatẽ quæ maximè faciãt. 2. 28
Fœmina cur sola generare nequeat. 53. 32
Fœminæ viros facilè capiunt & illaqueant venustate sua, forma, ac gratia. 102. 8
Fœtus generatio quando fiat, quando minimè. 53. 27
Fœtus loco quãdo caro informis & otiosa in vtero generetur. 4. 11
Fœtus molæ alligatus quatuor vinculis prodiit in vxore mea. 8. 34
Fœtus in vtero per quæ vasa alligetur. 8. 38
Fœtuum in vteris connexio similis connexioni fructuum ad arbores. 8. 36
Formæ admirabiles & temperationes rerum vnde fiant. 50. 8
Frigida pectori inimica & tusses mouentia. 26. 30
Frigus immodicum venis rumpendis idoneum. 68. 3
Frigidum vlceribus mordax. 207. 12
Furfuris colatura in detergendis pulmonibus magnas habet vires. 77. 11
Furorem vt Plato definiuit. 98. 8

G

Galenus sibi dedecori nõ fore putauit fumariæ herbæ vim in roborãdo vẽtriculo à plebeio homine didicisse. 140. 10
Galenus pueris ante decimumquartum annũ sanguinẽ mitti prohibet. 213. 22.
Galeni consilium in quibus deplorata salus est. 250. 39
de Gallo & simia dissectis tremore cordis laborãtibus exemplũ Galeni. 38. 41
Gangræna ad hepatis scirrhum cur nonnunquã cõsequatur. 164. 5. & deinceps.
Gangræna magnas phlegmonas sequi consueuit. 226. 12
Generationis præcipuus finis, genitum sibi simile reddere. 170. 16
Generationis & congressus officio quis rectè vtatur. 96. 37
Generationis non solùm insectorum, sed & omnium sol causa est. 60. 6
Genistæ vires in aperiendo. 56. 23
Glycyrrhizæ vis in renum vlceribus. 243. 44
Grauiora quæ sunt & periculosiora, maiorem curam desiderant. 13. 40
Grauitas in parte percepta quid significet.

Observationum medicinalium libri sex - page 293 sur 308

cet. 17. 27
Guilielmus Gardiola Gallorum in Alexandria Aegypti consul. 8. 11

H

Habitus hominum & temperaturæ plurimum inter se differunt. 125. 13
Hæmatites lapis in sistendo sanguine mirificam vim habet. 190. 3
de Helleboro temerè assumpto historia. 126. 16
ab Helleboro epoto quæ consecuta symptomata. 126. 21
ad Helleborum sumptum potio optima. 127. 5
Hepar ea minimè valet emendare quæ parum rectè à ventriculo elaborata sunt. 85. 43
Hepatis peculiare munus sanguinem gignere. 86. 5 eius inflammationis signa. 160. 8, & deinceps. & seq. pag.
Hepar fortia medicamenta perferre non potest. 164. 8
Hepar vbi afficitur vitiatum colorem apparere necessum est. 177. 28
secundum Hepar laborare ex colore faciei plurimos deprehendit Galenus. 177. 30
ad Hepatis scirrhum aqua intercus cur sequi soleat. 164. 20
Hepaticos optimum medicum ex colore deprehendere. 177. 31
Heraſistrati medici in cognoscendo amoris in Antiocho affectu solertia. 97. 28
Hippocampus terrori aquæ prodest. 133. 40
Historia mirabilis iuuenis æneo tormento in ventre vulnerati, & sanati. 192. 4, & deinceps.
Hirundinis nidi in angina leuanda vis mirifica. 118. 41 & 261. 38 item & cremata hirundinis cinis. 261. 38
Homo, ad intelligendum & agendum precipuè natus. 263. 34 naturâ omnes scire desiderant. 35
Humores atrabilarij contumaces quum sint, longo ad concoctionem tempore indigent. 39. 12
Humorum fluentium medela retractio est, fluxorum deriuatio. 178. 31
Humoris fluxio ad membrum laborans per initia fit, non morbo increscente, quo tempore tota iam materia fluxit. 224. 42
Humanæ calamitatis deploratio. 210. 10
Hydrops quid. 84. 2
Hydrops matricis. 53. 7
Hydropis omnis species malè affecto iocinore fit 83. 45
Hydropis in omni specie pedes tumere. 84. 26
ad Hydropem emplastrum efficacissimum. 172. 15
Hydropici cur tabescant. 12. 29 coloris eorum vitiati causa. 85. 15
ex Hydropici ventre aquam affatim effluere lethale. 171. 44
Hydropici vti vino meraco debent. 86. 33
Hydropicis valde conferre vrinam hominis. 87. 33

I

Iacobi ab Aqueria occisi historia. 105. 15
Iecur & lienem scirrhis opportunissima. 163. 12
Illaqueationis amantium modus. 102. 4
Illaqueatio amatoria in quo potissimum consistat. 102. 14
Imaginatrix facultas ne per somnum quidem quiescit. 81. 21
Inanitionem partium, præcedere appetentiam oportet. 18. 2
Inappetentia affectum iecur sequitur. 12. 37
Inchoata malè, interdum benè desinunt. 23. 30
Incognita nemo desiderat. 94. 9
Indicationes in morbis curandis vnde sumendæ. 188. 32
Indicatio quæ de viribus sumitur omnium prima atque potissima est habenda. 6. 14
in Indicationibus oppositis reluctante ægro quid medico faciendum. 168. 40
Indicationem maiorem à morbi specie & magnitudine quàm ab ætate de mittendo sanguine sumi debere. 213. 37

Inedia

Inedia humorum redundantiam exhaurit. 86. 27
Inedia longa vires conuellit. 135. 18
Infantis demortui eductionis modum qui tradiderunt. 210. 29 & deinceps per totam pag.
Inflammatio vt gigni soleat. 121. 39
Inflammationis in vulneribus indicia. 186. 3
in Inflammationibus internorum scopus præcipuus quis. 45. 44 & 215. 36
Inflammationes internorum sine febre esse non possunt. 161. 42
in Inflammationibus internorum è dire cto affectæ partis mittendus sanguis. 162. 14
Infundibulum seu colatorum quid. 154. 4
Inquisitionis principiũ admiratio. 114. 25
Insectorum generationi siccitas magis quàm humiditas idonea. 60. 8
Insectorum quædam ex animalibus: quædam ex rore, cœno, fimo, putredinè ve generantur. 63. 26
Insecta omnia sulphuris odore necari. 66. 5
Insaniæ morbi genera duo. 98. 12
Intemperies omnis vehemens vires exoluere solet. 64. 23
in Intestinis pituitosa multa coaceruantur. 50. 32
Intestinorum crassorum vulneratorum indicium. 113. 36
Ioannis Sobiratij mira admodum conuulsionis à natura facta curatio, & historia super ea re admirãda. 82. 37
Ioannis Valleriolæ filij mei miserandus casus, ad mortem ferè deducti symptomatum in pleuritide lethali sæuitia. 27. a lin. 37. ad 42
Iocinoris imbecillitatem quæ pariant. 10. 44
Iocinoris substantia scirrhis maximè opportuna. 11. 3
Iocinorosos expertus medicus ex colore cognoscit. 161. 7
Ira quid. 79. 35
Iratorum corpora cur calescant. 79. 45
in Iratis foras effunditur calor. 79. 44
Iudicium de vulnerati pueri morte. 123. 27
Iusculum ex ouis, vino albo, saccharo & cinnamomo mirificè vires deiectas reficit. 56. 11

L

Lactis assumendi modus. 108. 25
Lactis vsus in pulmonum vlceribus. 223. 7
Laminarum & corticum in vrinis apparentium causa. 143. 21
Lapidis in vesica nota. 142. 8
Loqueo præfocati non reuiuiscunt quibus spuma fuerit circa os. 27. 30
Lassitudo vlcerosa bilioso humoris soboles est. 258. 15
à Laterali morbo vel pulmonia habitum, alui fluxu corripi malum esse dixit Hippocrates. 43. 2
Laurentij Ioubert medici laus. 68. 4
Lemno insulæ locustæ cladem segetibus & plantis inferunt. 59. 8
Lemnia terra ad sanguinem sistendum singulare præsidium. 70. 3
Leonum oculi nitidissimi. 99. 24
Lethale verbum nõ semper pro eo quod necessariò mortem adfert. 231. 40
secundùm Libros operari, absque perfecta ratione atque solerti ingenio, molestum est. 125. 44
Libris non esse prorsus fidendum, nisi quis summo iudicio quæ in illis legun tur, examinet. 125. 41
Ligni sancti decocto resolutio curata. 21. 21
Linimẽtum optimum ad resolutionem. 20. 44
Lippi & rubentibus oculis maleaffecti cur simili affectu eos inficiant qui se intuentur. 99. 28
Locorum affectorum notæ à quibus sumendæ. 142. 3
Locustarum generationis in agro Arelatensi causa. 59. 39
Locustarum maior prouentus sicco vere. 59. 40
Locustarum interire oua vernis aquis 59. 41 sic & autumnalibus aquis. 64. 3

64. 3
Locustæ non fiunt locis montanis & tenuibus. 60. 4 è vermibus oriuntur 60. 14 pariunt in terra fixo cauliculo. 60. 15 cur montanis & editis locis perinde ac planis non gignantur. 60. 20 & 31 saltu sibi victum parant. 60. 25
Locustæ cur non in omni agri Arelatensis parte genitæ fuerint anno 1553. 60. 45 volatu sese in vicina loca transtulerunt magna omnium admiratione ac consternatione. 61. 11
Locustarum ominoso prouentu Pharaoni minatur Deus. 61. 21
Locustarum prouentus deorum iræ referendus. 61. 35
Locustarum prouentus quàm admirabilis copia. 62. 2
Locustarum prouentu indicari annonæ caritatem. 62. 19
Locustarum prouentus quid futurum indicet. 62. 25 & deinceps.
à Locustis vredine tentari terram. 62. 41
Locustæ ex locustarum semine oriuntur. 63. 26
Locustarum procreationis modus. 63. 38 pariunt veris exitu, & statim à partu moriuntur. 64. 1
Locustæ mira forma atque effigies. 64. 6 & deinceps.
Locustarum Indicarum longitudo ternûm pedum. 64. 31
Locustis concumbendi ratio quæ. 64. 34
Locusta mas, fœmina minor. 64. 40
Locustæ quam noxam segetibus inferãt. 65. 14
Locustæ Parthis in cibo gratæ. 65. 23
Locustis fumo saléque duratis Aethiopum pars tantùm viuit. 65. 24
Locustas veneno carere. 65. 22
aduersus Locustas remedia. 66. per totam pag.
Locustas debellandi ratio ex Cyrenensium legibus. 66. 9
Locustas perdendi consilium à me Arelatensibus datum. 66. 14 & deinceps.
Lotio crurum in resolutione præstantissima. 21. 11
Lucretius Carus Philosophus ex amore insanus sibi manus iniecit. 97. 15
Lysimachia vehementer dysentericis prodest. 138. 37

M

Malua vesicæ affectibus mirè vtilis. 144. 3
Manrici Hispani tribuni militum grauiter vulnerati curatio. 195. 12
Manu ad partem dolentem admota sedari dolorem sæpenumero, & cur id fiat. 143. 9
Mariscarum apertio melancholicis optima. 106. 41
Mas in fœtu formando efficientis rationem habet. 53. 35
Masculus in vtero cur priùs quàm fœmella moueatur. 3. 10
Materia, facultatis omnis expers est. 78. 2
Matris nomine physici materiam intelligunt. 95. 37
Matris in alendo filio charitas & diligentia quantum valeat. 26. 16
ad Matricis affectus quæ dantur, copiosiore dosi exhiberi debent. 182. 12
Medentis omne consilium debet dirigi ad id quod vrget. 69. 9
Medici verus scopus quis. 91. 44
Medicum à calumnia prædictio tutum facit. 250. 28 eius proprium non terreri grauibus euentibus qui in morbis accidunt. 6. 1. 56. 7. 199. 39 & 233. 12 eius officium est ægrum perpetuò consolari neque vnquam eum ab spe deponere. 56. 9
Medicus non culpandus qui lethales morbos curare non posßit. 162. 5 ab initio morbi vocandus. 136. 34
Medicum indicare necessariis oportet periclitantis in difficili rem esse, ne vel ignorasse, vel fefellisse videri posßit. 117. 2
sine Medicis multos, non tamen sine medicina curatos esse. 90. 4, & 171. 37
à Medicis deserti cur conualescant, etsi certa

certa mortis indicia ſunt. 231. 44
Medicum ſæpe ſpes fruſtratur. 22. 16.
Medicus amicus vtilior extraneo. 9. 39 & 240. 1 & quid præſtet. 9. 40
Medicus viſu, tactúque malorum mole ſtia afficitur, & ex alienis calamitatibus proprios colligit dolores. 239. 37
Medico pro teſtimonio dicenti de vulneratorum morte quæ neceſſaria. 123. 26
Medicamentis virulentis nihil nocentius. 29. 16.
Medicamenta quæ ad remota ferri oportet, magna quantitate propinari debent. 76. 25
Medicamento non vni tantùm fidendum, ſed plura præſcribenda atque tentanda in thoracis affectibus. 76. 32
inter Medicamenta & corpora analogias eſſe, ſympathias atque antipathias. 126. 9.
Medicamentum ſoluens in indignatione ventriculi non eſſe propinandũ, donec ſedata indignatione. 205. 8
Medicamenta delectu vacuantia in renum inflammatione non dãda. 241. 8
Medicari in valde acutis eadem die expedit. 154. 26
Mel thoraci atque pulmonibus valde commodum. 77. 4
Mel vlcera optimè detergit. 243. 19 & 262. 17
Mellis aqua in renum apoſtemate optima. 242. 35
Melancholici vix amore capiuntur. 102. 38
Melancholici alij alia timent. 130. 9
Melancholicis apertio mariſcarum optima. 106. 41.
Meliſophyllon canis rabioſi morſibus plurimum valet. 131. 22.
Membrana viginti octo palmorum longitudinis ex inteſtinis eiecta ex qua materia eſſet. 50. 41
Membrana laciniata & ſtriata vnde. 51. 27
Mẽs cælo delapſa deforis venit. 96. 19
Mentis intentio ea qua quippiam diſcimus iucunditatem ac voluptatem haud vulgarem adferre ſolet. 262. 31
Mens cur lædatur per acceſſiones comitiales. 153. 11
Mictionis crebræ cauſa. 142. 31
Militis cuiuſdam mira hiſtoria. 197. 8
Mirari quid. 49. 22
Mirabile quid dicatur & quid ſit. 49. 2
Miraculum quid. 49. 4
Mola quid. 3. 6
in Molæ geſtatione quid mulieres percipiant. 3. 24
Mola vt in vtero concipiatur. 3. 39
Molæ conceptus quæ cauſa ſit. 3. 44
Molam ad duos & tres annos geſtari poſſe ex Hippocratis ſententia. 4. 2
Molæ ſigna. 4. 23
Molæ geſtatio, fallax & illuſoria affectio eſt. 4. 42
Mola, ſi vna caro fiat, perit mulier. 5. 25
Molam, vnã carnem fieri quid ſit. 5. 32
ad Molam excutiendam remediũ optimum. 8. 21
Monſtra quid ſint 169. 34. & deinceps, & pag. ſequenti.
Monſtra vt generari tradiderit Ariſtoteles. 170. 4
Monſtra vnde fiant. 170. 31
Monſtroſi partus cur & vnde in vteris gignantur. 53. 11
Monſtra in morbis quibuſdam contingere. 78. 37
Monſtroſa quæ nobis apparent, occulta Dei virtute illi facilia ſunt. 249. 28
Morborum pleraque genera à ſimilitudine deducta. 12. 17
Morbos quoſdam à ſemine genitali prouenire. 146. 12
Morbi maximi & grauiſſimi Hippocrati qui dicantur. 204. 31
Morborum genera multa eſſe quæ mulieres conflictare ſoleant. 53. 4
ad Morborum curationem neceſſaria quæ. 126. 4
in Morbis acutis mittendus ſanguis, ſi æger ætate floreat, & viribus abundet. 204. 43

Morbos

©BIUM

Morbos illos duntaxat externo indigere auxilio quos ob magnitudinem natura superare non potest. 163. 16

Morbis inchoantibus mouendū, si quid mouendum est 205. 1

Morbos interdū à diis immitti 223. 42

Morbi vigore quietem habere oportet. 189. 19. 256. 44 & 256. 26

ad Morbos vltimos vltima remedia sunt saluti. 74. 10

in Morbis acutissimis eodem die medicandum, quòd dilatio in huiusmodi morbis periculosa sit. 24. 6. 117. 7, & 131. 19

Morbus vbi maximus est à maximis remediis inchoandum. 233. 45

Morbus eiusdem generis vnde natus sit in duobus ætate, sexu, temperamento dissimillimis, tum & paria symptomata, & idem finis, nempe mors in vndecimo causæ redditio. 245. 29. & deinceps

in Morbis est quid diuinum. 245. 37

in Morbis longis variis ac repetitis esse purgationibus vtendum. 106. 24

in Morbis pestilentibus, & à veneno prodeuntibus non temere euacuandum. 132. 13

in Morbis lethalibus & si omnia secundùm rationem facias, non tamen ex ratione succedit. 113. 31

in Morbis lethalibus irrita esse solent quæ in auxilij vim adhibētur. 158. 42

à Morbis grauibus & lethalibus cur nonnulli euadant, à leuissimis & nullius momēti alij moriātur. 125. 16

in Morbis quæ relinquuntur post crises, recidiuas facere consueuerunt. 259. 20

à Morbis sæuissimis diuina virtute homines liberari. 1. 3

Morbos quosdam sanari contra naturæ ordinem. 134. 22

Moritur interdum is de quo medicus securus primò fuit. 22. 21

Mors est natiui caloris dissolutio & extinctio. 30. 14

Mortis futuræ certa quædam indicia sunt. 24. 21

Mortem ascendere per fenestras quid sit. 94. 44

Morti proximi cur cum stertore & sonitu in aspera arteria percepto spiritum ducant. 27. 5

Motionum omnium principium quodnam sit. 78. 14

Motu pereunte cur non omnino pereat sensus. 16. 16 & econtrà 20. ferè per totam pag.

Motus à flatu in vtero qualis. 3. 17

Motus infantis in vtero ab interno principio proficiscitur tanquam viuentis animantis. 3. 12

Motus infantis in materno vtero ab eo qui in ementitis gestationibus apparet, longè diuersissimus. 3. 4

Mulierum quæ superfœtent. 5. 9

Mulieres dum in menstruis sunt, intuitu suo speculainficiunt. 99. 34

Mulieres medicæ quædam apud Gal. 139. 2

Mulier intra quartum diem sine medicamentis à pleuritide graui sanata. 168. 15

Mulier vterum gerens sanguine misso abortit. 169. 2

Muliebris naturæ conditio, vt in dolore pariat. 210. 9

Mulieres Arelatenses pleraque partus difficultate laborant, vt extrahendus sit illis partus. 210. 25

Mulsæ in pulmonum affectibus vtilitas. 77. 6

Murmurillum quid Galeno. 110. 27

Naturæ motus solerti indagine perspicere debet medicus. 6. 3, & 225. 27

Natura sagax, animantibus quid facto opus ipsa per se suggerit. 7, 13

Naturæ lege in nostros officiosi & attenti magis sumus. 9. 33

Naturæ arcani motus non satis nobis perspecti. 22. 23

Natura prouida verissima est hominum medicatrix. 23. 16. 80. 10. 89. 41. 167. 40, & 252. 30

Natura quum materiæ non dominatur,

tur, tum indeterminati atque inordinati & incogniti sunt illius motus. 23. 41 quum verò dominatur, quales. 44
Naturæ ineffabilis atque recondita operatio est. 24. 8 & 52. 35
Natura humores malos per varias vias mittere solet. 24. 28 & quæ sint deinceps.
Natura materiebus semper viam inuenire solet. 24. 34
Natura saniem per ossa manare facit. 25. 2
Naturæ occultè operantis ratio, nostra cognitione profundior. 25. 6
Naturæ robur in curandis morbis quantum valeat. 28. 18. 50, & 152. 2, & 173. 2
Natura in nobis quid. 82. 21, & 89. 41 & eius munia 45. & deinceps.
Naturæ cum medicamentis est sympathia quædam. 76. 35
Natura non sustinet repentinas mutationes. 106. 27
Natura repugnante sunt omnia vana. 113. 30 & 158. 43, & 249. 41
Naturæ familiaria semper exhibenda. 128. 2, & 202. 8
Natura suis viribus vtens quod alienum est, exernere nititur. 134. 40, & 250. 30
Naturam ad optima quæque viam demonstrare. 49. 45
Naturā, si his adfuerit qui artibus animum applicant, perfectos reddere. 50. 4
Natura ludos in operibus suis facit. 50. 28 à seipsa edocta omnia agere. 52. 34 & 168. 1 interdum ea operatur quæ fieri non posse videantur. 52. 37 nihil vnquam frustra facit. 54. 29 functionum omnium in nobis opifex. 80. 22 & 89. 42
Naturæ hominum indocta. 167. 40
Naturam hominum esse sapientissimam. 167. 43
Naturæ sponte sæuissimos sæpe curari morbos absque medicorum ductu. 80. 22, & 90. 9
Natura sua spōte inuenit motiones quibus corpus regatur. 80. 27
à Natura insitum nobis est vt quod imperfecto deest, ad perfectum duci cupiamus. 94. 5
Naturæ omnes non eadem medicamenta postulant. 126. 6
Nostra, & quæ charissima nobis sunt plus diligimus, & si ope nostra indigent accuratiùs tractamus. 9. 31
de Nouis rebus haudquaquam facile est pro dignitate disserere. 49. 41
Nouitas, ob ignorationem stuporem in animo inducit. 49. 23
Nymphæa flores, hellebori alexi pharmacum. 126. 42

O

Obseruatio diuturna notandis rebus artem efficit. 262. 45
Oculus natiuum est lumen. 99. 22
Oculi in alto tanquam in specula positi. 99. 21
per Oculos radij tanquam per fenestras vitreas emittuntur. 99. 11
Oleum vlceribus aduersissimum. 47. 41
Oleum in clysteribus ad vlcera intestinorum, vbi intentio est agglutinandi, admisceri non debet. 47. 40
Oleum vlceribus etsi aduersarium, oleum tamen terebinthinæ ad detergenda vlcera & sananda vtile est. 225. 42 & deinceps.
Oleum calens mirificè admotum & potum partus adiuuat. 8. 17
Opiata optima in vesicæ calculo & vlceribus. 144. 40 & 145. 13
Oscitante vno cur ad oscitationem assidentes impellantur. 81. 34
Ostenta quæ dicantur. 62. 22
Oxalidis vis in sistenda putredine humorum. 188. 43 & 247. 9
Oxymel scilliticum præstantissimum in epilepsia. 155. 27

P

Papaueris rubei flores ad pleuritidem & sputum promouendum magnarum virium sunt. 216. 10 eorum & deco

decoctum quantũ in pleuritide ualeat. 238. 24, & 252. 36
Paralysis quid. 173. 36. & illius causæ deinceps.
ad Paralysin confectio optima. 175. 30
Pardorum oculi nitidissimi. 99. 25
à Parentibus sanis sanum semen, à morbosis morbosum prodit. 146. 19
Partium principum morbi uel omnino lethales, uel ei periculo proximi. 154. 38, & 159. 41
Parti principi celeriter succurrendum est. 154. 37
à Partibus laborantibus in recta affectuum curatione non minimam sumi indicationem. 176. 41
in Partes imbecilliores superuacanea decumbere solent. 122. 2
Passulæ exacinatæ roborando hepati mirificè ualent. 172. 9
Pathemata animi quid sint. 79. 19 & 82. 31
Paulus in molæ definitione carpitur. 3. 29
Pauor quid. 79. 33
Pauperes diuitibus facilius & citius à plenitudinis morbis curari. 170. 20
Pericranij ortus à dura meninge. 159. 16
à Perturbationibus animi maximè cauendum, & cur. 79. 29
Philonij Persici uis in sistendo sanguine. 182. 14. 190. 16. 220. 14, & 25
Philosophiæ munere nihil maius aut melius homini datum est. 58. 35
Phlegmones internæ indicium. 113. 38
Phlegmonem frequentissimè accidere. 202. 25 signa. 31 & deinceps. Generatio. 42
Phthisis contagiosus morbus est. 146. 30
Phthisin morbum hæreditarium esse. 73. 29 & cur deinceps eadem pag.
Phthisicus cur phthisicum, podagricus podagricum generet. 147. 37
Pingues qui sunt, frigido esse temperamento. 17. 34
Plantago renum ulceribus plurimum confert. 243. 14
Pleuritis quid. 215. 29
Pleuritides incoctæ quæ dicantur Galeno. 23. 3
Pleuritides quæ necare celeriùs soleant. 23. 5
in Pleuritide nihil expuisse quid significet. 22. 37, & 23. 6
Pleuritis sinistri lateris periculosior. 252. 9
in Pleuritide ab eodem latere mittendus sanguis. 45. 41 & 237. 9
Pleuritis grauis quemadmodum alui profluuio finiatur. 24. 24
in Pleuritide & angina dentis apri mira uis. 119. 21
Pleuritide graui sanata mulier intra quatriduum sine medicamentis. 168. 15
Plinij apud Vesuuium montem mors. 27. 24 & 152. 40
Polygonon cruentis reiectionibus efficacissimum. 74. 40
Popularium morborum origo. 63. 6
Portenta quæ dicantur. 62. 14 & deinceps.
Præsidia non sunt infamanda quæ multis fuere saluti. 165. 4
Prassij uis ad tabem & purulenta ulcera pulmonum. 221. 37
Precibus ad deum factis sanari sæpe ægros. 6. 10
Principes in nobis partes. 77. 38
Prodigia quæ dicantur. 62. 6
Prudentis est eum qui seruari non potest, non attingere. 116. 44
Pruritus curatio. 105. 8
Pruritus & scabiei ad insaniam ex amore collatio. 105. 13
Pudendum in uiris cur oblongum factum sit. 4. 14
Pudendi attrectatio & scalptus in calculo uesicæ unde. 143. 4
in Pueris plurimus inest calor innatus. 28. 27
Pueri cur repugnantes & refractarij esse soleant. 92. 9
Pueritia ad annum decimumquartum extenditur. 214. 13

Puer

Puerperas in magnis malis esse, si sibi non caueant, præsertim si primiparæ sint. 235. 31
Puerperæ primiparæ pleuritide laboranti missus sanguis contra suorum nutum, móxque conualuit. 235. 12
Puerperium medico quid indicet. 236. 39
Pulchritudo diuina imago quædam dei est. 96. 28
Pulmonis substantia qualis. 73. 17 eorum caro qualis. 217. 45 quo sanguine alantur. 218. 2
Pulmo respirationis organum. 148. 26
in Pulmonum affectibus genæ rubere solent. 73. 11
è Pulmonibus reiecti sanguinis nota. 147. 10
Pulmones exagitant locutio & respiratio vehemens. 69. 30
Pulmone exulcerato respirationis actionem lædi est necesse. 148. 29
è Pulmonibus qui sanguinem reiiciunt, cur non doleant. 73. 22
Pulmonum vlcera cur curatu difficillima. 72. 31. 219. 5, & 28
Pus in tumoribus gigni vt deprehendatur. 225. 14
Puris sputum cruentam spuitionem sequi solet. 73. 44
Puris ingens copia ad viginti sextarios & eo amplius in thorace vulnerato inuenta dissecto cadauere nobilis iuuenis Cæsaris à sata. 186. 35 & vnde tanta copia. 42 & deinceps.
Purulentos quos vocare Galenus soleat. 186. 26
Purulentorum indicia. 186. 18
Putredinis humorũ in vrinis & pulsibus nota. 91. 2

R

Recidiua sua radice deterior. 203. 33
Recondita in natura quæ dicantur. 58. 39
Recrementum ferri vehementer restringit profluuia ventris. 139. 10
Remedia quando prosint. 2. 8
Remedium anceps quàm nullum experiri præstat. 169. 9
Remedia non esse infamanda quæ plurimis saluti fuere. 111. 14
Remedia efficacia interdum inueniri à plebeiis hominibus. 140. 18
Remedia à mulierculis inuenta non esse interdum improbanda. 140. 9
in Renum affectibus vomitus plurimũ confert. 241. 21
Renum inflammationis signa, causæ & curatio. 240. 23, & deinceps.
ad Renum vesicæ affectus curandos quæ dantur, in magna dosi exhiberi debent. 245. 22
in Renum vlceribus vomitus præstantissimus. 243. 27
Resolutio quid. 80. 32
in Resolutione curanda victus qualis esse debeat. 18. 17
in Resolutione non confestim & celeriter, sed sensim à leuioribus ad fortiora progrediendum. 19. 11
Resumptiuum liquidum vt fiat. 6. 32
Ribes quæ planta sit. 70. 20. & quid illius loco substituendum. 24
Risus si effusus sit, thoracis musculos & septum transuersum atque intercostales musculos vehementer mouet. 68. 7
Romanam gentem sine medicis sexcentos annos fuisse. 90. 6
Ructus quid. 110. 27
Ruptura quæ fit ab erosione in pulmone, graue periculum minatur. 147. 44
Ruta immensæ magnitudinis in oppido Machero Iudææ. 50. 13
Rutæ succus mirabilis ad comitialem depellendum. 156. 4

S

Sacchari aqua in renum apostemate optima. 242. 34
Sacchari rosacei in tabe leuanda mira vis. 216. 41
Sacchari rosacei vis in reiectione sanguinis & phthisi. 220. 34
Saccharum candum renum vlceribus optimè facit. 243. 20
Salutare quod vni est, alteri noxium

Observationum medicinalium libri sex - page 301 sur 308

est. 126. 7
Sambaion confectio mira reparandis viribus. 183. 43
Sanguis, naturæ thesaurus, & natiui caloris fomes est. 68
ab Sanguinis immoderata profusione concoctricem hepatis facultatem, & natiuum calorem minui. 10. 8
Sanguis quibus immodicè fluit, in aquã intercutem cadere proni. 10. 10
Sanguinis missio tremori cordis maximè confert. 39. 3
Sanguis sursum eiectus qualiscunque malus. 69. 2, & 217. 19
Sanguinis profluuia calidum promouet. 69. 22
in Sanguinis omnibus manationibus frigida dari debent quæ exhibentur. 69. 21 & 220. 5
Sanguis vt confluere prohibeatur. 69. 43 & 149. 26
Sanguinis manationes acerbis & refrigerantibus curare oportet. 70. 9
in Sanguinis ex ore profusione silentium imperandum. 69. 26 & 74. 27
Sanguis vbi mitti ægro ob ætatem aut aliam causam non potest, ducenda largiùs aluus est. 91. 24
Sanguinis assati vitio qui insaniunt, in risus effusos prorumpunt, cantilenis & tripudio exultant. 98. 21
Sanguinis benignitas spem ac fiduciam amantibus præstat. 103. 1
Sanguis hominis gladio cæsi cur præsente eo qui occidit, è vulnere manat. 105. 15 & deinceps. & 114. 20, & deinceps.
Sanguinem in ventrem effusum suppurari necesse esse. 110. 10
in Sanguinis reiectione scammoniata danda non sunt. 150. 18
à Sanguinis sputo plerunque puris sputum subsequi solet. 150. 31
Sanguinem extra vasa deductum putrescere necesse esse. 159. 6
Sanguinis è naribus fluxuri in decretoriis indicia. 189. 23
Sanguinis fluor è naribus decretorius sisti non debet nisi superfluat. 189. 29
Sanguis multo copiosior ab eroso vase quàm adaperto manare solet. 212. 36
Sanguinis è pulmone reiecti notæ. 217. 34
Sanguinis missione, in maximis tollendis doloribus nullum præsentius remedium. 224. 40
Sanguinis missio præsentissimum remedium in vulneribus curandis. 229. 4
Sauciatus quis grauiter quum curatur, referri in monumenta curationis ratio debet, vt posteris prosit quod nobis euenisse experti sumus. 232. 11
Scabiei & pruritus ad insaniam ex amore collatio. 105. 13
Scabiosa à proprietate carbonibus prodest. 247. 26
Scammoniatis medicamentis in profusione sanguinis non vtendum. 71. 33 75. 31, & 150. 18
Scirrhus à quo humore fiat. 163. 20
Scirrhus exquisitus & non exquisitus quis. 163. 31
Scirrhus exquisitus Galeno quis. 11. 31
Scirrhi exquisiti doloris expertes, & curationem non admittunt. 11. 32, & 163. 33
Scirrhum, si plures perseuerauerit dies, qui in hepate est, nunquam se curasse testatur Gal. 9. 45
Sedes vulneris Hippocrati quæ dicatur. 123. 10
Sedium affectarum inueniendarum ratio. 141. 28
Semen, est hominis abstractum, & maiorum generis mistura. 73. 37
Semen vtrumque & maris & fœminæ ad fœtus generationem concurrere. 4. 6
Semen virile generationi fœtus principium præbet. 53. 30 & semine fœminæ est calidius, ibidem. 33
Semen mulieris in fœtu formando cui vsui sit. 53. 36
Semen genitale ab omnibus corporis membris procedit. 146. 19
in Semine morbi quidam hæreditantur. 146. 23

Observationum medicinalium libri sex - page 302 sur 308

Seminis genitalis vi parentum vitia in filios deriuari. 146. 40
Semina frigidorum maiorum cum corticibus magis detergunt. 241. 20
Senes imbecilli & longis morbis detenti sensim ad mortem properant. 27. 33
Seni sexagesimum superanti annum bono corporis habitu missus à me sanguis in angina, & sanatus est. 261. 14
Sensibus quod expositum, ipsum de se fidem facit. 116. 30
ad Sententiam pro testimonio dicēdam in vulneribus quid medico opus sit. 112. 36
Septimo mense nati etsi vitales sunt, infirmiores tamen esse solent. 25. 44, & cur, pag. 26
Septimestres partus ex vtero egressi, quadraginta dierum afflictionem patiuntur, ex Hippocratis sententia. 26. 5
Septum trāsuersum respirationis instrumentum. 245. 8
Septum transuersum mouendi thoracem gratia factum est. 245. 11
Serpens ab ancilla quadam progenitus. 170. 24
Seruari interdū videmus eum de quo medicus desperarat. 22. 22
Seruari in spe contra spem, est contra artis spem in naturæ spe seruari. 24. 19
Siccitates magnas cur largi imbres sequantur, & econtrà. 59. 33
Siccitas quinque annorum in Gallia Narbonensi. 59. 38
Siccitas insectorum generationi magis quàm humiditas idonea. 60. 8
Simile pulchrum de sole & corde. 99. 15
Sitis causa. 84. 43, & 161. 33
Sitis peculiare symptoma hydropicorū. 12. 24 & vnde in hydropicis fiat. 25. Sitis causa. 33
de Simia & gallo dissectis tremore cordis laborantibus exemplum Galeni. 38. 41
Sol non solùm generationis insectorum, sed & omnium causa est. 60. 6
de Sole & corde simile pulchrum. 99. 15
Somnus quid. 136. 9
in Somnum pronitatis causa. 18. 8
Sperma masculi motorium principium fœtus formandi. 4. 9
Sperma virile ad prolis generationem quale esse oporteat. 4. 12
Sphacelus quid Galeno. 165. 8
Spinæ Aegyptiacæ syrupus, quem de Ribes vocant. 199. 11
Spirandi difficultate hydropici tentantur. 13. 24
Spirandi difficultas in pleuritide grauior fit, vbi nihil expuitur. 26. 37
Spirationis difficilis causa. 26. 41
Spiratio crebra, vehemens ac difficilis mali morbi indicium est. 22. 43
Spiritus vapor sanguinis est. 99. 37
Spiritus in nobis gigni ex puriore & magis elaborata sanguinis arterialis parte. 99. 1
Spirituum in nobis generatio sanguinis vnde emanant, naturam sequitur. 99. 5
Spiritus qui ad oculos perferuntur omnium lucidissimi. 99. 10
Spiritus in dolorum acerbitate & sanguinis profusione exhauriri absumique. 6. 44
Spiritus puros aër purus: nebulosus, nebulosos in nobis creat. 99. 3
Spiritus præfocatiuus & cum stertore emissus, mali morbi indicium. 26. 44
Spumæ generatio. 53. 3, & 154. 6
Spumas & bullas à valido motu creari. 53. 30
Sputum in pleuritide quò celerius & facilius prodierit, eò citius ægrum liberat. 22. 38
in Sputo sanguinis valentibus non purgandum. 221. 1
Sputum sanguinis non omne purulentum sputum sequitur, sed id tantùm quod malignum est. 221. 21
Sputa liuida, viridia, nigra mala. 245. 13 & deinceps. & cur mala. 19
Stercoris canis vis in leuanda angina. 261. 40.

Observationum medicinalium libri sex - page 303 sur 308

Stertor quid. 152. 35 & vnde fiat. 36
Stranguriæ causa. 142. 31
Stupor quid. 173. 43
Stupor, futuræ resolutionis indicium. 17. 10
Subiecti nobilitas timidum in operando medicum facit. 126. 13
Sublimati epoti curatio. 31. 22. vsque ad pag. 36
Substantias quasdam esse substantiæ nostræ aduersarias. 29. 22
Substantiam aquosam perpetuò flatus sequitur. 164. 31
Subsultionem motus infantis in vtero habet. 3. 16
Succurrendi ratio incerta quando contingit. 13. 43
Succus è corde veruecis arte paratus præstantissimus ad vires defectas reparandas. 183. 24
Suctio quando deficiat. 13. 15
Sudores in paralysi vtilissimi. 175. 22
Superfœtare posse mulieres Hippocrates dixit. 5. 8
Suprà, dictio, Hippocrati quid significet. 217. 22
in Symbolum habētibus facilis est transitus. 102. 24
Symptomatum molam consequentium enumeratio. 4. 31
Symptomata quæ ad sublimatum epotum sequuntur. 31. a lin. 10. ad 15
Symptomata affectus naturam sequuntur, velut vmbra corpus. 160. 40
Symptomata in acutis & ardētissimis febribus qualia hominem in vitæ discrimen adducere soleant. 255. 24
ex Syphilide morbo in elephantiasin sæpe transitum fieri. 223. 36
Syphilide morbo qui tenentur, aduersus eos monitio. 224. 2
Syriæ regioni locustæ cladem segetibus & plantis inferunt. 59. 8
Syrupus Aegyptiacæ spinæ quem de Ribes vocant. 199. 11
Syrupi expectorantes. 222. 6
Syrupi de limonibus in arcenda putredine & bilis acrimonia retundenda laus. 257. 16

V

Veneni seminarium confertim ac properè vacuantibus medicamentis reinstguendum. 32. 10
Venenum foras euocans cataplasma. 133. 17
in Venenosis affectibus quando sanguinis missione & purgatione abstinendum sit. 132. 3
Ventriculum intemperatum quæ indicent. 38. 30
Venus cœlestis, puramēs purum bonum spectans. 95. 38
Venus secunda Platoni quid. 96. 2
Veneris vtriusque collatio pulchra. 96. 5 & deinceps.
ex Venerea lue quæ mala nascantur. 223. 24 & deinceps.
Vermium & eorū quæ ex ipsis gignuntur animalium commune quid. 63. 35
Vermes marini quidam sexaginta cubitorum. 50. 21
Vermem duodecim cubitorum è muliere quadam eiectum Alexander Tralianus testatur. 50. 25
è Veruecis corde succus arte paratus præstantissimus ad vires defectas reparandas. 183. 24
in Vesicæ vlceribus pinguia conferre. 145. 45 item maluam. 144. 3
Vesicæ affectibus aquilonij flatus noxij. 143. 36
Vesicis suillis fotus fieri oleo calenti plenis. 8. 19 & 56. 36
Vicissitudines temporū sibi alternatim succedunt. 59. 36
Victus ratio incauta & inordinata quā tum mali adferat. 10. 11
de Victus ratione speculationem esse pulcherrimam. 10. 22
Victus ratio quantum in morbis conferat. 143. 27
Victus boni & ordinati commendatio. 19. à lin. 23. ad 34
Victus congrua ratio in curatione primas partes tenet. 86. 14

Vigilia

Vigilia quid. 136. 10
Vigilia totum corpus exiccat. 18. 45 & 135. 17
Vigilantium opera cur interdum exerceant altùm dormientes. 81. 8
Vinum citiſsimè & vniuerſim alit. 7. 4, & 83. 3
Vinum in defectis animo dandum. 46. 15
Vini in reparandis viribus quanta potentia ſit, exemplo vxoris meæ periclitantis obſeruatum. 6. 43
Vinum immodicè ſumptum frigidos morbos parit. 173. 31
Viri cur facillimè amore capiantur. 102. 11
Vir & vxor qui eodem morbo correpti, eodem die mortui ſint. 246. 1
Virium ſubſtantia ex quibus compleatur. 7. 18
Vires vbi valentes ſunt omnia contemnere: vbi infirmæ, abſquouis offendi. 15. 35, & 125. 21
Vires lædunt vigiliæ, dolor, immodica vacuatio. 135. 30
Virium defectio extenuationem conſequi ſolet. 148. 45 & *cur id fiat.* 149. 4
Virium cuſtodia ſimilium exhibitionem indicat. 183. 3
Vlcus omne ſiccari poſtulat. 47. 2, & 229. 33
Vlceribus frigidum mordax. 207. 12
Vlceribus renum plantago plurimum confert. 243. 14
ad Vlcera ſordida iniectio nobilis & efficax. 207. 45
Vlcera ad ſanationem quiete indigent. 386. 29
Vnctio fida in reſolutione, tetano, & omnibus ceruicis & neruorum contractionibus. 234. 16
Vnguentum præſtantiſsimum ad paralyſin. 176. 6
Vnio quàm naturæ amica ſit. 206. 44
Voluptas nocet empta dolore. 224. 1
Vrina quid. 84. 20
Vrinæ ſuppreſsioni adhibita remedia. 33. 43
Vrinæ purulentæ cauſa. 143. 17
Vrina impubis iuuenis ſani trahit cum fortitudine venenum. 133. 38
Vtero gerentem ab aliquo morbo acuto capi, lethale. 250. 4
Vtero gerentes quæcunque à febribus corripiuntur, & fortiter caleſiunt ſine occaſione manifeſta, difficulter pariunt. 250. 5
Vteri affectus in quibus mulieres motum in vtero percipiunt. 3. 22
ad Vteri affectus curādos quæ dantur, in magna doſi exhiberi debent. 245. 22
Vulnera periculoſa quæ intra peritoneū conduntur. 109. 35
in Vulneribus periculum quando inſit vigiliarum, conuulſionis & delirij. 110. 5
Vulnera intra corpus quæ penetrant periculoſa. 113. 14
Vulnus capitis nullum contemni debet. 120. 29
in Vulnere capitis conuulſio lethalis. 121. 9
in Vulnere capitis bilis vomitus & deſipientia malum. 121. 11
Vulneribus capitis quæ interroganda. 121. 18
in Vulneribus capitis purgatio plurimum confert. 122. 27
Vulneribus omnibus modicus cibus & aqua exhibita competunt. 122. 29
Vulnerati cadauer ſecādum antequam magiſtratui pro teſtimonio de morte vulnerati reſpondeamus. 122. 42
Vulneris ſedes Hippocrati quæ dicatur. 123. 10
Vulnera bifariam lethalia dici. 124. 19
Vulnera & alij morbi quomodo lethalia eſſe ſoleant. 124. 29
Vulnera quædam in locis vilibus ac non malis exiſtentia nec vllare gravia videri, mortem tamen inferre. 125. 8
in Vulneribus capitis plurimum purgatio confert. 158. 28
Vulnera capitis contuſa periculoſiora

Observationum medicinalium libri sex - page 305 sur 308

quàm quæ cum fractura sunt. 159. 28
Vulnera capitis etiam exigua periculo non carere. 159. 20
Vulnera intra peritonæum penetrantia periculosa. 185. 6
in Vulneribus ab igniuomo æneo tormento factis suppurantia adhibenda ob contusionem. 192. 32
Vulnera ab igniuomis telis facta non prout alia tractari debent, sed propriam sui generis exigunt curationem. 228. 38
Vulnera ab igniuomis telis quàm periculosa. 227. 11
Vulnera capitis quæ ad meningas attingunt plerunque lethalia. 230. 41
Vulneratus quidam grauissimè & lethaliter in capite cur statim mutus factus non fuerit, septimo verò die mutus euaserit. 231. 17 & deinceps.
in Vulneribus capitis plurimùm purgatio confert. 233. 2

FINIS.

©BIUM

©BIUM